Ex libris
Caroli Thomae Newton, I.C.D
Ord. Balnei Eq. Com
Academiae Oxoniensi
in usum archaeologiae studentium
D D D
amici quidam
in piam memoriam
viri illustris
MDCCCXCV.

FASCICULUS

INSCRIPTIONUM, GRÆCARUM POTISSIMUM,

EX

GALATIA, LYCIA, SYRIA, ET ÆGYPTO,

QUAS APUD SEDES CELEBERRIMAS CHARTIS MANDATAS ET NUNC DENUO CONCINNATAS,

NOTISQUE ET INDICIBUS AMPLISSIMIS INSTRUCTAS,

EDIDIT

JACOBUS KENNEDY BAILIE, S. T. P.,

PRESBYT. DIŒCES. ARMACHENS. ;
ACAD. REG. HIBERN., SOCIETT. REG. ZOOLOG., GEOLOG., ARCHÆOLOG. HIBERN., CONSOCIAT. BRITANN. IN PROGRESS. SCIENT., EX SODALL. ; QUONDAM COLLEGII SS. TRINIT. DUBLINIENS. SOCIUS, ET IBIDEM DE LITT. GRÆC. PRÆLECTOR.



HANLON

AMUNOTHPHIS III. SELLA GESTATORIA A SACERDOTIBUS VECTUS, SOLEMNI POMPA REGALI COMITANTE.

DUBLINII : APUD HODGES ET SMITH,
ACADEMIÆ LIBRARIOS.
LONDINII: APUD J. G. F. ET J. RIVINGTON.
MDCCCXLIX.

Ex libris
Caroli Thomae Newton, I.C.D
Ord. Balnei Eq. Com
Academiae Oxoniensi
in usum archaeologiae studentium
D D D
amici quidam
in piam memoriam
viri illustris
MDCCCXCV.

ex Antiphello, Aperrhis, Cyaneis, Limyris, Megiste insula, Myris, Olympo, Pataris, Phaselide, Xantho. Hæc palmam merentur, non tam propter materiam, quæ ut plurimum in re sepulcrali versatur, composita ipsa secundum formulas solennes, quam ob situm ipsum monimentorum hodierno tempore adeo peregrinantium studiis et sermonibus prædicatum. Ex his, Antiphellense, quod in capite epigraphico positum reperient legentes, principem locum dignitatis vindicare merito videtur, quippe a monimenti conditore ea diligentia insculptum qualem in cunctis propemodum quæ adhuc in lucem prodierunt desideramus. Bilingue nempe est, sermonis patrii advenarumque Græcorum loquelæ exemplar, jure ideo æquiparandum cum decantato illo Fellowsiano[a] ad quod laudatissimus Sharpius[b] aliique in primis respexere dum per ardua nitentes - - - tramitem dico caliginosum philologiæ Lyciæ .... incedere sunt conati. Quantum subsidii conlaturum sit monimentum Antiphelli, amplius nimirum quum sit prædicto Limyrensi et exactius haud parum, peritiorum judiciis, ut dignoscant, permitto: satis fuerit meminisse quod et ipse operam pro doctrina mea pusilla ausus sum navare ordinando, expoliendo, immo, quum certis auguriis destituebar, conjectando. Atqui meliora adhuc requiro: titulum in primis ampliorem[c] et ab omni

[a] Vide libr. *Discoveries in Lycia*, Tab. xxxvi. n. 3. p. 469. Antea ediderat Cockerellus apud Walpolium, *Travels*, etc., p. 524. Exinde Letronnius et Grotefend. in locis a Franzio indicatis in lemmate ad n. 4306. Nuperrime ediderunt Spratt. et Forbes. *Travels in Lycia*, Tab. p. 210. Dedi ipse infra inter alia Limyrensium, n. CCLXXXVIII.

[b] Conf. loc. Fellows. ubi supr. pp. 469. ss. Repetiit laborem vir doctus in libr. Sprattian. loc. notat. Conf. quoque dissertationem Grotefendi in *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, vol. IV. p. 293.

[c] Video hoc quadamtenus effectum in libr. Spratt., titulo bilingui a loco *Leveesy*

parte absolutum: dein notitiam explicatiorem sermonis antiqui Medici, quocunque nomine compelles, Zendico, Pehlavico, Shanscritico, immo fortasse triplice horum in corpus singulare cum Shemiticis coagmentata compagine; nam certo certius affirmaverim fundum dialectorum Asiæ Minoris, quam appellant, potissimum Lydorum, Carum, Lyciorum, Pamphyliorum, comparuisse in sermone Centralis: nec Cilices excipiendos reor, qui tamen loquelam patriam, finitimorum jure usi, censendi sunt locupletasse pluribus ex fonte Aramæo petitis[d].

De hac materia viderint eruditi qui in comparationibus dialectorum, incepto apprime lubrico, versantur. Redeo ad propositum. Ceterorum quæ libello nostro insunt, Olympenum illud (n. cccv. g.), quod jampridem publici juris factum ingenia summorum exercuit, Græfii, Blomfieldii, Welckeri, Boissonadi, nuperrime Böckhii Franziique, iterum litteratorum studiis pervolvendum trado. Lectiones summopere elaboratas, exemplaribus præstantissimis usus et ad ductus ipsos in marmore apparentes expressis, fidens commendo.

Quæ continenti itinere progressus per Syriam Ægyptumque congessi plurima jamdudum retulerunt Pocockius, Burckhardtius, Saltius, alii bene multi, mendis vero, id quod in talibus sive deficiente materia sive dedita perfunctorie nimis opera ut plurimum evenire solet, inquinata. Hæc, marmoribus ipsis contrectatis, potissimam partem exsulare jussi. Ex his Ægyptiaca cum Libycis permixta magnopere commendanda existimo auspicibus usus egregiis viris, Hamiltono,

relato, *ubi supr.* n. 2. Ex ordine sepulcralium est.

[d] Hanc materiam delibavi in notis ad titt. Mæonios in Fascic. II. pp. 376. ss. et ad Sillyensem, pp. 231. ss.

Hydio, Cailliaudio, Wilkinsono, quorum supellectilem suam fecit in opere laudatissimo non multis abhinc annis Letronnius[e], opera insigniter navata tum in re critica tum exegetica, ulteriorem cujus progressum felici augurio prosequuntur docti. De ceteris viri præstantis adminiculis, quæ hinc inde in monimentis eruditorum sparsim comparent, non est hujus loci disserere: satis habui posthac qua fide quaque commendatione debui meminisse. In quibusdam vero desideranda venit quod nemo nisi peregre profectus et monimentis ipsis perpensis efficere queat, veritatis species, quam sæpenumero corrumpit etiam inter delectandum ingeniosa conjectandi solertia.

Inter monimenta Ægyptiaca non ullum adeo me sollicitavit quantum decantatum illud, columna Alexandrina, quam errore pervulgato *Pompeianam* vocant, perhibentque tamquam situm tumuli Herois designantem. Nimirum sunt adeo evanida quæ restant litterarum ei insculptarum simulacra, ut cuivis vel Lynceo visu prædito facile apparere possint vestigia nominis inlustris in prænomine structoris. Exinde conati sunt quidam, interque eos doctus Francogallus Quatremerius, conciliare lectionem istam veritati historicæ, de Pompeio quodam cogitantes qui, imperante Diocletiano, præfecturam Ægypti gessit. Ceteras, quas iniverunt docti, conjectationes de nominibus Imperatorum, *Vespasiano*, *Hadriano*, *Severo*, Præfectorum, *Posthumo*, *Pollione*, fusius in justo loco enarravi[f], ubi et Leakiana de hoc titulo exposui tentamina, eo præsertim fine ut laboris ærumnosi species aliquatenus studiosis innotescat quo usus ad legendi rationem

[e] Scil. in libro cui titulus est, *Recueil des Inscriptions Grecques et Latines de l'Égypte*, Paris, 1842, tom. I.

[f] Vide n. CCCLI. argum. et not.

probatissimam tandem perveni. Equidem fateor me in primis, Savarii aliorumque argumentis tactum, Septimio monimentum tribuisse, laboremque divinandi magis ut ea confirmarem quam ut aliquid novi patefacerem suscepisse. Quid enim? Scriptorem antiquitatis spectandæ interque Arabes celeberrimum, *Abû'lfedâ*, conspexi pro Severo stantem[g], et huic concinentes Savarium[h] eruditosque ejus populares quibus commendatum fuerat opus enucleandæ vetustatis Ægyptiacæ: *Sans doute que du temps d'Aboulfedà l'inscription Grecque que l'on entrevoit encore, mais qui est illisible aujourd'hui, était assez bien conservée pour attester ce fait historique*[i]. Hoc verisimillimum duxi: nec minus quod protulit Savarius, citato Spartiano[k], Columnam fuisse exstructam ut instar commemorationis fieret clementiæ et benignitatis Septimii erga cives Alexandrinos. Atqui hujusmodi commenta, speciose ut fuerint concinnata et testimonio innixa spectabili, brevi intervallo profligavit monimenti ipsius inspectio, finemque adsequutus sum quem potissimum optaveram, perspicacitatis Leakianæ in plerisque confirmationem.

[g] Verba sunt in *Descript. Ægypt.* p. 21. Ed. Michaël. السكندريه هي علي شط بحر الروم وبها المناره المشهوره وبها عامود السواري hoc est, *Alexandria* (*est*) *ad littus maris Romani* (scil. *Mediterranei*), *et in ea* (*est*) *pharos celebris, et in ea* (*est*) *columna Severi.* Hoc tradidit scriptor Muhammedanus famæ communi obsequutus, nihilque amplius curans. Certe si Reiskeo auscultemus vertenti ultima *Columnam trabium*, secundum radic. شور (cf. Michaël. not. 193. p. 95. ex Golio, 1236.), medicina quæritur errori, sed cum sensus dispendio.

[h] Conf. *Lettres*, etc. t. I. l. 2. pp. 31. s.

[i] Vide *Descript. de l'Égypte*, t. II. p. 2. pp. 291. s. et not. 2. ibid.

[k] Sc. *Sever.* XVII. init. *Alexandrinis jus Buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno judice contenti quem Cæsar dedisset. Multa præterea his jura mutavit.*

In titulis quos ex Oasita retuli auxiliatrice opera usus sum Cailliaudii, quem principem omnium conspexisse credo, dein Hydii et Hoskinsii, nostratium, labore summo et peritia minime spernenda exantlata. Hæc instar omnium legentibus pertractanda trado, tam ob longinquitatem regionis quam paucissimi adeunt, iique ardore inexplebili permoti, quam ob materiam in illis tractatam, cultum religiosum Præfectorumque administrationem, quæ imagines vivas anteacti temporis ob oculos ponunt etiam inter solitudines Libycas et facinorosorum hominum ergastula. Niliacis hæc accensui, quæ in animo fuit in primis appendicis loco separatim tradere; idque manifesta de causa, quod Heptanomidi attributa fuerat regio Oasena et æquo jure cum Thebaica ceterisque positum monimentis suis inter Ægyptiaca vindicat.

Postremum memoranda sunt quæ apud sedem instar omnium celebratam in schedis reposui, inter palatia regum, delubra numinum, effigies ævi antiquissimi semirutas versatus,

"Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis."

Quæ in simulacro vocali existunt nunc situ obsita pleraque et non nisi magno molimine exaranda ea in primis adibam, augurio usus, potius ut speraverim quam diligentia, Pocockii. Plurima hic congesta credo me emendatiora dedisse, quædam Pocockianis adjecisse, tentatis maxime omnium metricis iisque quæ epochis definiendis apprime utilia visa intentiorem conatum flagitabant. Cetera bene multa posthabui, hæc manca, illa fere omnino exoleta, alia fidei historicæ nullatenus profutura. Scio me in hac palæstra memet exercuisse post

egregios multos quorum tentamina facile exiliorem a passibus eorum sequendis deterruerint, Jablonskium, Leichium, Jacobsium, postmodum Saltium, Letronnium. Attamen mea, hic ut alias, peregrinantis jure usus proferenda duxi, pusilla ut sint sæpiusque antehac repetita, eoque magis quod in campum litterarium descendo *αὐτόπτης* ipse gnarusque sim quantillum valeant præ codicum ipsorum pertractatione hariolationes ingeniosæ et canones critici.

Quæ, ut finem faciam et de cunctis summatim loquar, hactenus inreperta, inedita saltem, complectitur libellus meus, nil opus est ut singillatim referam, quum in corpore voluminis qua cura potui enarrationes meas editoribus nominatim citatis contexui. Dixerit quis fortasse hunc laborem temere, vel saltem supervacuo, suscepisse auctorem qui ex fontibus ipsis hauserat materiam; idcirco scite magis fuisse comparatum Fasciculum primum qui, prout decebat, peregrinantem magis quam editorem referebat. Attamen missa hac levitate, saniora nimirum edoctus, enucleate magis respexi in volumine quod ab eo erat proximum ad conlaborantium tentamina. Nec utilitatis expers est hæc ratio: quippe sæpiuscule accidit monimenta quæ vel hebetiore visu quidam Pocockius inspexerit adeo contrita fuisse labente ævo atque obscurata ut frustra in iis pertractandis laborem impensurus sit quivis ut sagax sit et eruditione instructus. Quin etiam accedit quod Poeta verissime cecinit, a materia nostra non prorsus abludens:

Σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησε
Ὅππως κέρδος ἔῃ.

Elucescit hoc maxime ex Ephesinis, Sardianis, Thyatirenis, Per-

gamenis, fasciculi nostri primi, ad quorum instaurationem debitam sensi, inceptum prosequutus peritiorque factus, quantum adminiculi conlatura erant prægressorum mihi exemplaria. Valete.

J. K. B.

Dabam ex Museo meo,
vi. Kal. Januar. mdcccxlvii.

INSCRIPTIONES GRÆCÆ.

GALATIA.

موماجيلق

CCLXII. a.

Γ·Ι·ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹΝΑ	Γάϊος Ἰούλιος Αἰμιλιανὸς Να-
ΤΑΛΙΤΙΑΙΜ . . ΜΗ	ταλιτίᾳ, μνήμης χάριν.

Descriptum habui de marmore vetusto illato in parietem ecclesiæ Armeniæ in vico *Mújalêk*, qui ab oppido *Sîvâs*[a] distat circiter quindecim horas meridiem versus. Erat basis vel ara. Declaratur positum a quodam Æmiliano in memoriam Natalitiæ.

De nomine femineo non sum certus. Fractum fuerat marmor in parte dextra ita ut difficile erat elementa dignoscere. In schedis Brantii, qui munere proxeni Britannici dudum apud Trapezuntios functus est, mihi a Borrellio commendatis, video expressum in v. 2. ΝΑΤΑΛΙΠΤΑΙΝ. Apud Romanos notum erat masculinum *Natalis*[b].

[a] Antiqua *Sebastia*, de qua Plinius in VI. 31. Hanc in Cappadocia Pontica locant Ptolemæus et Itiner. Antonin., in Armenia Socrates (*Hist. Eccl.* II. 43.) et Notit. Eccles. Hierocl. p. 15. Agrum ejus alluit Halys, quem graphice suo more appellant Turcæ قزل ارمق; *fluentum rubrum*.

[b] Ex. c. conf. Tacit. *Hist.* XV. 50.

نفیز کوی

CCLXIII. a.

V	
+ΕΝΘΑΚΑΤΑ	Ἔνθα κατά-
ΚΙΤΕΗΔΟΥΛΗ	κειται ἡ δούλη
ΤȣΘΥ	τοῦ Θεοῦ
ΑΝΑϹΤΑϹΙΑ	Ἀναστασία
ϹΥΝΒΙΟϹ	σύμβιος
ΓΑΒΡΙΗΛΟΥ	Γαβριήλου
ΜΙȣΛΙΟΥ· ΕΥΕ	Μιουλίου. Εὖ ἔ-
ΧΕΙ	χει.

Descriptum de sepulcro Armenio prope oppidum *Nephîz*, ubi observatu digna sunt rudera civitatis antiquæ circumcirca jacentia. Distat ab *Yûzgâtt*[c] circiter sex horas occidentem versus in itinere ab Amasia ad Angoram et confiniis Galatiæ et Cappadociæ.

Titulus est ex sepulcralibus, in memoriam Anastasiæ quæ conjux fuerat Gabrielis (Miulii?). Quæ apponuntur, *εὖ ἔχει*, dicta putes per euphemismum.

Habeo et hujus tituli exemplar Brantii a Borrellio missum in quo corrigenda agnovi seqq. In v. 1. **ΕΘΑ.** In 2. **ΔΟΥΛΙ.** In 3. **ΤΚ.** In 5. **CYNBIωC.** In 6. **ΓΑΒΡΙΛΗΟΥ.** In 7. **ΜΙΟΥΛΙωCΗΕ.** In

[c] Fortassis *Zama*, distans a fluviolo Cappadoce (Plin. VI. 3. 2.) Boream versus circiter horas octodecim. Ulterius progressis, et ad sextum fere milliarium, occurrit بوغز کوی, ubi conspiciunt quidam sedem Tavii de quo Plin. V. 42. 2.

Quænam urbs vetusta apud *Nephîz* steterit conjectare vereor. Dilucide vero ostendunt parietinæ adhuc exstantes sedem fuisse insigniorem. Inter alia comparent vestigia ædium sacrarum, scil. columnarum fragmenta, coronides, etc., et in cœmeterio vici plurima.

hoc nomine adhuc hæreo, resolutione primum facta in **Μ . ΙΟΥΛΙΟΥ**: sed *Miulius* tenendum esse arbitror, cui simile apud Græcos hodiernos, *Mioulis* vel *Miaulis*, exstare credo.

CCLXIV. b.

Ʊ	
+ ΕΝΘΑΚΑ	Ἔνθα κα-
ΤΑΚΙΤΑΙ	τάκειται
ΟΔΟΥ	ὁ δοῦ-
ΛΟϹΤΟΥ	λος τοῦ
ΘΥΟΛΑΜ	Θεοῦ, ὁ λαμ-
ΠΡˢΔΟΜˢ	πρότατος Δομέστικος
ΙΩΑΝ	Ἰωάν-
ΝΗϹ	νης.

Descriptum hoc indidem cum prægresso. Sepulcrum designatur Joannis cujusdam qui Domestici[d] (ut credo) munus exercuerat, idque inter insigniora.

CCLXV. c.

+ ЄΝΘΑΚΑ	Ἔνθα κα-
ΤΑΚΙΤЄ	τάκειται
ΗΔΟΥΛΗ	ἡ δούλη
ΤΟΥΘΟΥ	τοῦ Θεοῦ
ЄΛЄΝΗ	Ἑλένη
C-----	σύμβιος (τοῦ δεῖνος).

[d] Nempe apponitur titulus Officialis, ut in Franz. (ex Hamilton.) n. 4105. Κάλλιστος οἰκονόμος Χαρώνδας. Conf. Smyrn. in Fascic. nostr. I. n. XXXIII. 3.

Noster *Domesticus* videtur ex nota dignitatis apposita, λαμπρότατος, ex eorum numero fuisse quos ex Comitibus suis eligebant Imperatores ad munia obeunda in provinciis vel urbibus. Conf. *Glossar. Manual. ex Ducangio*, etc. Halæ, vol. III. p. 187. b. Nullam rationem hic habitam censeo dignitatis ecclesiasticæ: *ibid.* p. 189. b. et Suicer. Thesaur. Eccl. I. 942. a.

Descriptum ibidem de lapide fracto in parietem Turcicæ domus illato. Sepulcralis erat in quo nomen *Helena* apparet. Cetera effluxerant.

Video inter Franziana (n. 4103.) secundum exemplar editum ab Hamiltono, cum interpretatione in minusculis, Ἔνθα κατάκιτε Ὕλη --, notante editore "titulum fortasse Christianum vel Judaicum fuisse." Reponas in ordine præeuntium.

LYCIA.

ANTIPHELLUS. انتفلی.

CCLXVI. a.

ΛΒΨΞΛΨ : ΡΡΞΛΨFO : ΜΛΤΕ : ΡΡΞΛΛFΛΤΨ : ΞΤ
Ϳ. ΨΤΤΛ+ΛΛ+ : ΤΕΔΛΕΜΕ : +ΡΓΓΕ : ΛΤΛΕ : ΛΦΒΕ :
SΛ : ΤΕΔΛΕΜΛ : Λ+ΒΕΙΛ : SΛΕΙΛ : ΤΕΛΔΕΤΕΚΥΜΨΤΨ :
ΜΛΥΛ : ΦΛSΤΤΟ : ΨΥΕ : ΦΛΡΧFΛΒΕΙΛ+Ε : SΛΕΛΔΡΕΕΙΛ : +ΞΤΛ+Ε :

ΙΚΤΑΣΛΑΣΑΝΤΙΦΕΛΛΕΙΤΗΣΤΟΥΤΟΤΟΜΝΗΜΑΗΡΓΑΣΑΤΟΕΑΥΤΩΙ
ΤΕΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΕΑΝΔΕΤΙΣΑΔΙΚΗΣΗΙΗΑΓΟΡΑΣ
ΗΙΤΟΜΝΗΜΑ
ΗΕΤΕΡΩΙΑΥΤΟ
ΕΠΙΤΡΕΨΗΙ - - -

Evuinû prinûfo mête prinâfâtu Ittâs-
Τὸ μνῆμα τουτί ἠργάσατο Ἰκτασ-
lâ Ûttâwêlōū tedêeme ōūrppe âtle êōūve lâde êōūve
λᾶς Ἀντιφελλίτης ἑαυτῷ (καὶ) γυναικὶ αὐτοῦ
sê tedêemê êōūveîê sêeîê teêdetekumutu
καὶ τέκνοις αὐτοῦ ἐὰν δέ τις ἀδικήσῃ ἢ
mênê wâshtto une wêrafêveîâ êōūve sêeêdreeîê witêōūe
τόδε ἀγοράσῃ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἢ ἑτέρῳ τινί ἐπιτρέψῃ αὐτὸ κ.τ.λ.

Descriptum habui de monumento Antiphellio. Iktaslas (*Ittasla* in Lycio?) quidam illud condiderat in usum sui conjugisque et libe-

rorum. Deficit pars Græca in fine ubi constituebatur multa si quis violaverit leges de sepultura. Lycia quoque, ni fallor, quæ in iis quæ servantur videtur optime cum Græca convenire.

Hunc titulum insignem me credo primum omnium descripsisse, sed maturius edendi video præreptum honorem. Notum fecit Grotefendus qui exemplar a Raoul-Rochettio acceperat[e]: dein, dum hæc scribo, Sprattius et Forbesius, in eadem tabula cum memoratis in præfatione nostra[f]. Pergo enarrare discrepantias, in primis Grotefendi, qui sequentia habet Germanico more expressa: *Äwûênu* : *prînŭfo* : *mäte* : *prînafatû* : *Ŭttăilăi* : *tedäĕmĕ* : *îrppe* : *lădĕ* : *äîwĕ* = *sä* : *tedäĕmä* : *äiwĕiä* : *säĕiä* : *tĕädĕ* : *tĕkū* : *mūtū* = *mänä* : *örsttŏ* : *ŭĕ* : *öäĕiĕ* : *äwĕiä* : *îĕsä* : *fädefäi* : *ĕtäiĕ*. Hæc vertit; *dieses Werk hier bewerkstelligte Iktasla's Sohn sich, seiner Frau, und seiner Kindern. Welcher handelt hiergegen hier verbrechend, oder durch Veräusserung, der sey straffällig ob des Frevels.*

Græca habet in fine; **ΗΛΗΤ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΤΝ+**, quæ in suis minusculis sunt *ηλιτε αυτον επιτιμιον+*. Hæc vix capio : sensum vero quemdam generalem in suo sermone exprimere conatus est vir doctus.

Sprattius habet in Lyc. v. 2. init. *Lûttâ* : *o͞ulâo͞u* : *tedêvme*, ex quibus conficit Sharpius, *Igttâsulâ* : *tedêeme*, scil. *filius Iktaslæ*, omissa mentione patriæ, quod minime congruit Græco, Ἀντιφελλίτης. Hic quoque titubat Grotefend. Accedit quod in fine v. 1. et init. v. 2. deprehendisse me opinatus sum vestigia quædam nominis *Iktaslas* quod in capite Græci apparet. Deinde subjicit Sharp. ad finem v. 2. Lycia *âtle* : *éo͞uve*, idque propter Græcum *ἑαυτῷ*. Nimirum confusio orta est ex similitudine litterarum, unde pro *âtle* scriptum fuerat *lâde* a viris eruditis. In fin. v. 3. resolvit ad hunc modum Spratt. *sêeîêteê-*

[e] Vide *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*. Vol. IV. pp. 298. s.

[f] Conf. Tab. p. 210. obss. pp. 232–238. in *Travels in Lycia*, vol. II.

de : *tekê* : *mûtû*, h. e. *violaverit sepulcrum hoc*, conspecta quadam analogia inter *teêde* et *δαίω*, *tekê* et *θήκη*. Dein, sicco pede transit v. 4. Sharp., exspectato altero eoque perfectiore apographo.

Discrepantiæ in Græco sunt in v. 1. **ΙΚΤΑΣΛΑ.** Erat quod dedi, cui respondebat Lyc. *Ittasla* vel *Iktasla*, sicut *Lapara* in inscript. ex loco *Leveesy* (vid. Præfat. not. *c.*) Græco **ΛΑΠΑΡΑΣ.** Deinde in v. 2. fin. **ΑΔΙΚΗΣUΙΗΑΙ-ΘΡΔ**, et in 4. 5. **ΗΛΗΤΩΑΥΤΟΝΕΠΙΤΝΨ.**

Quod ad litteras singulares attinet, notabunt studiosi in Græco adscitum Iota postscriptum quod a ceteris pæne omnibus abest: me porro in explicatione Lycia designasse vocales quæ pro longis communiter habentur per notam (^) supra scriptam. Hæreo maxime in litteris **B + Ж**, quarum priorem cum V æquiparandum duxi, has cum W vel $\overline{\text{OU}}$, lineola huic suprascripta ut designetur id efferre sonum unius dumtaxat elementi. Porro adspiratio quædam videtur aliquando inesse huic literæ, quam fortasse comparaveris nostræ *wh*. Sic in titulo Lycio *Ûttâouêlou* respondet Græco Ἀντιφελλίτης. Idcirco præferendum arbitror in medio *wh*, ut ita scriptum prostet *Ûttâwhêlou*, idque non sicut ore suo excultiore Anglus quidam extulerit, nulla distinctione facta inter *wh* et *w*, sed ad morem nostrum qui inter monimenta vetustatis Celticæ versantes sonum horridulum mordicus tenemus. Hoc equidem et de elemento B aliquoties prædicandum videtur, ut ex epigrapha nummi a Sharpio citati liquet, in quo tanquam congrua ponuntur Τηλεφίων et **Τ↑Λ↑Β↑+Ε+Ε**[g].

Propero nunc ad explicationes quales mihi in mentem venerunt vocum Lyciarum, idque minime confisus lacertis meis, sed ne officio commentantis deesse videar. Proferam ideo singillatim et in ordine

[g] Vide Fellows. *Lycia, etc.* Append. B. pp. 447. 462.

Obiter hic notandum est posse hunc nummum illustrationem capere ex loc. Pausan. IX. 41. 1. Telephum memorante, filium Herculis, donarium Apollini Patareo afferentem. Effigiem in eo prostantem crediderim esse Telephi ipsius, et non omnino spectari δῆμον Τηλεφίων de quo ex Byzantino cogitat Sharpius.

sumptas, commemoratis subinde quæ jampridem doctis probabilibus rationibus innixa visa sunt, aut, deficiente hoc subsidio, quæ ex dialectis congeneribus mutuo sumpta elementa saltem doctrinæ suppeditare queant.

I. Habemus in primis *êvuinû*, quod cum *mête* in loco tertio, et titulis Fellowsianis variis[h], respondere videtur Græcis τὸ — τόδε, vel ut hic, τὸ — τουτί. Hoc, ut evadat designatio magis expressa. Neutrum ponunt fuisse *êvuinû*, cujus femininum fortasse habemus in titulo Limyrensi[i], scil. *êvêeiâ*. Huic, quum probabile sit, adversari nequeo, miror vero non in mentem venisse perspicacibus viris istius *mête* comparationem cum particula Latina *met*, quæ vim discretivam pronominibus subjecta adfert; ex. c. *egomet*, *ipsemet*. Hic fortasse fontes attingimus Hetruscos, hoc est, si fides sit prosapiæ Herodoteæ[k], Lydos, qua via ad fines usque Lyciorum manu ipsa ducimur.

II. His intervenit *prinûfo*, ἔργον, ut communiter reddunt, sed in loco nostro, cum μνῆμα subjecto capiendum. Vice nostri habemus in Fellowsianis *prinâro*, *poinâfû*, *prinâfû*, quorum exempla prodeunt in variis[l]. In sepulcro quodam Xanthio, unde habui titulum quadripartitum, conspexi *prinâfû* et *prinâro*. Variata hæc fuisse pro dialectis discrepantibus suspicor; errori vero describentis tribuendum illud *poinâfû*, nisi statuas (quod fide minus dignum videtur) hoc recentius invectum fuisse ad exemplar vocis ποιέω effictum. Conf. artic. IV. infra.

III. *Mête* convenit fortasse cum τουτί, ut notavi supra in art. I. Apparent et *mute*, *mênê*[m]. Conf. infr. artic. XIII.

[h] Conf. *Travels, etc.* vol. I. p. 225. vol. II. tab. 36. nn. 2. 4. 5. 7. etc.

[i] Ibid. vol. II. ubi supr. n. 3. v. 1. et infr. n. CCLXXXVIII.

[k] Vide I. 94.

[l] Fellows. vol. I. p. 225. vol. II. tab. 36. nn. 11, l. 18, l. et in stela Xanth. ibid. tab. 20. col. 3. v. 8.

[m] Conf. Fellows. vol. I. p. 225. n. 2. et vol. II. ubi supr. nn. 2. 11. Utrumque agnovi in titulis binis quos habui ex Xantho.

IV. *Prinâfâtu.* Convenit luculenter cum ἠργάσατο, ut cum ἐποιήσατο in Limyrensi, cui verbo non nihil similitudinis habere censet Sharpius[n]; proinde aoristis mediis accensendum esse. Atqui videndum est annon propius accesserit ad Latinum *paravit*, Græcorum ἐπεράνατο. Sic et *prinâfântu* (quod vide sis mendosius expressum in Fellows. tab. 36. n. 5.) mira ratione congruit cum ἐπεράναντο. Hoc notatu dignissimum est, quum extra dubitationem ponat, eatenus saltem, simili lege ac in Zendica linguisque nostris classicis comparatam fuisse verborum apud Lycios flexionem.

Conferenda sunt ad ampliorem illustrationem *gitâfâtu* in Fellows.[o] et *gitâfâte*, quæ ad præsens quoddam *gitâwâeme* revocant, ut *prinâfâtu* ad *prinâfâeme* et *itâdu* ad *tâdâme*[p]. Contra hæc pauca habeo quæ objiciam. Eminet hoc, quod in omnibus desidero magis composita secundum analogiam, ex. c. *gitâfâmi*, ut in Shanscritico ab ipso Sharpio allato, *dadhami*[q], quod statim ad τίθημι ducit, et in genus ad familiam Græcorum in μι exeuntium quæ adeo Shanscriticis congruunt. Immo, quid vetat ne excogitemus *prinâmi*, quod comparaveris cum πέρνημι, et syllabam *fâ* ortum ducere ponamus a flexione verbi ipsius, idque quum πέρνημι originem debeat radici unde tot alia quæ recensere pergimus secundum analogiam formantur[r]?

Profero in primis Shemiticum ברא ferax instar omnium prolis. Exinde orta Persica پرن, *scitum, scite elaboratum,* افرين vel افرينا, *Creator,* افرينش, *creatio.* In his antecessoris Zendici vestigia fortasse sunt agnoscenda. Si ad Latinum respicias, habes *paro* (ut antea dictum), *pario*, *primus*, *princeps*, *pro*, quæ a Græcis lumen amplius fenerantur,

n Vide obss. ubi supr. p. 480.

o Conf. vol. II. tab. 20. col. 4. v. 36. et vv. 57. 61. 63.

p Conf. Sharp. obss. ubi supr. pp. 482. 517.

q Obss. p. 482. ibid.

r Conf. Passow. *Enchirid. Gr.* vol. II. p. 600. a.

πείρω, πορέω, περάω, περαίνω, πέρνημι (supra dict.), interque voculas, *πρό, πρίν*. Pauciora hæc; satis vero illustrant vocis Lyciæ prosapiam, cujus sensum multo latius patuisse quam ex monimentorum pusilla copia dignoscere queas fidenter dixerim.

Observabunt legentes hunc versum in quibusdam titulis variatum; ex. c. in Limyrensi (infr. CCLXXXVIII.) *êvêeîâ* : *êrâfâzeîâ*[s] (vide infr. artic. XV.) et *êvuinû gopû* (*gorû* ?)[t]. Erat fortasse hoc *gopû* dialecti proles, at firmatur *gorû* a Persico et Arabico گور, *sepulcrum, monimentum,* quod in linguis vetustis constitisse credibile est.

Redeo nunc ad versionem *ἠργάσατο*. Rarius hoc, ut et *ἐποιήσατο* in Limyrensi, quum solennius fuerit *κατεσκεύασεν* vel *κατεσκευάσατο*. Exinde conjeceris Lycia prius fuisse contexta, deinde subjectam versionem Græcam cum verbo quod Lycium *prinâfâtu* magis ad amussim efferebat. Attamen in Græcis singularibus quandoque obvium cernimus *ἠργάσατο*[u].

V. *Ûttâōuêlōu*. Hoc efferendum videtur *ûttâwhêlōu*, nempe, cum adspiratione sensibili in primo +, sicut antea notavimus. Cernimus quoque in eo probabilem convenientiam cum Græco Ἀντιφελλίτης. Nimirum scriptura Græca nominis urbis vicinæ erat Φελλός, ex quo ortum Ἀντίφελλος mutationem in capite vicissim ab indigenis subibat; credo enim constare quod *ûttâ* erat *ἀντὶ* pro indole sermonis vernaculi variatum. Constare porro videtur ea quæ in prioribus notavi de vi adspirante literæ + maximam lucem fenerari ex hac Græcorum scriptione. Ponamus licet nomen urbis antiquæ inter Lycios fuisse +⩚ΛΛ⩚ vel +⩚ΛΛΛ⩚, unde Græcos habuisse suum Ϝελλός vel Φελλός. Hoc nullo alio pacto explicandum videtur nisi

[s] Scil. emendante apographum Fellowsii Sharpio, ubi supr. p. 473. Sic et exemplar Spratt. et Forbes. vol. II. p. 210. n. 1.

[t] Vide Fellows. tab. 36. nn. 2. 4. 5. 7. 9. 12. 14. 15. 19. 20. 21. 22.

[u] Conf. Franz. (ex Schönborn.) n. 4315. b.

vim hujusmodi litteræ + adhærere agnoscas, advenasque solam quam poterant ad eam repræsentandam adscivisse.

VI. *Tedẽeme.* Hoc ad litteram *υἱός, τέκνον* (conf. v. 3.), sed hic una cum prægresso *ẽttãõuẽlõu* videtur respondere Græco Ἀντιφελλίτης. Prodit hac ratione loquendi formula notabilis qualem cum solenni Orientalium conferre queas: ex. c. וּבְנֵי־קֶדֶם[v], in LXX. *καὶ οἱ υἱοὶ ἀνατολῶν.* Ceterum de hoc idiotismo latius progresso vide nostr. Fascic. II. titul. Aphrodis. LX.

Vocem ipsam *tedẽeme* quasi nondum a linguarum orientalium peritis exploratam notat Sharpius[w]; neque tentat ipse vir ingeniosus. Atqui succurrunt varia quæ etymon probabile suppeditant. Est, in primis, Shemiticum דָּם, Persic. et Arabic. دم, quibus addideris دما (Arab.) et דְּמָא, אַדְמָא (Aram.), quum filii sint parentum *sanguine* creati, *ἐξόχως consanguinei.* Est quoque דְּמָא, *similis esse;* immo, quod levi transpositione facta ad nostrum proxime accedit, Persarum داماد, *gener.* Sin hæc minus arrideant, filium possis vocare *tedẽeme* quasi *δεδμημένον (δεδεμημένον) a δέμω,* idque per metaphoram usu inter orientales comprobatam, nempe ædium domesticarum columen. Hac notione consistunt Lexicographi qui Hebr. בֵּן, Arab. بن, quin et בַּת, بنات, sub radice בָּנָה collocant.

VII. *Õurppe.* Hoc reddunt plures *pro.* Nescio rectius, etsi Grotefend. in versione sua cit. supr. *sich.* Hoc tenere nequeo, quum in ipso titulo habeamus quæ cum *ἑαυτῷ* melius quadrent, et quia convenire agnosco illud locis cunctis ubicunque reperi *õurppe,* et in Xanthiis quibusdam meis et Fellowsianis[x]. Nihil porro de etymo, quod mihi scire contigit, statuunt. Est sane vel primo obtutu convenientia notabilis cum Græco *ὑπέρ,* quod et eundem sensum cum casu

[v] Conf. libr. Judicum, VI. 3.
[w] Sc. ad Fellows. ubi supr. p. 475.
[x] Conf. vol. I. p. 255. II. tab. 36. nn. 3, 3. 7, 2. etc.

secundo constructum refert, ut ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν, et sim. *for, in behalf of.*

VIII. *Âtle* : *êōuve.* Videtur respicere ad ἑαυτῷ. Conf. artic. prægr. Sic in Limyrens. v. 3. Idiotismum hic agnoscas, ut in *Ûttâōuêlōu* : *tedêeme*, quæ Græcus non per Ἀντιφέλλου υἱός, sed Ἀντιφελλίτης, vertit. Nimirum Sharpius confert cum *êtle* in tit. Limyrens., ubi variantem scripturam cernimus, Shanscriticum *atman.* Poterat quoque, quod propius ad nostrum accedit, Arabicum اطلال, hoc est, τὸ εἶναι, ἡ οὐσία. Proinde, quum luculenter constet esse *êōuve* pronomen possessivum[y], verterim ad litt. ὑπὲρ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, pro semet ipse condidit: quid enim magis est *ipse* quam *esse suum?*

Cernimus in monimento Xanthio numerum pluralem obvium, scil. *âtlâōuê* : *êōuveîê*[z].

IX. *Lâde.* Respondet manifesto Græcum γυναικί. Conf. passim Fellowsiana, in quibus et *lâdû* comparet, rectusque casus *lâdâ*[a]. Analogiam quæsiveris in Aramæo לִדְנָא[b], extruso *Nûn*, superaddito sane fœdiore sensu; sed quid hoc curabant linguarum conditores? Obscenum illud Horatii in *Sat.* I. 3. quid est nisi γυνή? Canem feminam appellant etiam nunc Persæ لاد, gignendi actum Arabes ولد.

Uberrima est proles: Gothicum *lafda*, Anglo-Sax. *leode*, vernacula nostra, *lady*, *lass*, et stirpis ejusdem *lad.* Remotiora sunt λαός, German. *leute*, Turcic. وليتي.

X. *Sê* (vel *Shê*), καί. Videtur conjunctum fuisse cum vocibus quibusdam (an pro occasione an libito scribenti decernere nequeo[c])

[y] Vide Fellows. ubi supr. nn. 2, 2. 3, 4. 7, 2. etc. Sharp. p. 471.

[z] Ibid. tab. 20. col. III. v. 17.

[a] Ibid. tab. 36. nn. 3, 4. 5, 1. 7, 2. etc. 22, 4.

[b] Vide Buxtorf. *Lexic. Chald. et Syr.* p. 276.

[c] Conf. Fellows. *Stel. Xanth.* col. I. vv. 16. 17. 20. 25. etc., et tab. 36. nn. 2. 13. 15. Nostr. vv. 3. 4.

ad instar Shemitici *Vau* vel *Waw*. Hoc vero constantius factum, quod et Græci quadamtenus in fine vocum per encliticum suum *τε*.

Notandum est post conjunctionem *tedêemê* in plurali, sc. *τέκνοις*, quapropter *e* in fine (conf. v. 2.) mutari in *ê*, et pronomen *êōūve* (ibid.) habere *tê* adjunctum. Analogia quædam hic percipitur cum nominibus Hebraicis in regimine (quod dicunt) positis, et cum classicis, quorum recti singulares desinentes in *a* fiunt in plurali *æ*.

XI. *Sêetê* (vel *shêetê*) respondet luculenter Græcis *ἐὰν δέ τις*, atqui cum interpretatione laxiore, quum *shê* valeat *καί*, ut jamjam dictum. Verterim proinde ad litteram, *et quicunque*, vel *quicunque vero*, nam varios sensus voculæ *shê*, ut Shemiticæ *Vau* in collocatione supradicta, excogitare licet, scil. *καί, δέ, ἤ*. Sic infra *shêeêdreetê*, quod exprimere videntur Græca *ἢ ἑτέρῳ*, vel *ἢ ἄλλῳ, τινί*.

Occurrit nostrum *shêetê* in variis Fellowsianis[d]. Compositio manifesta est *sê* (vel *shê*) *etê*, quorum hoc agnoscendum videtur in fine supradicti *shêeêdreetê*.

XII. *Teêdetekumutu*. Videtur hoc congruere Græcis *ἀδικήσῃ ἤ*. Ordine continuo insculptum est in monimento, quod tamen, si vera autumo, trifariam dispescendum est ad hunc modum, *teêdete* : *kum* : *utu*, de quibus singillatim disseremus.

Videtur in primis manifesta analogia esse inter *teêdete* et *τίθητι* (*τίθησι*), quod prorsus convenit origini Zendicæ (hoc est, Shanscriticæ) hujus linguæ. Verbum ipsum conjecerim fuisse *teêdemi*, vel fortassis *têdemi*. Quin etiam analogiam conspexeris cum Shemitico יָדָה, *manus admovit*, nempe, injuriæ patrandæ causa; *disjecit*. Dein obvium est, ni fallor, *kum* in stela Xanthia[e], ubi comparandum est Arabicum كُم, *mutilum*, sensu satis congruo se prodente *mutilum reddat*, vel *manus ad mutilandum injiciat*. Quod hæc excipit, *utu*, eun-

[d] Conf. vol. I. p. 225. n. 1, 7. et II. n. 14, 2.

[e] Vide col. III. v. 22. et fortasse agnoscendum est in II. v. 64.

dem sensum, si ad Græcum respicias, habet cum *ute* in monimento supra cit., scil. ἤ, *sive;* namque ut *mête* et *mute* (supr. artic. III.), sic et *ute*, *utu*, dici potuerint, idque fortasse pro varietate dialectica. Hoc pacto bene omnia procedunt. *Curtum reddit jus ὁ ἀδικήσας. Injuriose agit* qui sepulcrum mutilaverit.

XIII. *Mênê* : *o̅u̅âshtlo* reddenda videntur τόδε ἀγοράσῃ. Insculptum reperi in monimento sine intervallo notato, sed resolutionem justam censeo esse quam expressi; et sic Grotefend. cit. supra. Verbum fortasse conspicitur in stela Xanth. *o̅u̅âshtte* : *uêri*[f], ubi fortasse lux accedit interpretationi ex nostro quam intentatam reliquit Sharpius. Firmatam quam dedi credo a phrasi Persica اشترا نمودن, *emptionem facere*, necnon Arabicis اشترا et اشتري. De pronomine conf. supr. artic. III. Forma *mênê* certissima est: cum *prinâfo* et *prinâfû* constructam reperio in pluribus meis ex Xantho relatis.

XIV. *Une* vel *uûe*, reddo τό, ut *êvuinû* in v. 1., nec scio quid aliud referat, quum non alibi hactenus reperi. Præferendum videtur *une*, quod et Spratt., *ue* Grotefend. Ceterum facillima est in describendis Lyciis confusio litterarum **Y** et **N**.

XV. Reliqua quæ manent serie continua apparebant in lapide insculpta, nulla distinctionis nota tironem adjuvante. Sed illud *shê* quod brevi intervallo obvium est remedium quodammodo adfert. Expeditur hac ratione in primis *o̅u̅êrafêveiêo̅u̅e*, quod confectum censeo ex *o̅u̅êrafêveiâ*, μνῆμα, et *êo̅u̅ve*, αὐτοῦ. De pronomine vid. supr. art. VIII. Forma substantivi cui cohæret distat a Fellowsiana[g]. Sic et Sprattii et Grotefendi, quorum ille descripsit *o̅u̅lâo̅u̅eêveiêo̅u̅e*, hic *o̅u̅êaieêveiêie*. In elemento isto quod capiti adhæret nihil quod impediat cerno, ratione adductus quam in artic. XVII. expositurus sum.

[f] Fellows. ubi supr. tab. 20. col. III. v. 41. Sharp. p. 513. qui Limyrensi congruit. Non item Stel. Xanth. in col. IV. v. 37.

[g] Conf. tit. Xanth. in vol. II. p. 490. v. 7.

Secundam variationem subit et apud Fellows., modo *â*, interdum *ê*, scripto, ut ex citatis in nota liquet. Septimum est in Fellows. **I**, quod scrupulum injicit, neque expediendum videtur nisi per variantem dialectum. Accedit quoque quod in monimento exoleto facilis confusio est litterarum + **I I B**. Observandum porro est coagmentationem ejus cum pronomine, quod instar suffixorum in Shemiticis clausulæ adhærere videtur, quasdam fortasse mutationes intulisse. Dein littera ultima *a* videtur per crasim quamdam latere in prima suffixi, quæ pro *e* fit *ê*, et ex hoc vicissim exsulat tertia ejus *v*. Hæc statuo quæ visui objecta sunt: delitescunt rationes in grammatica immatura adhuc et titubante.

XVI. *Shêeêdreeîê*. Videtur hoc respondere Græcis ἢ ἑτέρῳ, vel ἢ ἄλλῳ τινί, nam in hac parte evanidæ fuerunt litteræ. Sprattii sunt in Lyc. *shêeêdfefê;* Grotefend. (qui male distinxit) dedit *sêfêdefêie*.

Quod dedi conflatum censeo ex *shê* vel *sê* (vide art. x.) *eêdre*, et *eîê* (art. xi.). Videtur secundum horum affine esse alteri quod in titt. Fellows. obvium est, *yûtrê*[h], conservato vero littera *d*, quæ in Zendico seu Pehlavico probabiliter inerat. Exemplar Persicum est دگر, necnon دیگر, deinceps profluentibus ἕτερος, *oder* et *ander*, *either* et *other*. His præiverant Goth. *anthr*, Anglosax. *othar*.

XVII. *Ōuitêōue*. Conjunxerim cum Græcis ἐπιτρέψῃ αὐτό, secundum ordinem interpretationis. Est fortasse compositum (conf. art. xv.) ex pronomine suffixo et verbo cujus indicia habemus in Xanthio Fellowsii[i], scil. *shêeîê* : *itâtâdu*, et *shêîûtre* : *itâtâ*, quæ singillatim reddit Sharpius, *any one allows to bury*, *another buries*. Nihil sane obstat quod in nostro præfigitur +, idque fatente ipso viro ingenioso, qui simul conjectat illud adspirationi cuidam inservivisse[k].

[h] Ex. c. in vol. I. p. 255. n. 2, 4.

[i] Conf. ibid. p. 225. n. 2. 3. 4. et obss. Sharp. in II. Append. B. p. 483.

[k] Vid. Stel. Xanth. col. I. v. 38. et obss. Sharp. in p. 501.

Probabile hoc dixerim, sicut antea notavi in argumento ad v. 2. nempe, syllabam fuisse a Lyciis pronuntiatam fere ut a nostratibus *whit*, non equidem cum sono exiliore Anglorum, sed adspiratione sensibili.

Quantum ad versionem attinet, posui *ἐπιτρέψῃ* quod ex Græcis solum restat. Magis vero accessisset *συγχωρήσῃ*, quod in talibus frequenter obvium est, ad Arabicum اتاوة, prolem fortasse ipsius Zendici, ferensque secum notionem, *concedendi* vel *tribuendi* aliquid, *συγχωρήσεως*.

CCLXVII. b.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ·ΕΥΤΥΧΟΣ
ΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΗΣΤΟΥΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΥ
ΜΑΥΡΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΕΥΕΛΘΟΝΤΟΣΑΝ·
ΤΙΦΕΛΛΕΙΤΟΥΕΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟΥ
ΕΥΠΛΟΙΑΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΑΥΤΩΝΚΑΙΟΙΣΑΝ
ΕΓΩΖΩΝΕΠΙΤΡΕΨΩ·ΙΣΔΕΥΠΟΣ . . ΙΟΝ
ΕΝΚΗΔΕΥΘΗΣΟΝΤΑΙΤΑΘΡΕΠΤΑΡ . . ΜΟΥ
ΑΛΛΩΔΕΜΗΔΕΝΙΕΞΕΣΤΩΕΝΚΗΔΕΥΣΑΙΤΙ
ΝΑ . . ΕΠΑΡΑΤΑΥΤΑΠΟΙΗΣΑΣΑΜΑΡΤΩΛΟΣ
ΕΣ . . ΘΕΟΙΣΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣΚΑΙΙΣΟΙΣΕΙ
Π . . . ΤΕΙΜΟΥΤΩΙΕΡΩΤΑΤΩΤΑΜΕΙΩ·Χ·ΑΦ
ΟΔΕΕΛΕΝΞΑΣΛΗΝΨΕΤΑΙΤΟΤΡΙΤΟΝ

Τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν Εὔτυχος πραγματευτὴς τοῦ ἀξιολογωτάτου Μάρκου Αὐρηλίου Πτολεμαίου Εὐέλθοντος, Ἀντιφελλίτου, ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐπλοίᾳ καὶ τέκνοις αὐτῶν καὶ οἷς ἂν ἐγὼ ζῶν ἐπιτρέψω· εἰς δὲ ὑποσόριον ἐγκηδευθήσονται τὰ θρεπτάριά μου· ἄλλῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω ἐγκηδεῦσαί τινα· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσας ἁμαρτωλὸς ἔστω θεοῖς καταχθονίοις, καὶ εἰσοίσει προστίμου τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ δηνάρια χίλια πεντακόσια· ὁ δὲ ἐλέγξας λήψεται τὸ τρίτον.

Descripta inter parietinas Antiphelli de sepulcro quod Eutychus quidam condiderat in suum usum conjugisque Euplœæ liberorumque et aliorum quorumcunque quibus ipse vivus jus sepeliendi in eo concesserit. Columbaria infra sarcophagum alumnis ejus addicit. Sequuntur diræ solenni formula, et multa, cujus trientem is accepturus est qui peccantem contra voluntatem conditoris convicerit.

Editum reperio in libr. Fellows. et secundum hunc a Franz.[1] maculis refertum: ex. c. in 2. init. **ΝΡΑΓΙΝΤΕΥΤΗΣ**, unde mire Wiener, λογιστευτής. Fuerat nempe Eutychus *negotiationi præfectus* a Ptolemæo. De hoc antea dictum[m]. In v. 3. sub fin. **ΕΛΘΟΝΤΟΣ**, sed conf. infr. n. CCLXX. 1. In v. 6. init. ex lect. Fellows. **ΖΩΣΩΝ** eruit Franz. σῶς ὢν[n], ingeniose, atqui invito lapide. In v. 7. **ΘΡΕΠΤΑΡΙΑ**, recte: attamen in minusculis suis adscivit Franz. θρέμματα, quod sane intelligitur: inest vero metonymia. Conf. infr. CCLXXXVI. 7. In v. ult. **ΛΗΜΨΤΤΑΙ**[o].

CCLXVIII. c.

Descriptum indidem. Apollonius, Demetrii nepos, tumulum paraverat pro se, liberis, nepotibus, conjuge Lysimachide, alia quadam femina Machata (seu Malata), denique altrice ejus Jasonide, ceteris omnibus sub pœna multæ exclusis.

Nequaquam certus sum de nominibus propriis in vv. 3. 6. *Hosius*

[1] Vol. III. Fasc. I. p. 156. n. 4299. Loc. Fellows. est vol. II. n. 182. pp. 186. 420.

[m] Vide Fascic. II. n. CXLVII. 8. Sic quoque vocabantur qui ex re aliqua quæstum faciebant, ut in tit. Burckhardt. (Franz. n. 4618.) πραγματευταὶ κητίων, *cetarii*. Angl. *dealers*. Hinc et *Portitores* appellantur a S. Chrysostom. in *Homil.* III. *De Pœnitent.* ἀλλοτρίων συμφορῶν πραγματευταί. Aliquando videtur indicari magistratus eponymus, ut in Aphrodis. Böckh. n. 2831. 2. et Pisidic. n. 4366. *w.* ubi verba sunt in vv. 3. s. Ἐπὶ Ἀβασκάντου πραγματευτοῦ. Affines erant πραγματικοί, de quibus conf. Oasen. infr. CCCCXV. 21. et alibi.

[n] Locutionem notes obv. in nostr. CCLXIX. 13. infr.

[o] Herodoteum est λάμψομαι. Conf. I. 199. VII. 39. 157. Vide sis Matthiæi Gr. §. 241. Buttman. *Lexilog.* XXI. 23.

ΤΟΝΤΑΦΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΟΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΔΙΣΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΑΝΤΙ
ΦΕΛΛΕΙΤΗΣΕΑΥΤΩΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΤΕΚΝΟΙΣΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙ
ΤΘΥΛΥΣΙΜΑΧΙΔΙΩΣΣΕΟΥΜΥΡΙΣΣΗΚΑΙΚΟΙΝΤΙΑΜΑΧΑΤΗΚΑΙΙΑΣΟΝΙΔΙ
ΟΝΟΣΜΥΡΙΣΣΗΤΗΘΡΕΠΤΡΑΑΥΤΟΥΑΛΛΩΔΕΜΗΔΕΝΙΕΞΕΣΤΩΕΝΤΑΦΗΝΑΙ
Ε . . . ΤΩΕΠΕΙΟΑΝΕΩ . ΑΣΗΕΝΘΑΨΑΣΕΤΕΡΟΝΟΦΕΙΛΗΣΕΙΕΚΑΣΤΟΣΑΥΤΩΝ
ΛΕΙΤΩΝΠΟΛΕΙΑΝΑΔΗΝΑΡΙΑΧΕΙΛΙΑΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ

Τὸν *τάφον κατεσκεύασεν ὁ* Ἀπολλώνιος *δὶς τοῦ* Δημητρίου Ἀντιφελλίτης *ἑαυτῷ καὶ τέκνοις καὶ τέκνων τέκνοις καὶ γυναικὶ αὐτοῦ* Λυσιμαχίδι Ὠσσέου Μυρίσσῃ, *καὶ* Κοϊντίᾳ Μαχατῇ *καὶ* Ἰασονίδι Ἰάσονος Μυρίσσῃ, *τῇ θρέπτρᾳ αὐτοῦ· ἄλλῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω ἐνταφῆναι ἐν αὐτῷ, ἐπεὶ ὁ ἀνεώξας ἢ ἐνθάψας ἕτερον ὀφειλήσει, ἕκαστος αὐτῶν,* Ἀντιφελλιτῶν *πόλει ἀνὰ δηνάρια χίλια πεντακόσια.*

obv. est in CCLXXV. 4. infr. et in Franz. n. 4292. 2. *Dosius.* Dein incertus sum de **ΜΑΧΑΤΗ**[p]. In v. ult. vacillo inter lectt. τῇ Φελλιτῶν et Ἀντιφελλιτῶν. Intervallum in lapide suaserit prius, et sic multa definiretur finitimæ urbi pendenda ut in Fascic. II. tit. CCLV. Notanda venit in hoc versu constructio ἀνὰ δηνάρια[q].

CCLXIX. d.

ΑΤΟΘΗΚ . ΝΚΑΤΕCΚΕΥΑCΕΝ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟCΦΕΛΛΕΙ . . CΚΑΙΑΠΕΡ
ΤΟΥΤΟΔΕΤ . ΜΝΗΜΑΕ . . . . . ΤΟΠ . . ΑΛΚΙΜΟΥΦΙΛΩΝ
ΔΟ . ΦΕΛΛΕΙΤΟΥΚΑΙΑΝΤΙΦΕΛΛΕΙΤΟΥΕΑΥ
ΓΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟΥΑΥΡΑΡCΑCΕΙ . ΥC
ΝΟΥΑΝΤΙΦΕΛΛΕΙΤ . . . ΚΑΙΤΕΚΝΟΙCΑΥΤΩΝ
ΚΑΙΜΗΤΡΙΑΥΤΟΥC . . ΡΟ . ΥΝΗΕΝΚΗΔΕΥ
ΘΗCΟΝΤΑΙΔΕΚΑΙ _ _ _ ΛΩΝΙΟ . ΑΥΓΟΥCΤΕΙ
ΝΟ _ _ ΚΑΙΗΓΥΝΗΑΥΤΟΥΑΥΡΛΑΛΛΑ
ΕΤΕΙΑΠΟΥΠΑΤΑΡΕ . . Κ . . ΤΑΤΟΥΤΩΝ
ΤΕΚΝΑΕΝΚΗΔΕΥΘΗCΕΤΑΙΔΕΚΑΙΑΥΡΝΑΝ
ΝΑΔΙCΠΑΠΠΩΝΟCΝΕΙΚΑΝΟΡΟCΚΑΙ
ΟΙCΑΝΕΤΙCΩCΩΝΕΠΙΤΡΕΨΩΕΝΔΕΤΩΥΠΟ
CΟΡΙΩΕΝΚΗΔΕΥΘΗCΟΝΤΑΙΤΑΘΡΕΜΜΑ
ΤΑΜΟΥΚΑΙΑΜΜΕΑΘΑ . ΕΙΑΟΔΕΙCΤΑΦΟΝ

[p] Nomen Masculinum Μαχατής obv. in titulo Mæon. Fascic. II. n. CLXIX.

[q] Reddas v. ult. Anglice: *Since the parties forcing an entrance into the tomb, or burying therein, shall severally be bound to the city of the Antiphellians in the full sum of fifteen hundred denarii.* Nimirum distributivus (quem vocant) est sensus; ideo crediderim ἀνὰ interpositum quod etiam per se talem designat. Conf. *Exped. Cyr.* IV. 6. 4. Μετὰ τοῦτο σταθμοὺς ἑπτὰ ἐπορεύθησαν, ἀνὰ πέντε παρασάγγας τῆς ἡμέρας, scil. *quinas die.* Citant et Dion (de Augusto): Ὥστε καὶ δωρεὰν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τελευτῶν καταλιπεῖν, *vicenas quinas.* Pariter in libr. sacr. S. Matth. XX. 9. 10. Ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. S. Marc. VI. 40. S. Luc. IX. 3.

Additum in nostro putes ex abundanti, quum prægressum fuerit ἕκαστος. Simile quid notes in Sueton. *Cæsar.* 83. fin. *Populo ----- viritim trecenos sestertios legavit.*

Σωματοθήκην κατεσκεύασεν Ἐπαφρόδιτος, Φελλίτης καὶ Ἀπερραΐτης· τοῦτο δὲ το μνῆμα ἐωνήσατο παρ' Ἀλκίμου Φιλωνίδου, Φελλίτου καὶ Ἀντιφελλίτου, ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ Αὐρηλίᾳ Ἀρσάσει Λυσιπόνου, Ἀντιφελλιτίδι, καὶ τέκνοις αὐτῶν, καὶ μητρὶ αὐτοῦ Σωφροσύνῃ· ἐγκηδευθήσονται δὲ καὶ Ἀπολλώνιος Αὐγουστίνου καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Αὐρηλία Λάδδα Εὐελπίστου, Παταρεῖς, καὶ τὰ τούτων τέκνα· ἐγκηδευθήσεται δὲ καὶ Αὐρηλία Νάννα δὶς Πάππωνος Νικάνορος, καὶ οἷς ἂν ἔτι σῶς ὢν ἐπιτρέψω· ἐν δὲ τῷ ὑποσορίῳ ἐγκηδευθήσονται τὰ θρέμματά μου καὶ Ἀμμέα Θαλεία· ὁ δ' εἰς τάφον

κ. τ. λ.

Titulus sepulcralis indidem descriptus. Sandapilam paraverat Epaphroditus eamque posuerat in sepulcro quod emptione quæsiverat a quodam Alcimo in suum usum conjugisque Arsasis, prognatorum ex iis, matrisque ejus Euphrosynæ (vel Sophrosynæ). Dein conceditur ususfructus Apollonio et uxori ejus Laddæ (Ladæ, Nannæ?) eorumque liberis: porro feminæ cuidam Nannæ et quibuscunque ipse adhuc superstes statuerit. Hyposorium destinatur alumnis ejus et Ammeæ (Thaliæ?).

Sepulcrum unde hæc desumebantur in rupe excavatum est[r], portui et marinis flatibus obversum, quo factum est ut litteræ pæne evanuerint, putrescente saxo. Idcirco in plurimis adhuc hæreo.

Nomen pr. in v. 8. quod sumpsi pro *Augustino* possis quoque legere **ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΟΥ**[s]. Incertus sum quid secum afferat **ΕΤΕΙΑΠΟΥ**

[r] Conf. de his Fellows. vol. I. pp. 219. s. et II. pp. 185. s. De Phelli vestigiis vide p. 184. Meminerunt quoque Spratt. et Forbes, *Travels, etc.*, vol. I. pp. 69–72. Adeas antiquos, Strab. XIV. 3. p. 216. Tauchn. Plin. v. 28. 1. qui et tradit Antiphellum quondam dictum fuisse *Habessum*. Conjunguntur hæ urbes cum Arpelis (Aperrhis) in Notit. Eccl. provinc. Lyciæ.

[s] Nomen obvium in Franz. (ex Fellows.), n. 4248. 3.

quod descripsi in v. 10. init. Conjeci Εὐέλπτου, deinde in Εὐελπίστου quod solennius est constiti. In v. 15. med. chartis mandaveram **ΘΝΘΕΙΑ**, quod levi mutatione fit **ΝΟΘΕΙΑ**, quasi fuerit *Ammea* vel *Ammia* filia Epaphroditi non legitima[t]. In nomine uxoris Apollonii agnoscas sermonem patrium[u].

CCLXX. e.

ΕΥΕΛΘΩΝΟΚΑΙ	*Εὐέλθων, ὁ καὶ - - - - - - -*
ΑΡΙΣΤΑΙΝ . . . . ΤΟΥΑΠΟΛ	*Ἀρισταινέτου τοῦ Ἀπολ-*
ΛΩΝΙΟΥΑΝΤΙΦΕΛΛΕΙΤΗΣ	*λωνίου, Ἀντιφελλίτης,*
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΕΑΥΤΩΚΑΙ	*κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ*
ΙΚΙΜΟΥΤΕΙΜΗΣΙΘΕΑ	*τῇ γυναικί μου Τιμησιθέᾳ,*
Ε . ΝΟΙΣ	*τοῦ δεῖνος, καὶ τοῖς τέκνοις*
ΘΟΝΤΙΚΑΙΑΠΟΛΛΩΝΙ	*Εὐέλθοντι καὶ Ἀπολλωνίῳ,*
ΑΙΔΑΜΟ . ΕΙΚΩΚΑΙΤΗΑ	*τῷ καὶ Δαμονίκῳ, καὶ τῇ ἀ-*
ΦΗΑΥΤΩΝΕΥΓΕΝΙ	*δελφῇ αὐτῶν Εὐγενείᾳ,*
ΤΟΙΣΕΞΑΥΤΩΝ	*καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν τέκνο-*
ΣΚΑΙΟΙΣΑΝΑΥΤΟΣ	*ις, καὶ οἷς ἂν αὐτὸς ἐπι-*
ΤΡΕ . . ΑΛΛΩΔΕΜΗ	*τρέψω· ἄλλῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω*
ΕΝΚΗΔΕΥΣΑΙΤΙΝΑΗ	*ἐγκηδεῦσαί τινα ἢ τ-*
ΟΙΣ . Ι . ΤΟΥΤΩΝΔΙ	*οῖς διὰ τούτων διωρισμέν-*
ΤΩΥΠΟΣΟ	*οις. ἐν δὲ τῷ ὑποσορί-*
Ω	*ῳ ἐγκηδευθήσον-*
ΚΑΙΤΑΘΡΕΠ . . ΜΟΥΟΔ	*ται καὶ τὰ θρεπτά μου· ὁ δὲ*
- - - - - - - - - -	*εἰς τάφον κ. τ. λ.*

[t] Illustrationem possis hinc accipere tituli Lycii in Fellows. vol. II. tab. 36. n. 20, 2. versione Sharpii admissa quam dedit in p. 476. Certe non nihil congruentiæ voci *womêletê* secum fert Arabicum حميل, *nothus*. Accedit porro fides iis quæ de vi adspirante litteræ + protuli supra in argumento et nota ad titul. CCLXVI.

[u] Scil *lâde* in titul. prædicto. At obvium est Λάδας, nomen virile in Pausan. VIII. 12. 3.

Titulus sepulcralis indidem descriptus de sarcophago in cujus latere insculpta ambibat corolla oleagina.

Euelthoᵛ[v], qui et aliter compellatus est, sepulcrum sibi comparavit et conjugi ejus Timesitheæ, liberisque Euelthonti, Apollonio, qui et Demonicus, et Eugeniæ, natisque ex iis, et quibuscunque ipse permiserit. Alumnis destinatur hyposorium, etc.

Perdifficilis tractatu erat hæc inscriptio ob causam jamjam expositam. In v. 6. post uxorem memoratam sequutum opinor nomen parentis ejus: hoc prorsus exciderat. In v. 8. nomen erat fortasse Dorice expressum, sc. Damonicus. In vv. 8. s. lapis erat valde exesus, sed pro certissimis habeo quæ restituuntur. Minime certus sum de eo quod in minusculis proposui in 14–15. scil. *διωρισμένοις*. Innuit *τούτων* vel epigraphæ ipsius verba, ut in nostra formula, *these presents*, vel personas tantum in ea memoratas quibus ususfructus monimenti concessus est. Hoc prætulerim. In v. ult. possis legere vel ΘΡΕΜΜΑΤΑ, ut in CCLXIX. 14. vel ΘΡΕΠΤΑΡΙΑ. Vide CCLXVII. 7. In hoc proclivis sum quantum ex evanidis decernere potui.

CCLXXI. f.

ΔΟ . . . . ϹΥΠΟΑΥΡΕΛΠΙΔΟϹ. . . . . ΚΟϹ
ΟΥΑΛΛΩΔΕΜΗΔΕΝΙΕΞΕϹΤΩΕΝΚΗ
ΔΕΥϹΑΙΤΙΝΑΗΟΠΑΡΑΤΑΥΤΑΔΡΑϹΑϹ

ΑΜΑΡΤΩΛΟϹΕϹΤΩΘΕΟΙϹΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙϹ
ΚΑΙΕΙϹΟΙϹΕΙΠΡΟϹΤΕΙΜΟΥΙΕΡΩΤΑ . . ΤΑ
ΜΕΙΩΧΑΦΟΔΕΕΛΕ . . . . ΡΙΤΟΝ

- - - - *τῆς συγχωρήσεως δεδομένης ὑπὸ Αὐρηλίας* Ἔλπιδος, *τῆς*

[v] Vide obv. in CCLXVII. 3. scriptum a Franz. (ex Fellows.) n. 4299. ΕΛΘΟΝΤΟΣ.

γυναικὸς αὐτοῦ· ἄλλῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω ἐγκηδεῦσαί τινα, ἢ ὁ παρὰ ταῦτα δράσας ἁμαρτωλὸς ἔστω θεοῖς καταχθονίοις, καὶ εἰσοίσει προστίμου ἱερωτάτῳ ταμείῳ δηνάρια χίλια πεντακόσια· ὁ δὲ ἐλέγξας λήμψεται τὸ τρίτον.

Descripta ibidem de sepulcro rupe inciso. Gravia perpessus fuerat lapis ut patet ex apographo Borrelliano quod confecerat vir eximius ex schedis Rossii de Bladensburg. Incipit v. 1. **ΛΟΥΛΟΣ.** Nempe processit oratio *συγχωρήσεως δεδομένης*, vel cum verbis hujusmodi[v]. Complexum fuerat exordium tituli solennia, scil. nomina conditoris eorumque quibus monimenti usumfructum condonaverat, potestate insuper data conjugi ejus Elpidi intromittendi in illud alterius per concessionis formulam. Cuivis alteri interdicitur sub pœna dirarum et multæ. Dein in v. 2. init. habet Ross. **ΟΥΑΜΩ.** In 3. fin. **ΑΝΤΑϹ.** In 5. init. **ΚΑΙΕΙϹΔΙϹΕΙΠΡΟϹΤΕΥΡΟΥ**, etc. In 6. **ΕϹΙΩ ΝΑΦΟΔΕϹΑΕ - - - - - ΕΙΤΟΝ.** Hæc præcipua.

CCLXXII. g.

ΧΑΙΡΕΤΕ - - - - - - - - - - - - - - - - - - ΕΘΕΙΤΟΥ
ΤΟΥΔΙΦΙΑΛΕΙΣΤΑΤΟΣΙΦΓΑΡΤΟΥΠ - - Ε
ΤΙΤΟΦΩΣ - - - - - ΕΛ - - - ΔΥΕΙΣΑΙ - - - ΤΟΚΕΙΓΑΙΑ
ΙΩΝΙΟΝΥΠΝΟΝΟΔΕΥΩΝ

Χαίρετε, τύμβον ἐμεῖο προσελθόντες παροδῖται,
Τοῦ δὲ φιλίστου ἄφθαρτον ὀδύρετε φῶς ἀφανισθέν·
Ἐνθάδ' ἐγὼν ἀπόκειμ' αἰώνιον ὕπνον ἰαύων.

Pudorem vix compescere queo hoc titulo, quem de loculo semiruto apud Antiphellum descriptum habui, in lucem prolato. Valebit

[v] Conf. Franz. (ex Fellows.) n. 4249. 2.

vero excusatio apud lectores, eos præsertim qui inter litterarum simulacra hujusmodi et ipsi fuerint aliquando versati. Supplementa quædam, dicis causa, tentavi, emendationesque expressi maxime secundum ductus elementorum quæ chartis mandaveram. Ideo quæ in meditullio versus primi inserui æstimaturi sunt pro suo arbitrio legentes, pariterque *ὀδύρετε* illud atque *ἀφανισθέν* in secundo. In tertio **ΟΔΕΥΩΝ** stare nequit. Tentavi primum **ΟΔΕΥΔΩΝ** (*ὅδ' εὕδων*), memor versiculi Moschei[x]. Qui hoc malit facile leget in v. 1. *τοῦτο τὸ μνῆμα* vel quid simile, et in 2. *νῦν ἀπόκειται*. Notanda demum veniunt posse **ΦΙΛΙΣΤΟΥ** illud in v. 2. esse nomen defuncti, et elisiones esse in prima et tertia sede v. 3. quas inter sculpendum videtur prætermisisse quadratarius. Atqui vide infra tit. cccxc. 6. metr.

APERRHÆ (اواصاری).

CCLXXIII. a.

ΚΡΑΤ · ϹΤΩΘΕΟΥΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟΥΥΙΩΚΑΙϹΑΡΙΟΥΕ
ΠΑϹΙΑΝΩΕΕΒΑϹΤΩΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙϹΤΩΔΗΜΑΡΧΙΚΗϹ
ϹΙΑΕΤΟΪΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΤΟΕ̄ΥΠΑΤΩΤΟΗ̄ΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟϹΤ
ΕΙΜΗΤΗ
ΕΠΙΤΙΤΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥ. . ΥΙΤΟΥΠΡΕϹΒΕΥΤΟΥΚΑΙΑΝΤΙϹΤΡΑ
ΥΤΟΥϹΕΒΑΕΤΟΥΚΑΙΓΑΙΟΥΜΗΝΙΟΥΛΟΝΓΟΥΕΠΙΤΡΟΠΟΥ
ϹΕΒΑϹΤΟΥΑΠΕΡΑΕΙΤΩΝΚΑΙΤΩΝϹΥΝΠΟΛΕΙΤΕΥΟΜΕΝΩΝ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹΤΟΒΑΛΑΝΕΙΟΝΚΑΙΤΟΠΡΟϹΤΟΟΝΚΑΤΕ
ϹΚΕΥΑϹΕΝΕΚΘΕΜΕΛΙΩΝ

Κρατίστῳ θεοῦ Οὐεσπασιανοῦ υἱῷ Καίσαρι, Σεβαστῷ, Ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ·δέκατον, Αὐτοκράτορι τὸ πέμ-

[x] Conf. *Idyll*, III. 111.

πτον, Ὑπάτῳ τὸ ὄγδοον, Πατρὶ πατρίδος, Τιμητῇ· Ἐπὶ Τίτου Αὐρηλίου Ἀουΐτου, πρεσβευτοῦ καὶ ἀντιστρατήγου Σεβαστοῦ, καὶ Γαΐου Μηνίου Λόγγου, ἐπιτρόπου Σεβαστοῦ· Ἀπερραϊτῶν καὶ τῶν συμπολιτευομένων ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος τὸ βαλανεῖον καὶ τὸ πρόστοον κατεσκεύασεν ἐκ θεμελίων.

Descripta de fragmento columellæ apud portum Kakovam[y]. Accensui Aperrhis propter v. 7. Referunt dedicationem balnei et vestibuli porticus ejus quæ denuo exstruxerant Senatus et Populus Aperrhaitarum, urbiumque in eadem politia junctarum, Imperante Tito; Legato proprætore Augusti Avito, procuratore Aug. Longo[z].

Constat annus tituli, scil. U. C. 833. P. C. 80., in quo notabile est

[y] Portus sunt *Kakova* et *Tristoma* (τρία στόματα) qui in eodem sinu jacent ab invicem dissiti circiter III. mill. pass. Vicini erant urbibus *Aperrhis*, *Myris*, *Cyaneis*: idcirco in titulis alterutrius horum observabunt legentes vel Aperrhas memoratas, ut hic, vel Cyaneas, ut in titt. CCLXXXI.–CCLXXXVII. Myra quoque, ut in CCXCVI. nisi hunc potius attribueris Limyris: at portus Limyrensium videtur fuisse ubi nunc sita est *Phenika*. Vide n. CCLXXXIX.

De Kakova adeas Fellows. vol. I. p. 217. Appellatio est Turcica, contracta ex vocibus ككلك اواسى, *perdicis planities*, propter volucres ibi congregantes, prorsus ut *Tikrova* (infr. CCCXI.) ab *alaudis*.

Aperrhæ memorantur a Ptolemæo in v. 3. *Apyre* in Plin. v. 28. 1., et in Notit. Eccles. prov. Lyc. Ἀπριλαί. Rudera hodie obvia sunt apud *Evâssari*, a Kakova parvo intervallo occidentem versus distantem, promontorio tantum interposito.

[z] Optime hæc consentiunt iis quæ a scriptoribus de Lyciis traduntur, scil. regionem fuisse a Vespasiano in provinciam redactam. Conf. Sueton. in Vesp. VIII. Eckhel. vol. VI. p. 332. b. Opinatur hic id accidisse in an. U. C. 827. nostr. 74. vel ad summum in sequente, argumento usus epocha Flaviopolitarum. Certe indicia novi regiminis cernimus in nostro, magistratus imperatorios. Nec tamen id soli Vespasiano debitum quod aliquot annis ante ratum coram Senatu fecerat Claudius propter discordias eorum civiles. Conf. Dion. in *Claud.* 17. Sueton. 25. Sic de Achæis Pausanias, VII. 17. 2. fin. Σφᾶς ὑποτελεῖς τε αὖθις ὁ Οὐεσπασιανὸς εἶναι φόρων καὶ ἀκούειν ἐκέλευσεν Ἡγεμόνος, ἀπομεμαθηκέναι φήσας τὴν ἐλευθερίαν τὸ Ἑλληνικόν.

et ipsum Imperatorem balnea dedicasse[a]. Censuram quæ hic memoratur (v. 4.) non video in nummis ab Eckhelio allatis post an. U. C. 832. cum quo desiisse opinatur v. d. Atqui a marmorariis additum credibile est honoris ergo, ut de Vespasiano patre ab eodem notatur[b].

CCLXXIV. b.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡϹΙΝΚЄϹΑΡϹΙΝ	Αὐτοκράτορσιν Καίσαρσιν
ΓΑΙѠΑΥΡΗΛΙѠΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝѠ	Γαΐῳ Αυρηλίῳ Διοκλητιανῷ
ΚΑΙΜΑΡΚѠΑΥΡΗΛΙѠΟΥΑ	καὶ Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Οὐα-
ΑΝѠЄΥϹЄΒЄϹΙΝ	λερίῳ Μαξιμιανῷ, Εὐσεβέσιν,
ЄΥΤΥΧЄϹΙΝϹЄΒΑϹ	Εὐτυχέσιν, Σεβαστοῖς,
ΚΑΙΦΛΑΥΙѠΟΥΑΛЄ	καὶ Φλαουΐῳ Οὐαλερίῳ
ΚѠΝϹΤΑΝΤΙѠΚΑΙΓ	Κωνσταντίῳ, καὶ Γαλερίῳ
ΟΥΑΛЄΡΙѠΜΑΞΙ	Οὐαλερίῳ Μαξιμιανῷ,
ΤΟΙϹЄΠΙΦΑΝЄϹΤ	τοῖς ἐπιφανεστάτοις
ΚЄϹΑΡϹ	Καίσαρσιν·
ΑΠЄΡΑΙΤѠΝΗΠ	Ἀπεῤῥαϊτῶν ἡ πόλις.

Descripta apud vicum *Evâssarî* de columella porphyretica coloris subrubri quæ in ambitum turriculæ in arce urbis veteris illata fuerat. Erat fortasse monimentum triumphale, bello cum Narse feliciter confecto a Galerio in an. U. C. 1050., quo tempore et ipse Maximianus redegerat Mauros Quinquegentianos[c]. Conferatur vero noster in Fascic. II. n. CXCV.

[a] Conf. Martial. *De Spectac.* 7. quæ egregie illustrant Sueton. in Tito, VII. Dion. LVI. 25.

[b] Vide *Doctr. N.* VI. p. 344. b.

[c] Ibid. ex Tillemont. vol. VIII. p. 4. b. Rectius fortasse constituitur epocha p. m. sex annis post, sc. U. C. 1056., quo tempore Diocletianus ab Oriente Romam reversus triumphum una cum Collega ejus celebravit. Vide Euseb. in *Chron. Pag.* ad ann. et Eckhel, ubi supr. p. 5. a.

CCLXXV. c.

ΕΡΠΙΔΑΣΗΗΚΑΙΣΑΡΠΗΔΟΝΙΣ
ΛΥΣΑΝΔΡΟΥΑΠΕΡΑΕΙΤΙΣ . ΕΓ
ΝΥ . ΑΑΡΧΙΕΡΕΙΑΕΝΤΩΕΘΝΕ
ΑΝΔΡΟΝΔΙΣΦΥΣΕΙΟΣΕΙΟΥ
ΑΠΕΡΑΕΙΤΗΝΑΠΟΑΠΟΛΛΩΝ
ΣΑΝΔΡΑΕΚΤΩΝΠΡΩΤΕΥΣΑ
ΤΩΝΕΚΠΡΟΓΟΝΩΝΑΡ . ΑΝ
ΤΩΝΚΑΙΕΝΤΩΛΥΚΙΩΝΕΘΝΕ
ΚΑΙ . . ΠΑΤΡΙΔΙΠΑΣΑΣ . ΑΣΑ
ΑΣΤΕΛΕΣΑΝΤΑΚΑΙΔΕΚΑΠΡ
ΕΥΣΑΝΤΑΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑΠΟ
ΛΑΚΙΣΕΦΟΙΣΕΥΕΠΟΙΗΣΕΝΙΑ
ΡΟΝΑΡΙΣΤΟΝΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΜΑΡΤΥΡΗΘΕΝΤΑΕΠΙΠΑΣΗΤΗ
ΤΟΥΒΙΟΥΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣΠΡΟΠΑΠΠΟΝΜΝΗ
ΜΗΣΧΑΡΙΝ

*Ἑρπιδασή, ἡ καὶ Σαρπηδον-
ὶς, Λυσάνδρου, Ἀπερραῖτὶς,
γεγονυῖα Ἀρχιέρεια ἐν τῷ
ἔθνει, Λύσανδρον δὶς φύσει
Ὀσείου, Ἀπερραῖτην ἀπὸ
Ἀπολλωνίας, ἄνδρα ἐκ τῶν
πρωτευσάντων ἐκ προγόνων
ἀρξάντων, καὶ ἐν τῷ Λυκίων
ἔθνει καὶ ἐν πατρίδι πάσας
τὰς ἀρχὰς τελέσαντα, καὶ
δεκαπρωτεύσαντα, τιμηθέντα
πολλάκις ἐφ' οἷς εὖ ἐποίησεν,
ἰατρὸν ἄριστον γενόμενον,
μαρτυρηθέντα ἐπὶ πάσῃ τῇ
τοῦ βίου καλοκαγαθίᾳ, τὸν
ἑαυτῆς πρόπαππον, μνήμης
χάριν.*

Miror incuriam præstantissimi Cockerelli qui hunc titulum Patarensibus accensuit[d]. Exstat inter rudera apud vicum *Evâssarî* ædificium instar templi amplitudinis modicæ quod pro Heroo sumi debere edocent nostri CCLXXVI. ss. In parte ejus inferiore prope basim insculpebantur CCLXXV. et CCLXXVII., in zophoro CCLXXVIII. f. g. h., subterque hos CCLXXVI. Perspexerat dudum incongruum loci Franzius (vide not. ad n. 4290.), ordinem vero Cockerelli mutare veritus.

Qui ante oculos est designat honorem proavo ejus Lysandro fac-

[d] Vide Walpol. *Itiner.* p. 543. n. 7. cum adjecto commentario.

tum ab Herpidasa, recordationis causa. Verba ἐν τῷ ἔθνει, ἐν τῷ Λυκίων ἔθνει, in vv. 3. 8. habent lectores explieata in nota ad tit. CCXXI. 5. Fascic. II.[e] Designatur Lysander *Aperrhaënsis ab Apollonia*, h. e. qui migratione facta ab Apollonia ad Aperrhas jus civitatis ibi acceperat. Hæc Apollonia erat procul dubio urbs Lyciorum Thracum de qua egimus in nota ad nostr. CCXXXVI. 7. s. De Decemprimis in 10. s. vide Fascic. I. ad n. XII. ult. et II. n. CIX. 5.

Menda in schedis Cockerell. cuncta elaboravit Franzius in suis minusculis.

CCLXXVI. d.

De loco descriptionis vide argum. et not. *y*. prægr. Designatur loculus Platonidis, filiæ Herpidasæ, sepulcralis, quem cum Heroo condiderat mater in usum ejus, ceteris sub pœna dirarum graviorisque multæ exclusis.

Edidit ex Walpolio, qui vicissim habuerat ex schedis Cockerelli, Franzius[f]. In v. 1. C. ΑΡΣΑΣΕΟΣ, quod Franz. in minusc. mutavit in Ἀρσάσιος. Recte. Erat et Ἀρσασεύς, nomen virile. Vide infr. n. CCXCVII. ult. In fine v. C. ΕΥ---ΒΟΥ, quod fecit Franz. Εὐγρίβου. Vide CCLXXVIII. f. quo plane respicit hic titul. in vv. 2. s. In 5. init. C. ΑΣΕΒΕΙΑ. In 6. fin. C. Μ̊, quod mutavit Franz. in Μ̌, scil. μυρία. Lapis exhibuit potius quod dedi, ut in Fasc. II. CCXXXI. m. Μ̂, fortasse τετρακισμύρια.

De locut. ὑποκείσεται vide tit. Thyatir. in Fasc. II. p. 178. et seq. CCLXXVIII. *h*. necnon Franz. n. 4224. *c*. Sic nos, *to lie under*, *undergo*, *be liable to*. De voc. ἔξωθεν in ult. vide Fasc. I. n. XV. 8.

[e] De Summo Sacerdotio Κοινοῦ Lyciorum vide sis Strab. XIV. 3. p. 214. T. et Fasc. II. p. 293.

[f] Conf. p. 154. n. 4290. Locus Walpolian. est p. 543. n. 7.

ΣΩ . . . . . ΗΚΗΠΛΑΤΩΝΙΔΟΣΤΗΣΚΑΙΑΡΣΑΣΙΟΣΜΑΡΚΙΟΥ . . . . . ΒΟΥ
ΗΝΑΝΕΘΕΤΟΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΜΕΝΗΚΑΙΤΟΗΡΩΟΝΗΜΗΤΗΡΑΥ
ΕΡΠΙΔΑΣΗΗΚΑΙΣΑΡΠΗΔΟΝΙΣΛΥΣΑΝΔΡΟΥΟΥΤΕΘΗΣΕΤΑΙΔΕΕΝΤΑΥ
ΤΗΤΗΣΩΜΑΤΟΘΗΚΗΑΛΛΟΣΟΥΔΕΙΣΗΟΕΝΘΑΨΑΣΥΠΕΥΘΥΝΟΣ
ΕΣΤΑΙΑΣΕΒΕΙΑΣΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΙΥΠΟΚΕΙΣΕΤΑΙΤΟΙΣΔΙΑΤΕ
ΤΑΓΜΕΝΟΙΣ . . . ΕΞΩΘΕΝΑΠΕΡΑΕΙΤΩΝΤΩΔΗΜΩ·Χ·$\overset{\text{Β}}{\text{Μ}}$

Σωματοθήκη Πλατωνίδος, τῆς καὶ Ἀρσάσιος, Μαρκίου Εὐτρίβου, ἣν ἀνέθετο κατασκευασαμένη καὶ τὸ ἡρῷον ἡ μήτηρ αὐτῆς Ἑρπιδασή, ἡ καὶ Σαρπηδονίς, Λυσάνδρου· οὐ τεθήσεται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ σωματοθήκῃ ἄλλος οὐδείς, ἢ ὁ ἐνθάψας ὑπεύθυνος ἔσται ἀσεβείας καταχθονίοις θεοῖς, καὶ ὑποκείσεται τοῖς διατεταγμένοις, καὶ ἔξωθεν Ἀπερραϊτῶν τῷ δήμῳ δηνάρια δισμύρια.

CCLXXVII. e.

ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ
ΑΙΑΝΔΡΙΑΥΤΗΣΤΙΒΚΛΑΥ

Ἑρπιδασῆ, ἡ καὶ Σαρπηδονίς, Λυσάνδρου, Ἀπερραΐτις, κατεσκεύασεν τοῦτο τὸ ἡρῷον καὶ ἑαυτῇ καὶ ἀνδρὶ αὐτῆς Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Αὐρηλίῳ Πτολεμαίῳ, Μυρεῖ καὶ Παταρεῖ καὶ Ἀπερραίτῃ.

De hoc fragmento et seqq. vide notata ad CCLXXV. Disposui ita ut particulæ *f. g. h.* integrum titulum conficiant, utpote in zophoro Heroi simul exstantes, et seorsum ab iis *e.* qui in ordine inferiore ædiculæ apparebat. Huic porro pro ratione temporis principem locum attribui.

Varia equidem sunt quæ de horum fragmentorum tenore et supplementis conjectanda veniunt. Hæc fortasse perpendenti probatiora possint videri; Heroum ipsum fuisse in primis exstructum in honorem Lysandri (CCLXXV.), deinde adjecta fuisse nomina Herpidasæ virique ejus Ptolemæi[g] (CCLXXVII.), postmodum thecam intromissam fuisse in usum Platonidis, quam crediderim fuisse filiam adoptivam Herpidasæ (CCLXXVI.), postremum, thecæ usum fuisse communicatum et conditrici et marito ejus Ptolemæo, declarandi cujus gratia curasse Herpidasam ut inscriptio nomina complectens ipsius, Platonidis, et Ptolemæi, insculperetur in ordine eminentiore, scil. zophoro. Sic distinguendas quatuor occasiones credas, nempe, quæ designantur a titt. CCLXXV. CCLXXVII. CCLXXVI. CCLXXVIII. Quia vero fragmina dumtaxat restant secundi horum et quarti, posui juxta invicem temporum ordine posthabito.

[g] Occurrunt in tit. Franz. (ex Beaufort. et Fellows.) n. 4295. nomina Ptolemæus et Sarpedonis: erant vero Patarensium.

Lacunæ in zophoro semiruto identidem turbantes ordinem orationis molestiam describendi hujus tituli magnopere augebant.

CCLXXVIII. f. g. h.

f. ΑΙΣΑΡΠΗΔΟΝΙΣΛΥΣΑΝΔΡΟΥΑΠΕΡΑΕ
ΩΝΙΔΙΤΗΚΑΙΑΡΣΑΣΕΙΜΑΡΚΙΟΥΕΥΤΡΙΒΟΥΚΥΑΝΕ

g. ΤΗΘΥΓΑΤΡΙΑΥΤΗΣΠΛΑΤ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΩΜΥΡΕΙΚΑΙΠΑΤΑΡΕΙΚΑΙΑ

h. ΠΕΡΑΕΙΤΗΤΩΝΜΕΤΑΥΤΗΣΔΕ
ΗΥΠΟΚΕΙΣΕΤΑΙΟΘΑΨΑΣΚΑ

Ἑρπιδασή, ἡ καὶ Σαρπηδονίς, Λυσάνδρου, Ἀπερραΐτις, κατεσκεύασεν τοῦτο τὸ ἡρῷον καὶ ἐν αὐτῷ σωματοθήκην ἑαυτῇ καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς Πλατωνίδι, *τῇ καὶ* Ἀρσάσει, Μαρκίου Εὐτρίβου, Κυανίτου, *καὶ ἀνδρὶ αὐτῆς* Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Πτολεμαίῳ, Μυρεῖ *καὶ* Παταρεῖ *καὶ* Ἀπερραΐτῃ, *τῶν μετ' αὐτῆς δεδομένων συγγραφῶν ἐν τοῖς ἀρχείοις· οὐ τεθήσεται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ σωματοθήκῃ ἄλλος οὐδείς, ἢ ὑποκείσεται ὁ θάψας καταχθονίοις θεοῖς.*

Declaratur exstructio Heroi et in illud intromissio loculi sepulcralis in usum conditricis Herpidasæ, filiæ ejus, et mariti. Vide argum. prægr.

De *ὑποκείσεται* in v. 6. vide supr. CCLXXVI. 5.[b]

[b] Dixeris nimirum æquo jure *ὑποκείσεται* *βουλῇ*. Vide Fasc. II. p. 178. *Θεοῖς* ac in Fasc. I. n. XVIII. 5. *τῇ πόλει* vel

CCXXIX. i.

ΤΟ- - - - - - -ΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΝΕΡ. . . Ϲ. ΠΕΡΑ . . ΤΗϹΕΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙ
ΑΥΤΟΥΚΑΙΤΕΚΝΟΙϹΑΥΤΟΥΚΑΙΤΑΙϹΠΑΙϹΙΝΑΙϹΑΝΚΑΤΑΝΟΜΟΥϹϹΥΝΖΗϹΩϹΙΝ
ΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙϹΑΥΤΟΥΑΛΛΩΔΕΟΥΔΕΝΙΕΞΕϹΤΩΕΝΚΗΔΕΥΘΗΝΑΙΗΟΦΕΙΛΗϹΕΙ
ΑΠΕΡΑΕΙΤΩΝΤΗΠΟΛΕΙ·Χ·ΒΦ·ΒΟΥΛΟΜΕΕΝΚΗΔΕΥΘΗΝΑΙ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥΚΑΙΥΙΟΝΑΥΤΗϹΑΝΤΙΟΧΟΝΔΙϹΓΑΜΒΡΟΝΜΟΥ

Τὸ *μνῆμα κατεσκεύασεν* Ἑρμίας, Ἀπεῤῥαΐτης, *ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ τέκνοις αὐτοῦ καὶ ταῖς παισὶν αἷς ἂν κατὰ νόμους συζήσωσιν καὶ ἐκγόνοις αὐτοῦ· ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέστω ἐγκηδευθῆναι, ἢ ὀφειλήσει προστίμου τῶν* Ἀπεῤῥαϊτῶν *τῇ πόλει δηνάρια δισχίλια πεντακόσια.* Βούλομαι *ἐγκηδευθῆναι καὶ* (*τὴν δεῖνα*) Ἐπαφροδίτου, *καὶ υἱὸν αὐτῆς* Ἀντίοχον *δίσγαμβρόν μου.*

Descripta de ædicula quæ in titulis prægressis memoratur. Videtur ex hoc titulo heroum quod exstruxerat Herpidasa devenisse (fortassis emptionis jure) in possessionem Hermiæ, qui proinde in eo sepulcrum condiderat in suum usum conjugisque et liberorum etc., adjecta in fine concessione ut filia Epaphroditi et ex ea natus Antiochus in eodem sepelirentur.

De nomine *Hermias* non omnimode certus sum. Potes conjicere *Hermippus*. Notabile est quod dicitur in v. 2. de adolescentulis quibuscum consortium habituri erant ex eo nati. Nimirum jus monimenti aperte denegatur pellicibus vel amasiis. Vocem porro in fine v. 5. notes, *δίσγαμβρον*, quod conferendum cum usitatis, *δισέγγονος, δίσπαππος*[i].

Quod ad lacunas attinet, videtur quid excidisse post *ὀφειλήσει* in fine v. 3. De industria hoc factum fuisse probabile visum est lapidem intuenti. Oboritur suspicio partem multæ fuisse urbi cuidam alteri (*συμπολιτευομένῃ*, CCLXXIII. 7.) addictam[k], quod irritum volebant postea vel Hermias ipse vel heredes ejus.

CCLXXX. k.

ΤΟΝΤΑΦΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΤΟΙΣΤΩΝΗ.ΛΛΑΝΕΙΚΟΥΑΠΕ
ΚΑΙΤΟΙΣΕΑΥΤΗΣΤΕΚΝΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΤΟΥΤΩΝΤΕΚΝΟΙΣ
ΚΑΙΑΝΤΙΠΑΤΡΩΙΤΕΛ..Υ_ _ΥΕ_ΚΟΠΩΙΑΥΤΗΣΑ_ _ΩΙΑΛΛΩΙΔΕ
ΜΗΘΕΝΙΕΞΕΣΤΩΗ_Τ_Λ_ _ _Α_ΑΜΑΡΤΩΛΟΣΕΣΤΩΘΕΟΙΣΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ
ΕΑΝΔΕΤΙΣ _ _ _ _ _ ΑΡΑ . . . ΤΑ . Φ . . . . ΠΕΡ . ΕΙΤ

Τὸν τάφον κατεσκευάσατο Ἱστώνη Ἑλλανικοῦ, Ἀπεῤῥαϊτίς, *ἑαυτῇ καὶ τοῖς ἑαυτῆς τέκνοις καὶ τοῖς τούτων τέκνοις καὶ* Ἀντιπάτρῳ Τέλ-

[i] Conf. Fasc. II. §. *d.* p. 308.
[k] Hoc usu venerat: conf. Fasc. II. n. CCLV. 9.

λου καὶ ἀργυροκόπῳ αὐτῆς Ἀνθίμῳ· ἄλλῳ δὲ μηθενὶ ἐξέστω, ἢ ὁ τολμήσας ἁμαρτωλὸς ἔστω θεοῖς καταχθονίοις. Ἐὰν δέ τις ποιήσῃ παρὰ ταῦτα, ὀφειλήσει Ἀπερραϊτῶν τῇ πόλει δηνάρια κ. τ. λ.

Descripta de monimento apud vicum supradictum *Evâssari*. Titulus valde obscuratus est, præsertim in fine, ubi fortasse suppleveris *ἐὰν δέ τις ἐνθάψῃ τινά*. In v. penult. liquido constabat **ΜΗΘΕΝΙ**, quod inusitatius est[l]. In v. 3. exemplar meum primo factum habuit *ὑελοκόπῳ*, sed mutatum in minusculis credo in melius. Certe facilis est error describentibus **Ε** pro **Ρ** in monimento semiruto.

Enarrat epigraphe quod Histone quædam, filia Hellanici, condiderat sepulcrum sibi stirpique, necnon Antipatro, et argentario ejus Antho (vel Anthimo)[m]. Ceteris interdicitur, etc.

CYANEÆ.

CCLXXXI. a.

Τὸ μνημεῖον Ἐπαφροδίτου, Ἰουλίου Λέοντος Μουσαίου, τοῦ καὶ Λέοντος, Μυρέως καί Ἀπερραίτου, ὃ ἐωνήσατο διὰ τῶν ἐν Μύροις ἀρχείων παρὰ τῶν σὺν Ἀρχιστολίστῳ, τῷ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Μυρεῖ, εἰς ὃ κηδευθήσεται καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Φαρησία, ἡ καὶ Εὐτυχία, καὶ οἷς ἂν αὐτὸς ζῶν ἐπιτρέψῃ· ἐὰν δέ τις ἕτερος ἐγκηδεύσῃ τινά,

[l] Verba sunt Passovii, *Enchirid.* vol. II. p. 163. a. Μηθείς, μηθέν, *Spätere, unattische Form statt μηδείς, μηδέν, besonders von Aristoteles und Theophrastan in ziemlich häufigem Gebrauch.* Lobeck. *Phrynich.* p. 182. Subjicit v. d. nusquam in usu comparere μηθεμία. Conf. Thom. Magist. p. 661. Eodem modo habemus et οὐθείς in Aristot. *Ethic.* IV. Φέρει δὲ οὐθέν. At in scriptt. notæ optimæ, ex. c. Xenoph. *Discipl.* 1. 2. 15. Thucyd. VI. 60. 66. vacillant codd. inter οὐδείς et οὐθείς. Conf. Thuc. Bipont. vol. IV. pp. 352. 356. Contra οὐδ' εἷς erat Atticum: Ammon. Διάφ. λέξ. XV. 21. Matthiä. *Gr.* §. 137. 1.

[m] Nomen *Anthus* Lycium erat: conf. Franz. (ex Schönborn.) n. 4303. *i.* 7.

ὀφειλέτω τῇ Κυανιτῶν Γερουσίᾳ δηνάρια - - τῆς προσαγγελίας οὔσης παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐπὶ τῷ τρίτῳ.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΥΛΕΟΝΤΟϹΜΟΥϹΑΙΟΥΤΟΥΚΑΙ
ΛΕΟΝΤΟϹΜΥΡΕΩϹΚΑΙΑΠΕΡΑΕΙΤΟΥ
ΟΕΩΝΗϹΑΤΟΔΙΑΤΩΝΕΝΜΥΡΟΙϹΑΡΧΕΙΩΝ
ΠΑΡΑΤΩΝϹΥΝΑΡΧΙϹΤΟΛΙϹΤΩΤΩΚΑΙ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΩΜΥΡΕΙΕΙϹΟΚΗΔΕΥΘΗϹΕΤΑΙ
ΚΑΙΗΓΥΝΗΑΥΤΟΥΦΑΡΗϹΙΑΗ
ΚΑΙΕΥΤΥΧΙΑΚΑΙΟΙϹΑΝΑΥΤΟΣΞΩΝ
ΕΠΙΤΡΕΨΗΕΑΝΔΕΤΙϹΕΤΕΡΟϹ
ΕΝΚΗΔΕΥϹΗΤΙΝΑΟΦΕΙΛΕΤΩ
ΤΗΚΥΑΝΕΙΤΩΝΓΕΡΟΥϹΙΑ
ΤΗϹΠΡΟϹΑΝΓΕΛΙΑϹΟΥϹΗϹ
ΠΑΝΤΙΤΩΒΟΥΛΟΜΕΝΩΕΠΙΤΩ
ΤΡΙΤΩ

Descriptum habui de monimento apud portum Tristoma, de quo vide dicta ad n. CCLXXIII. not. *y*. Epaphroditus quidam, qui et *Leo* appellatus est, filius Julii Leonis Musæi, civis Myrensis et Aperrhaënsis, emerat ab Archistolisto aliisque quibusdam, Myrensibus, sepulcrum in quo sepeliretur ipse, conjux ejus Pharesia, quæ et *Eutychia*, aliique quibuscunque ipse facultatem præbuerit superstes. Usus ceteris interdicitur sub pœna multæ pendendæ Cyanitarum[n] Gerusiæ, cujus trientem accepturus est qui monimenti violationem denuntiaverit[o].

[n] De Cyaneis vide not. *y*. ad tit. CCLXXIII. Franz. ad n. 4288. 11. Spratt. et Forbes. *Travels*, etc. vol. I. pp. 109–121. et 270. s. Ex antiqq., Ptolem. in v. 3. ubi obv. Κύδνα pro Κύανα, solito errore librariorum. Plin. v. 28. 2. et Notit. Eccles. prov. Lyc. Meminit Pausanias miraculi ejus fontani in VII. 21. 6.

[o] Notes in v. 12. προσαγγελίας οὔσης. Προσαγγέλλειν erat *denuntiare coram magistratibus*, quod nos, *to lodge information*. Conf. Maccab. II. 10. 21.

Edidit Franzius[p] ex Cockerelliano apud Walpolium. Noto seqq. In v. 2. init. **ΑΟΥΛΟΥ**, unde Franz. Αὔλου. In 3. init. **ΙΔΕΟΝΟϹ**, quod in Ἰάσονος convertit v. d. In 5. a med. ex **ΑΡΧΙϹΕΟΔΙϹΤΩ** rectissime Fr. Ἀρχιστολίστῳ· Deinde ad finem fefellerat Cockerell. articulus propter **ΤΩ** in exeunte nomine. In 7. fin. omisit C. **Η**. Sic concidunt a Franzio observata ad vv. 5. 7. In 11. fin. **Ι_ΡΩΥ_ _**, et in 12. fin. **ΟΥϹΝΕ**.

CCLXXXII. b.

ΜΝΗΜΑΤΟΥΤΟΜΟΗΘΟΥΚΑΙΓ	*Μνῆμα τοῦτο Μοήθου και γυναικὸς*
ΑΥΤΟΥΠΩΛΛΑΣ	*αὐτοῦ Πώλλας (τοῦ δεῖνος?)·*
ΑΛΛΩΔΕΟΥΔΕΝΙΕΞΕΣ	*ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέστω ἐν αὐτῷ*
ΘΑΨΑΙΗΟΦΕΙΛΕΤΩΚΥΑΝ	*θάψαι, ἢ ὀφειλέτω Κυανιτῶν Γε-*
ΡΟ . . . Α✱ΑΦ	*ρουσίᾳ δηνάρια χίλια πεντακόσια.*

Descriptum habui apud portum Kakova, de quo dudum egi in not. *y*. ad n. CCLXXIII. Monimentum designatur Moëthi et uxoris ejus Pollæ. Multa violanti illud indicitur Gerusiæ Cyanitarum pendenda.

Edidit Franzius[q] ex schedis Schönbornianis, quarum portenta ex uno disce: v. 1. **ΡΙΜΑΤΟΥΦΟΥΥΟΗΟΟΥ**, quæ refinxit Fr. *τὸ μνῆμα Ῥούφου Βοήθου*. Certe eadem sunt nomina *Boëthus* et *Moëthus*, conversione solita labialium quæ vocant, prorsus ut Virgilianum *Iarbas* erat יִרְמְיָה, et ex יַעֲקֹב prodierunt Italorum *Giacomo*, nostrum *James*[r]: sed lectio quam dedi est genuina. In v. 2. nomen facit Fr. Τουλλίας. In 4–5. excogitavit v. d. *τῷ δημοσίῳ ταμείῳ*. Ideo non mirum est eum latuisse veram sedem tituli.

Erat et εἰσαγγέλλειν. Utrumque obv. in Oasen. nostr. infr. CCCCXV. 39. 42. ubi conf. not. p. 546. n. 9.

[p] Vide n. 4288. p. 153. Loc. Walpol. est

[q] Ubi supr. p. 158. n. 4303. *g*.

[r] Similiter comparandum videtur Punicum Βάρκα (Polyb. I. 56. 1.) et *Marcus*.

CCLXXXIII. c.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΤΟΜΕΛ
Τ . . Ν . ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΟΥΟΝΗΣΙΦΟΡΟΥ
ΚΥΑΝ . . . . . ΕΠΙΕΑΥΤΗΚΑΙΑΝΔΡΙΑΥΤΗΣ
ΕΡΜΑΠΙΑΕΥΔΟΞΟΥΚΑΙΘΥΓΑΤΡΙΚΑΙ
ΓΑΝΒΡΩΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙΘΡΕΠΤΗ
ΝΑΝΝΗΚΑΙΟΙΣ . . . . ΣΑΑΥΤΗΗΟΑΝΗΡ
ΑΥΤΗΣΕΡΜΑΠΙΑΣΣΥΝΧΩΡΗΣΩΣΙΝ
ΑΛΛΩΔΕΟΥΔΕΝΙΕΞΕΣΤΑΙΕΝΚΗΔΕΥΣΑΙ
ΤΙΝΑΗΟΦΕΙΛΗΣΕΙΚΥΑΝ
𐆖ΧΕΙΛΙΑΩΝΟΕΛΕΝΞΑΣΛΗΝΨΕΤΑΙΤΟ
ΗΜΙΣΥΕΝΔΕ

Τὸ *μνημεῖον κατεσκευάσατο* Μ*ελιτιανὴ* Ἀ*λεξάνδρου τοῦ* Ὀ*νησιφόρου* Κ*υανιτίς, ἐπὶ ἑαυτῇ καὶ ἀνδρὶ αὐτῆς* Ἑ*ρμαπίᾳ* Ε*ὐδόξου καὶ θυγατρὶ καὶ γαμβρῷ καὶ ἐκγόνοις καὶ θρεπτῇ* Ν*άννῃ καὶ οἷς ἂν ζῶσα αὐτὴ ἢ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς* Ἑ*ρμαπίας συγχωρήσωσιν· ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέσται ἐγκηδεῦσαί τινα, ἢ ὀφειλήσει* Κ*υανιτῶν τῇ πόλει δηνάρια χίλια, ὧν ὁ ἐλέγξας λήμψεται τὸ ἥμισυ.* Ἐ*ν δὲ τῷ ὑποσορίῳ κ. τ. λ.*

Descripta habui de monimento sepulcrali apud portum *Kakova:* Cyanitis vero accensui ob statutum in v. 9. Melitiana (*Melitina* seu *Meltina* ?)[1] quædam, filia Alexandri, instruxerat illud in usum suum virique ejus Hermapiæ et filiæ et generi, dein posterorum alumnæque Nannæ. Hæc speciatim: reservatur vero sibi, dum superstes sit, facultas

Hoc in nummorum epigraphis notavit Eckhel. in vol. I. p. 75. a. scil. DVBNORIX et DVBNOREX in numm. Tornacens. pro *Dumnorix* in Cæs. *B. G.* I. 3.

[1] Obv. nom. *Meltina* in tit. Marmarensi Fascic. I. p. 135. de quo adeas Böckh. vol. II. p. 595. n. 2951. et p. 995. n. 2010. *c.* Justa forma erat *Melitina.* Nomen virile *Melitianus* cernitur ibid. n. 2951. scr. ΜΕΛΤΙΝΙΑΝΟΥ.

dandi quibuscunque aliis veniam in eo sepeliendi. Multa definitur ærario Cyanitarum pendenda, cujus semissis attribuitur convincenti, etc.

Nomen Ἀλέξανδρος obv. in Franz. (ex Fellows.) n. 4248. 1. Hermapias (script. et *Hermappias*) in n. 4257. ex Fellows. et CCXCVI. 2. infr. Habemus quoque Ὀνησίφορος δὶς τοῦ Ἀλεξάνδρου in Telmiss. Franz. (ex Fellows. et Von Hammer.) n. 4213. init.

CCLXXXIV. d.

ΑΥΡΗΛΙΟϹΜΑΡ	Αὐρήλιος Μαρ-
ΚΙΑΝΟϹΝΕΙΚΟΜΗ	κιανός, Νικομη-
ΔΕΥϹΚΑΙΒΥΖΑΝΤΙΟϹ	δεὺς καὶ Βυζάντιος,
ΚΥΒΕΡΝΗΤΗϹΚΑΛΩϹ	κυβερνήτης, καλῶς
ΒΙΩϹΑϹΕΝΘΑΔΕΚΑ	βιώσας. Ἐνθάδε κατ-
ΤΟΙΚΩΕΡΜΑΠΙ	οίκῳ Ἑρμαπί-
ΑϹΕΠΕΤΡΕΨΑ	ας ἐπέτρεψα.

Prostabat hæc epigrapha in eodem monimento ac prægressa. Hermapias (prægr. vv. 4. 7.) jus ei concessum a conjuge (vv. 6. 7.) exercuit, permissa sepultura Marciano, civi Nicomedensi et Byzantino, in monimento familiari.

Κυβερνήτης in v. 4. est *Rector navis*. Expertus fuerat fortasse sepulcri possessor fidelem operam Marciani in quæstu maritimo exercendo.

CCLXXXV. e.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΥΕΠΙΚΤΗΤΟΥ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΥΚΥΑΝΕΙΤΟΥΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ

Τὸ μνημεῖον Αὐρηλίου Ἐπικτήτου
Ἐπικτήτου, Κυανίτου, προγονικόν.

Descripta de sepulcro apud portum *Tristoma*, de quo vide not. *y.* ad n. CCLXXIII. Cyanitis accensui propter v. 2. Designatur monimentum Epicteti, qui erat civis Cyanearum, avitum (*προγονικόν*)[f]. Nomen cernitur et in Franz. (ex Fellows.) n. 4277. init.

CCLXXXVI. f.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ
ΑΥΡΗΛΙΑ..ΘΥΛΛΑΗΚΑΙΜΕΛ
ΠΡΥΤΑΝΙΚΟΥΚΥΑΝΕΙΤΙΣΕΑΥΤΗ
ΚΑΙΑΝΔΡΙΑΥΤΗΣ- - -ΤΥΧΕΙΑ
ΣΤΑΙΝΕΤΟΥΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΑΥΤΗΣ
ΑΥΡΑΕΤΙΩΚΑΙΛΑΡΧΕΙΔΗΜΩΚΑΙ
ΘΡΕΠΤΑΡΙΟΙΣΕΥΤΥΧΙΑΚΑΙΙΑ.ΟΝΙ
ΔΙΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟ.......ΠΗΝ..ΚΑΙΟ
ΑΝΒΟΥΛΗΘΩΣΙΝ.ΥΕΝΚΗΔΕΥ
ΣΑΙΜΗΔΕΝΙΔΕΕΤΕΡΩΕΞΟΝ

Τὸ *μνημεῖον κατεσκεύασεν* Αὐρηλία Βαθύλλα, *ἡ καὶ* Μελιτίνη, Πρυτανικοῦ, Κυανειτίς, *ἑαυτῇ καὶ ἀνδρὶ αὐτῆς* Εὐτύχει Ἀρισταινέτου *καὶ τέκνοις αὐτῆς* Αὐρηλίῳ Ἀετίῳ *καὶ* Λουκίῳ Ἀρχιδήμῳ *καὶ θρεπταρίοις* Εὐτυχίᾳ *καὶ* Ἰασονίδι Ἀσκληπιοδότου, Ὀλυμπηνοῦ, *καὶ οἷς ἂν βουληθῶσιν εὖ ἐγκηδεῦσαι· μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ ἐξὸν ἔσται*
κ. τ. λ.

Descripta indidem. Cyaneis et hoc videtur attribuendum, patriæ civitati conditricis Bathyllæ. Hæc paraverat monimentum sibi et marito ejus Eutychi natisque Aëtio et Archidemo alumnisque Eutychiæ et Jasonidi filiabus Asclepiodoti Olympeni, quibus insuper jus tribuitur alios quoscunque intromittendi. Deficit titulus in clausula.

De nominibus quibusdam minime certus sum marmore fatiscente.

[f] Conf. infr. CCCIX. 4. Smyrn. in Fascic. I. p. 201. et Telmiss. in Franz. (ex Fellows.) n. 4222.

Bathylla videtur constare, sed incertum est *Eutyches* in v. 4. Lycium vero est; cf. Fellows. nn. 134, 147. In v. 8. hæreo in gentilicio cujus frustulum tantum discernere poteram. Quin etiam in verbis *βουληθῶσιν εὖ* in loco prærupto v. 9., quæ formula, si legitima sit, videtur dumtaxat recentioribus competiisse[u]. Est quasi dixeris Anglice, *whom it may be their good pleasure to inter therein.*

Notabilis est hic titulus ob turbam colligationum quam in eo admisit quadratarius.

CCLXXXVII. g.

ΤΟΜΝΗΜΑΚΑΤЄϹΚЄΥΑϹЄΝЄΥΤΥΧΙΑΝΗΚΥΑΝЄΙΤ
ΑΥΡ. . ΙΟ. . ΠΑ. . ΟΔЄΙΤΟΥ. . . . . . ΤΟΥ. . . ΑΥΤΗΚΑΙЄΛΠΙϹ
ΜΥΡ. . . . ΟΡΟ_ _ _ _ _ΗΔЄΥΘΗ. . . ΤΡЄΠѠ. ΑΙΒΟΥΛΟ. . . . . . . ΥϹΙΑ
ЄΧЄΙΝЄΝΚΗΔЄΥϹΑΙΤΙΝΑ
ΑΙΠЄΚΟΙΟ_ _ _ _ΚΑΠΝЄΟΝΟΙΟ

Τὸ μνῆμα κατεσκεύασεν Εὐτυχιανή, Κυανειτίς, ἡ καὶ (τὸ δεῖνα), Αὐρηλίου Ἐπαφροδίτου, Κυανείτου, ἐν ᾧ αὐτὴ καὶ Ἔλπις, Μυρίσση, Ὀροκόνδου, ἐγκηδευθῇ. Ἐπιτρέπω καὶ βούλομαι Διονυσίαν (τοῦ δεῖνος, κ. λ.) ἐγκηδευθῆναι, ἄλλον δὲ μηδένα ἐξουσίαν ἔχειν ἐγκηδεῦσαί τινα, ἢ ὀφειλήσει Κυανειτῶν Γερουσίᾳ δηνάρια χίλια πεντακόσια· ὑποκείσεται δὲ καὶ Νεωποιοῖς, κ. τ. λ.

Titulus apud portum *Kakova* descriptus atque inter Cyanenses probabiliter numerandus. Eutychiana, filia Epaphroditi, Cyanearum civis, paraverat monimentum sibi Elpidique filiæ Orocondi (Trocondi?), Myrensi, concessione facta ut in eo sepeliretur Dionysia. Post hæc supplevi quæ visa sunt probatiora in clausula ubi inscriptio fere tota exoleverat. Multam addixi Gerusiæ Cyanitarum, ut factum

[u] Vide Passow, *Handwört.* I. p. 925. a. et cf. Schäfer. ad Bos. *Ellips. Gr.* p. 143. Glasg. cum *Œdip. R.* 958. Pariter fere Germani suum *wohl* adsciscunt.

invenimus in CCLXXXII. fin. Farraginem quam festinante stilo expresseram in v. 5. crediderim in lapide integro exstitisse, **ΑΦΥΠΟΚΕΙCΕΤΑΙΔΕΚΑΙΝΕΩΠΟΙΟΙC***, nisi quis fortasse prætulerit seqq. **ΥΠΟΚΕΙCΕΤΑΙΔΕΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙCΘΕΟΙC**, ut antea supplevi in CCLXXVIII. *h.* 2. ubi conf. not. de loquut. *ὑπόκεισθαί τινι*. Nomen conditricis alibi inter Lycia apparet; ex. c. Franz. (ex Walpol.) n. 4287. 4. s. Εὐτυχιανῇ Κυανιτίδι, quæ vero diversa fuisse a nostra apparet. Hæreo in nom. *Orocondus*, v. 3. *Trocondus* obvium est in Franz. (ex Schönborn.) nn. 4321. *b. c.*

LIMYRA. دمرجی کوی.

CCLXXXVIII. a.

↑Β↑ΕΙΑ : ↑ΡΑFΑΞΕΙΑ : Μ↑ΤΕ
ΡΡΞΝΑFΑΤΨ : ΣΕΔ↑ΡΕΙΑ : Ρ↑
Ν↑ : ΤΕΔ↑ΕΜΕ : +ΡΡΡΕ : ΑΤΛΕ : ↑ЖΒΕ : Σ↑
ΛΑΔΕ : ↑+ΒΕ : Σ↑ΤΕΔ↑ΕΜΕΓ. ЖΞ↑
Λ↑Ι↑ ΤΟΜΝΗΜΑΤΟΔΕΕΓ
ΟΙΗΣΑΤΟΣΙΔΑΡΙΟΣΓΑΡΜΕΝΟ
ΝΤΟΣΥΙΟΣΕΑΥΤΩΙΚΑΙΤΗΙΓΥΝΑ
ΙΚΙΚΑΙΥΙΩΙΠΥΒΙΑΛΗΙ

Êvêeiâ : êrâfâzeiâ : mête
prinâfâtu : Sedêreiâ : Pê
nê : tedêeme : ōūrppe : âtle : êōūve : sê
lâde : êōūve : sê : tedêeme : Pōūwiê
lêiê : Τὸ μνῆμα τόδε ἐπ-
οιήσατο Σιδάριος, Παρμένον-
τος υἱὸς, ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναι-
κὶ καὶ υἱῷ Πυβιάλῃ.

* Jus Neopœis competiisse in re sepulcrali constat ex Aphrodisiensi in Fascic. II. n. LXXVIII. 9. at hoc dumtaxat quum jura numinum agebantur.

Descripta de parte antica monimenti stantis in sepulcreto vetere Limyrensi[w], prægrandis insignique arte elaborati. Designabatur sepulcrum quod sibi conjugique et filio Pybialæ condiderat Sidarius filius Parmenonis et Pænniæ (vel Pænnidis).

Ediderunt hunc titulum insignissimum plures. In primis Walpolius, ex schedis Cockerelli, in *Itiner*. p. 524. Dein ceteri a Franzio[x] memorati, Letronnius, Grotefendus, Fellowsius, quibus nuperrime accesserunt, in opere eorum sæpius citato, Sprattius et Forbesius.

Constitui Lycia ad amussim quatenus ex monimento eruere poteram quod in duobus locis, scil. vv. 2. 4. extr., aliquantulum deficiebat. In priore horum dedi *Pênê*, quod certe non respondet Græco Παρμένοντος. Fellows. *Pe---nê*, et sic quoque Spratt., quasi ad extr. v. 2. effluxerint quædam ex lapide. Id non admiserim. In 4. extr. legit nomen Fellows. *Ouwe͞êlêtê*, unde fecit Sharp.[y] *êo͞uwe.... lêyê*, versionis Græcæ ratione prætermissa. Rem melius tractavit Spratt. *P..iêlêtê*. Optime Sharpius correxerat errores Fellowsii et Cockerelli in v. 1. inducto *êrâfâzeyâ*. Vide nostr. CCLXVI. not. exeget. Lyc. artic. XV.

In vers. Græc., omissis sordibus manifestis Cockerelli et Fellowsii,

[w] Limyrorum mentio habetur in Strab. XIV. 3. p. 216. T. Plin. v. 28. 1. et XXXI. 18. 2. ubi mira quædam de fonticulo ejus narrantur quæ a nummis videntur illustrata in Eckhel. III. p. 4. a. Deinde apud Melam in c. XV. p. 24. Bip. Parietinæ urbis antiquæ distant a Phenika circiter III. mill. pass. recto cursu. Conf. Fellows. vol. I. p. 214. II. pp. 203–209. De utrisque adeas Spratt. et Forbes, ubi supr. vol. I. pp. 143–148.

[x] Conf. p. 160. n. 4306. Ediderat Letronn. in *Journal des Sav.* an. 1821. p. 108. Sanct. Martin. ibid. pp. 235. ss. Grotefend. in *Act. Reg. Societ. Asiat.* vol. III. P. 2. pp. 31. ss. Fellows. in vol. II. Tab. 36. n. 3. cum notis Sharpii in pp. 469–476. Repetiit Grotefend. in *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, vol. IV. p. 293. Nuperrime dederunt Spratt. et Forbes. in *Itin.* vol. II. Tab. p. 210. n. 1.

[y] Fellows. ubi supr. p. 470. Notandum est adscivisse cum Franzio virum ingeniosum lect. Cockerell. ΠΑΙΝΝΙΟΣ in Gr. v. 2.

venio ad nomen in 2–3. Expressit C. **ΠΑΙΛ ‒ ‒ ‒ ΝΙΟΣ**. F. **ΙΤΑΓΛ ‒ ‒ ‒ ΝΤΟΣ**. Propior vero Spratt. **ΠΑΡΜΓΝΟΝΤΟΣ**. Hic manifesto habemus nomen patris conditoris, et hoc pro more Græcorum. In superiore Lycio obvium est, ni fallor, nomen matris, ut solenne erat prosapias designare apud Lycios. De hoc conf. titul. prox. et notam ad v. 4. Dein in v. 4. C. **ΙΚΙΚΔΙΥΙΔΙΠΥΒΙΑΛΗ**, unde frustra Grotefend. et Letronn. *υἱδι*. Rectissime Fellows. nisi in nom. **ΠΥRΙΑΛΜ**. Grotefend. et Spratt. **ΠΥΒΙΛΛΗ**, unde exaranda censet ille, *οὐκ ἄλλοις*.

Quod ad exegesin spectat, habent omnia in notatis ad nostr. CCLXVI. quæ iis adjumento sint in Lyciis expediendis studiosi. Palmam vero meretur hic Limyrensis qui primus omnium fontes aperuit unde eruditionis suæ primitias ad obscura jamdudum atque abdita recludenda in hac materia perdifficili hauserunt docti.

CCLXXXIX. b.

ΑΝΤ . ΝΙΑΧΡΗϹΤΗΜΑΙΑΤΟΜΝΗ
ΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΝΕΑΥΤΗΚΑΙΤΩ
ΟΚΕΚΗΔΕΥΜΕΝΩΑΝΔΡΙΑΥΤΗϹ
ΕΡΜΟΛΥΚΩΜΗΤΡΟϹΘΗΒΗϹΕΤΕΡΩΔΕΜΗΔΕ
ΝΙΕΞΕϹΤΩ . ΝΘΑΨΑΙ . . ΝΑΗΑΜΑΡ . . ΛΟϹ
ΤΟΙϹΘΕΟΙϹΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙϹΚΑΙΟΦΕΙΛΗϹΕΙ . . ΔΗΜ
ΤΩΛΙΜ . . . . . ΧΑΦΩΝΛΗΝΨΕΤΑΙΟΕΛΕΝΞΑϹ
ΤΟΤΡΙΤΟΝΕΝΔΕΤΩΥΠΟ·

Ἀντωνία Χρηστημαῖα τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν ἑαυτῇ καὶ τῷ προκεκηδευμένῳ ἀνδρὶ αὐτῆς Ἑρμολύκῳ, μητρὸς Θήβης, ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω ἐνθάψαι τινά, ἢ ἁμαρτωλὸς ἔσται τοῖς θεοῖς καταχθονίοις, καὶ ὀφειλήσει τῷ δήμῳ τῷ Λιμυρέων δηνάρια χίλια πεντακόσια, ὧν λήμψεται ὁ ἐλέγξας τὸ τρίτον. Ἐν δὲ τῷ ὑποσορίῳ, κ. τ. λ.

Descripta de monimento in loco edito prope portum Phenika (*Φοίνικα*)[a] de quo supr. ad n. CCLXXIII. not. *y*. Exstructum fuerat a Chrestemæa quadam in suum usum et mariti (qui dudum decesserat) Hermolyci: nemini vero alteri patebat sub pœna dirarum multæque Limyrensium populo pendendæ. Clausula meminerat concessionis de sepultura in hyposorio, sed ex marmore pæne totam effluxam reperi.

Editum video a Franzio[a] secundum exemplar inquinatissimum in Diario Classico Londinensi. In v. 1. nomen datur **ΧΡΥΣΙΗ**, dein **ΤΟΜΑΙΑ**. In fin. et v. 2. **ΜΗΙΕΙΟΝ** et sub. extr. **ΞΑΥΤΕ**. In 3. extr. **ΑΧ**, unde Fr. *Αὐρηλίῳ*, vetante lapide. In 4. sub med. et deinceps, **ΜΓΠΡΟΕΟΙΒΙϹ**[b] reliquis prorsus disjectis. In 5. init. etc. **ΝΕΕΓϹΤΟΜΙΟΑΨΑΙΤΙΝΧΗΛΗΑΡΤΟΛΟϹΔΕ**. In 6. ab init. **ΤѠΟΤΟΙΟ**[c]. Dein, **ΑΙѠΙΟΕΙΑΞϹΕ** in v. extr. In 7. sub fin. **ΟΤΛΞΝϹΛϹ**. Reliqua portenta typis deficientibus nequeo satis dilucide ob oculos legentium ponere.

[a] Nomen luculenter inditum fuerat a *palmis* ibi succrescentibus, casu obliquo *φοίνικα*, pro recto *φοῖνιξ*, a Græcis hodiernis more solito pro nomine adscito. Ceterum hic corrigas errorem viri eximii Beaufortii qui *Aperrharum* sedem apud hunc vicum quæsiverat.

[a] Ubi supr. p. 161. n. 4307. Locus *Diar. Class.* est tom. I. p. 559. Tentavit quidam in v. p. 395. explicationem versuum 1–3. et 6., at sensu omni expertem.

[b] Explicatio hujus ænigmatis non bene v. erud. Franzio cessit, sc. *Καὶ ἐκγόνοις*. Illustrant magis (sicut et Franziana ex Fellows. nn. 4300. 4306.) Herodotea, I. 178. "*Ἓν δὲ τόδε ἴδιον νενομίκασι, καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων· καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτούς, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν πατέρων.* Sic et Plutarch. vol. II. p. 248. *d*. Immo, ut addit Stobæus (ex Nicolao Damasc.) p. 292. 23. *τὰς κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς.* Eadem formula nobilitatur Megacles in *Acharn*. 614. *Οὔ φασιν, ἀλλ' ὁ Κοισύρας*—mater nimirum fuerat Cœsyra Eretriensis. Hoc singulare, ut legimus in Demosth. *Orat. adv. Bœotum*, p. 997. 8. Reiske.

De hac consuetudine Lyciorum cf. Sharp. in Append. B. p. 474. vol. II. Fellows. et not. Valckenar. ad loc. Herodot. supr. cit. Illustratam credo a titulo Lyc. supr. CCLXXXVIII. 2–3. et fortasse infr. a CCCXXI. 2. 3. ubi conf. notata.

[c] Eruerat ex his scriptor supra memoratus in Diar. Classic. ΘΕΟΙΣ ΤΟΙΣ, quem jure reprehendit Franzius. Ipse vero invito marmore ablegat ΤΟΙΣ.

Ex vestigiis in v. 1. eruit Franz. Χρύση Ῥωμαία. Credo certissimum esse quod dedi, nomine composito ex χρηστή et μαῖα, *nutrix*, satis certe femineo. Sic habemus Ματρία seu Μητρία (Roman. *Materna*) in Fascic. I. n. XIV. In v. 7. suppletam habent studiosi lacunam quæ exemplar Franzianum deformat, nam illud Λ procul dubio innuit Λιμυρέων. De clausula ὧν λήνψεται etc. conf. tit. CCLXVII. et seqq.

MEGISTE. (مكيس).

CCXC. a.

ΣΩΣΙΚΛΗΣΝΙΚΑΓΟΡΑΣ	Σωσικλῆς Νικαγόρα,
ΑΜΙΟΣΕΠΙΣΤ . . ΗΣΑΣ	Σάμιος, ἐπιστατήσας
ΕΝΤΕΚΑΣΤΑΒΙΚΑΙΕΠΙ	ἔν τε Καστάβι καὶ ἐπὶ
ΤΟΥΠΥΡΓΟΥΤΟΥΕΝΜΕ	τοῦ πύργου τοῦ ἐν Με-
ΓΙΣΤΑΙΕΡΜΑΙΠΡΟΠΥ	γίστᾳ, Ἑρμᾷ προπυ-
ΛΑΙΩΙΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ	λαίῳ χαριστήριον.

Titulus descriptus de fragmento aræ votivæ in parietem illato in insula Megista. Erat donarium Sosiclis, qui Castabi præfuerat et turri Megisteæ, Hermæ propylæo.

Edidit Franz.[d] ex schedis Beaufortianis a Müllero missis, adhibita correctione in v. 2. init. a Leakio[e] profecta: at illud Σ insculptum fuerat ad fin. v. 1. ut exhibui in meo exemplari. Habet et ΣΩΣΙΚΛΕΣ in v. 1. init. ΕΠΙΣΤ . ΝΣΑΣ in fin. v. 2. unde ponit in minusc. ἐπιστατεύσας, et ΚΑΣΤΑΒΙ in med. v. 3. Hoc verum, quanquam refinxerit ipse in minusc. Καστάβῳ, citato Diodoro[f]. Addit

[d] Ubi supr. p. 157. n. 4301.

[e] Vid. *Itinera per Asiam Min.* p. 184. ubi a Cockerello acceptum retulit vir eximius.

[f] Scil. *Bibl. H.* v. 62. init. Ἔστι δ' ἐν Καστάβῳ τῆς Χεῤῥονήσου (scil. Caricæ) ἱερὸν ἅγιον Ἡμιθέας. Dein sub fin. Μολπαδίαν δὲ εἰς Κάσταβον ἐλθοῦσαν κ. λ. Brevissima est annotatio Wesselingii, *De Castabo dicent alii:* sed procul dubio est oppidum in nostro memoratum.

equidem; "poterat esse etiam Κάσταβις forma usitata." De insula Megista conf. not. *g.* ad n. prox.

CCXCI. b.

Τ . . . . . . Θ	Τύχᾳ ἀγαθᾷ·
ΤΟΥΤΟΤΟΜΝΗΜΑ	Τοῦτο τὸ μνῆμα
ΘΕ . . . . Α	Τιμοθέα, ἱερα-
ϹΑΜΕΝΑ	σαμένα
ΔΙ . . . ΕΓ . ϹΤΕΩ	Διός, Μεγιστέων
ΤΟΥΔΑΙΜΟΝΟϹ	τοῦ δαίμονος---
ΚΑΙΘΕΟΙϹ	καὶ θεοῖς.

Descripta indidem[g] de rupe littorali. Penitus ferme exoleverant litterarum ductus, putrescente ob asperginem salsam et flatus marinos saxo. Restant vero indicia satis manifesta Dorismi, ut in prægresso: ideo expressi in minusc. v. 1. τύχᾳ ἀγαθᾷ. Erat sepulcrum in rupe cavando factum quod condiderat Timothea, sacerdos (Jovis dei Megistensium?), dicaveratque numini cuidam (fortassis Hermæ) et divis.

Videmus constructionem ἱερασαμένα (Διός?), ut in Xanthiis infr. CCCXIX. et seq. Atqui de lect. Διός non sum certior factus. Potes conjicere quod **ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ** compleverat versum, ut procedat

[g] De urbe et ins. *Castell' oryzo*, seu ut communiter efferunt, *Castello rosso*, conf. Fellows. vol. I. pp. 219. ss. II. 187. ss. Nomen Turcicum *Meïs* (script. *Megis*) vestigia appellationis antiquæ conservat, sicut toties in similibus.

De *Megiste* conf. Ptolem. v. 3. et Byzantin. Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας. Scylaci vero (p. 37. al. 100.) erat Ῥοδίων, h. e. Rhodiorum juris. Hinc Dorismum in hoc tit. et prægr., sicut et notavit in suo Franz., explicatum habemus. Cf. et Plin. v. 35. 3. Liv. XXXVII. 22. 24. 45.

In catalogo Fellows. nummorum Lyc. (vol. II. Tab. 37. p. 455.) occurrit Triquetra cum epigr. ΜΕ de qua nihil protulit certi Sharpius in obss. p. 463. Fortassis stat pro ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ in Goltziano cujus meminit Eckhel. in vol. III. p. 7. b.

clausula ἱερασαμένα Μεγιστέων τοῦ δαίμονος, quisquis fuerit iste. Fortassis Ἑρμᾶς προπύλαιος cui præfectus castellanus in prægr. votivam aram addixerat. Saltem ponere licet Ἑρμᾷ ante verba καὶ θεοῖς, quod non nihil quadrat cum vestigiis figuræ cujusdam sculptilis quæ in saxo discernere mihi visus sum cum Mercurio attributis.

CCXCII. c.

ΠΟΛΕΜΑ	Πολέμα
ΛΥΣΙΜΑΧΩΤΩΕΑΥΤΗΣ	Λυσιμάχῳ τῷ ἑαυτῆς
ΔΕΣΠΟΣΥΝΩΗΡΩΙ	δεσποσύνῳ ἥρωϊ.

Descripta indidem de fragmine aræ quam Polema (ancilla, ut videtur) dicaverat Lysimacho, filio herili et jam vita defuncto. Hoc indicatur a titulo Ἥρως, de quo vide dicta in Fasc. I. ad n. XI. 5.

Δεσπόσυνος obv. vid. in Athenæo[h] (ex Anaxandride): Τούτων δ' ἔσται πολὺ σεμνότερον Καὶ λαμπρότερον παρὰ δεσποσύνοις Τοῖς ἡμετέροις, scil. *apud heriles filios nostros.* Sic et Appianus[i]: Ἕτερος ἀπελεύθερος, τάφον δεσπότου φυλάσσων, τὸν δεσπόσυνον προγραφέντα ἐφύλασσεν ἐν τῷ τάφῳ μετὰ τοῦ πατρός. Pariter δεσποσύναι, ut in Plutarch.[k] Διὸ καί φασιν - - - Εἵλωτας - - - παραιτεῖσθαι, φάσκοντας οὐκ ἐθέλειν τὰς δεσποσύνας, scil. *their young mistresses.* Ideo hæc recte Passov.[l] interpretatus est: *der junge Herr, die Tochter vom Hause.*

Præfatis congruit explicatio Suidæ. Tradit vero Eustathius[m]

[h] Vide IV. 7. p. 181. c. et nott. Casaub. Schweigh. vol. VII. p. 408. Bipont.

[i] Vide *Bell. Civil.* IV. 44.

[k] Lycurg. XXVIII. sub. fin.

[l] Enchirid. Gr. I. p. 485. a. Cf. et Suicer. in *Th. Eccles.* I. p. 842. vocem illustrantem ex Suida et Eusebio. Locus Euseb. est in *Hist. Eccl.* I. 7. p. 23. B. Vales. Ὧν ἐτύγχανον οἱ προειρημένοι δεσπόσυνοι καλούμενοι· διὰ τὴν πρὸς τὸ σωτήριον γένος συνάφειαν.

[m] Comment. ad *Iliad.* λ'. 249. in p. 784. 15.

veterum interpretationem quæ a nostro plane abhorret, scil. Δεσποσύνους, δεσποτίους, nimirum *vernas*.

MYRA. (ﻣﻴﺮﺓ).

CCXCIII. a.

ΤΥΧΗΠΟΛΕΩΣΚΑΙΔΙΙΝΕΙΚΑΙΩ Τύχῃ πόλεως καὶ Δϊὶ νικαίῳ.

Titulus in medio theatro inter parietinas Myrenses[n] repertus litterisque prægrandibus expressus. Apparebat supra opus sculptile exstans in quo Fortunæ deæ repræsentabatur figura.

Edidit Franz.[o] ex apographo Schönbornii, cujus ultima sunt, ⊢ΑΙΕΙΝΕΚΑΕΥ, unde colligit v. d. καὶ εἵνεκα εὐετηρίας, at hæsitanti similis. Jure hoc, opinor.

CCXCIV. b.

Descripta hæc et quæ sequuntur in tit. prox. in sepulcreto Myrensi prope theatrum et busta in rupe facta. In duas incidi columellas prope invicem stantes, quarum una præbebat tit. *b.* altera *c.*,

[n] Urbs Myrensis nobilitatur mentione ejus obvia in sacr. scil. *Act. Apost.* XXVII. 5. ubi Μύρα est procul dubio sana lectio. Verba sunt, κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας, quæ optime illustrantur a doctiss. Wetstenio citatis Appiano, Porphyrio, Basil. Seleuc. v. Theclæ, etc. Locus Appian. est *Bell. Civ.* IV. 82. init. cui addas Dion. XLVII. 34. fin. Neque silent Geographi. Strabo recenset inter urbes illustriores situmque definit in XIV. 3. pp. 214. 216. T. Meminit quoque Plinius in v. 28. 1., ad quem loc. notat Harduinus claram fuisse urbem sede episcopali S. Nicolai, ut Pataream natalibus. Hinc explicata habemus quæ a Fellowsio referuntur de veneratione illius apud cives in vol. II. p. 200. ubi et cetera conferenda sunt quæ monet vir eximius de reliquiis antiquæ artis in sede eorum spectandis, pp. 194–202. Cf. et quæ nuperrime attulerunt in Tomo eorum I. pp. 131–135. Sprattius et Forbesius.

[o] Fascic. ubi supr. p. 158. n. 4303. *b.*

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἀγαθῇ τύχῃ·
ΕΔΟΞΕΤΗΒΟΥΛΗ	Ἔδοξε τῇ Βουλῇ
ΚΑΙΤΩΔΗΜΩ	καὶ τῷ Δήμῳ ἡ
ΠΡΥΤΑΝΕΩΝΓΝΩ	Πρυτάνεων γνώ-
ΜΗ·ΕΠΙΔΙΑΤΟ	μη ἐπὶ διατο-
ΜΗ.ΕΞΕΥΡΙΣ	μὴν ἐξευρί-
ΚΕΙΝΤΗΝΕΠΙΛΙ	σκειν τὴν ἐπὶ Λί-
ΜΥΡΑΠΟΡΘΜΕ	μυρα πορθμευο-
ΜΕΝΩΝΤΗΝΑΞΙ	μένων τὴν ἀξίαν· Ἐπει-
ΔΗΣΥΝΒΑΙΝΕΙΕΝ	δὴ συμβαίνει ἐν τῷ
ΔΙΑΠΛΕΥΣΑΙΤΟ	διαπλεῦσαι τὸν
ΕΤΕΡΟΝΠΑΡΑΠΟΡ	ἕτερον παραπορ-
ΘΜΕΥΣΑΙΜΗΔΙΚΑ	θμεῦσαι μὴ δικαί-
ΩΣ...ΑΠΟΤΟΥΣΥ	ως, μηδὲ ἀπὸ τοῦ συστή-
ΑΤΟΣΤΗΣΛΙΜΝΗΣ	ματος τῆς λίμνης, Δε-
ΔΟΧΘΑΙΦΕΝΑΚΙΣ	δόχθαι φενακίσαν-
ΟΦΕΙΛΗΣΕΙΝΤΩΔΗ	τα ὀφειλήσειν τῷ Δή-
ΩΜΥΡ--------ΤΟΥ	μῳ τῷ Μυρέων δηνάρια--τοῦ
ΠΛΩΙΣΑΝ...ΕΤΕΡΟΥ	πλωϊσάντων ἑτέρου τού-
ΩΝΕΧΟΝΤΟΣΗ	των ἔχοντος ἥ-
ΜΙΣΥ	μισυ

utrumque, ut statim apparebat, congenerem et ad rem *λιμενίαν* pertinentem. Non vero affirmaverim quod in primis menti occurrebat, titulos serie continua decurrere: idcirco sub capitibus diversis statui, eos tamen justa serie tractaturus.

Inscriptio *b* multo minus detrimenti perpessus fuerat a manibus lædentium; proinde sensus et lectionum concinnatio magis in aperto sunt. Lex transfretationis a portu Myrensi ad Limyrensem sancitur decreto facto a Senatu et Populo secundum Prytanium sententiam, et hoc, ut videtur, ad fraudem corrigendam portitorum (*ἐπὶ διατομὴν*

ἐξευρίσκειν τὴν ἐπὶ Λίμυρα πορθμευομένων τὴν ἀξίαν, vv. 5–9.) quorum aliquis, spreta ordinatione justa quam de portu statuerant magistratus (*μὴ ἀπὸ τοῦ συστήματος τῆς λίμνης*, vv. 14. s.), inique agere inter transfretandum (*παραπορθμεῦσαι*, v. 12.) audebat. Dein multa injuriosis indicitur (vv. 17. s.), cujus semissis cessura est ei qui a fraudulentis damnum acceperit.

Titulus *c* mancus est in capite, adeo ut vanum foret quid supplementi tentare. Disquiramus vero annon sequenti modo connectatur cum prægresso. In v. 21. aperta est mentio nauli, seu pretii transfretationis. Hoc suggerit quid simile accidisse in portu Myrorum quod in Smyrnæo nostro (Fasc. II. n. CXL.) reprehenditur, nempe, improbos quosdam spospondisse freti trajectionem mercede alia quam quæ a lege constituebatur, et in hoc constitisse *παραπορθμείαν* istorum in *b*, v. 12. Exinde collegeris eos, præter multam ibi indictam, v. 17. s., et subiisse pœnam publicationis bonorum, et ad hoc spectasse quæ ineunte titulo *c* desiderantur. Nimirum venumdatæ onerariæ eorum cum vasis (vv. 1–5. et 7–8. *ἀποπεπραμένα πλοῖα*), sed cautum erat ne injuria afficerentur transducti qui merces suas (*ὤνια*, v. 11.) fidei portitorum commiserant. Harum incolumitati providebat decretum per verba, *λαμβάνοντος παντὸς πάντα, οὔτι* (vel *κατ' οὔτι*) *δικαίων ἐμβαλλομένων*, vv. 12–16.

Memoratur in fine hujus tituli *ὁ προγεγραμμένος νόμος*, is fortasse qui in decreto tituli *b* ratus factus fuerat de multa, et in hoc de onerariis publicandis, etc.

Hæc in genus statuerim, sed parum fidens, quippe inter monimenta versatus quæ tractatu asperiora sunt ob injuriam lapidibus factam. Juvabit fortasse enucleatiora proferre, et ad hoc me accingo instituta collatione apographi ex schedis Rossii de Bladensburg quod dudum mihi commendaverat Borrellius.

In *b*. vv. 5–7. decurrit R. ΔΙΑΤΟΜΗCΞΕΥΡΙΣΚΕΙΝΤΗΝ. Hic

primum descripsi **ΔΙΑΝΟΜΗΝ**, sed mutavi, credo in melius. Διατέμνειν est *incidere*. Nota est locutio apud Romanos, *incidere actus, lites*. Hic *incidere fraudes* est *tollere occasionem, pœna indicta fraudulento*. Nempe, a conceptu *incisionis* ad *correctionem* facillime transitur. Sensum vero *distributionis* constanter habet Διανομή in titulis[p]. In v. 8–9. habet R. **ΠΟΡΘΜΙΚΙ.ΝΩΝ**. In 10. init. **ΑΝ**, sic omisso **ΕΠΕΙΔΗ**. In 11. **ΟΛΟΥΣΥΠΑΣΠΟ**. In 12. s. **ΠΑΡΑΠΟΙ---ΕΥΣΑΙ**. Hic innuit præpositio, sicut in *παραβαίνω, παράγω, παρευρίσκω*, et similibus, quid iniqui admissum fuisse. Notissima sunt *παρακρούω, παραπρεσβεία*[q]. In vv. 13. ss. R. **Μ.ΔΚΑΑΣΜΗΚΑΠΟΤΟΥΣΤΑ ΛΤΟΣΗΣΛΙΛ-ΗΣ**. Hic *ἀπὸ τοῦ συστήματος τῆς λίμνης* sunt *secundum constitutas leges portuenses*[r]. Titubant maxime seqq. vv. 16–21. **ΗΛΕΟΔΨΕΦΙΑΚΗΣΗΟΙΞΙΛΕΣΕΙΤΩΔ--ΜΟΥΠΡ----ΤΟΥΠΛΟΟΣΙΑ ---ΕΤΕΤΟΥΙΟΝΕΧΟΝΤΟΣΣΕΤΕΣΙΝ**. Notissima sunt *φέναξ*[s], *φενακικός, φενακίζω*, ut *κακουργοῦντες* in Smyrnæo supra dicto, v. 12., *malefacientes*. In ult. **ΗΜΙΣΥ**, quod dedi, est procul dubio sana lectio. Ex R. collegeris **ΖΗΤΗΣΙΝ**, quo sensu commodo nescio.

CCXCV. c.

In titulo *c*, ad quem nunc accedo, exemplar Rossianum plurimis quæ stilo emendante indigent scatet, quod tamen eo plus culpa vacat quo magis contritum fuerat monimentum. Re ipsa erat visu perspicacissimo opus inter pertractandum. In v. 1. habet R.

[p] Conf. Fascic. II. pp. 324. 343.

[q] Vide Passov. *Enchirid. G. L.* vol. II. p. 459. b. §. F. *a. c.*

[r] Illustres ex Thucyd. VII. 57. Τῶν δὲ ἄλλων, οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι. Conf. Matthiæ. *Gr.* §. 573.

[s] Illustr. ex Demosth. *Olynth.* II. 3. Philipp. I. 14. *Orat. de male gest. legat.* 22. Aristoph. *Acharn.* 89. Καί, ναὶ μὰ Δί', ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου = παρέθηκεν ἡμῖν· ὄνομα δ' ἦν αὐτῷ ΦΈΝΑΞ.

ΤΟΥΤΗΝ	του τὴν
ΩΝΗΝΕΧΟΝ	ὠνὴν ἔχον
ΤΟΣΤΟΥΤΕΠΛΟΙ	τος τοῦ τε πλοί-
ΟΥΚΑΙΤΩΝΣΚΕΥ	ου καὶ τῶν σκευ-
ΩΝΑΥΤΟΥ	ῶν αὐτοῦ· ἀνα-
ΠΛΕΥΣΕΙΔΕ	πλεύσει δὲ γέ-
ΜΟΝΤΑΚΑΙΤΑΑΠΟ	μοντα καὶ τὰ ἀπο-
ΠΕΠΡΑΜΕΝΑ	πεπραμένα
ΠΛΟΙΑΚΑΙΟΙΣ	πλοῖα, καὶ οἷς
ΑΝΕΠΙΤΥΧΘΗ	ἂν ἐπιτυχθῇ
ΤΙΩΝΙΩΝ . . ΕΝ	τι ὠνίων ἐνεν-
ΕΧΘΕΝΛΑΜΒ	εχθέν, λαμβά-
ΝΟΝΤΟΣΠΑΝΤΟΣ	νοντος παντὸς παν-
ΝΤΑΚΑΤΑΟΥΤΙΔΙ	τα, κατὰ οὔτι δι-
ΚΑΙΩΝΕΝΒΑΛ	καίων ἐμβαλ-
ΛΟΜΕΝΩΝΕΑΝ	λομένων· ἐὰν
ΔΕΟ- - -ΑΥΤΟΣΤΟ	δὲ ὁ ποιῶν αὐτὸς τὸν
ΛΟΟΝΑΝΑΠΛΩΣΗ	πλόον ἀναπλώσῃ
ΠΡΟΣ	πρὸς Μύρα, μὴ
ΠΑ. .ΔΙΔΟΝΤΟΣΠΑΝΤΟΣ	παραδίδοντος παντὸς
ΤΟΝΝΑΥ. . ΝΚΑΘΥΠΟΔ	τὸν ναῦλον καθυπο-
Ε . . . . ΕΙΣΕΤΑΙΤΩ	δειχθέντα, ὑποκείσεται τῷ
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΠΕ	προγεγραμμένῳ περὶ τῆς
ΜΩ	πορθμεύσεως νόμῳ.

ΤΟΥΤΗΝΟ. Deinde ad v. 5. bene procedunt cuncta. In 6–8. obv. ΤΛΕΥΣΕΙΔΕΜΟΝΚΤΑΑΠΟΤΕΤΡ :: ΝΕΝΑ. Expressi ΑΝΑΠΛΕΥΣΕΙ, non tantum ex vestigiis (levissimis sane) in lapide, sed quia persuasum me habeo hic agi de reditu ad portum Myrensem. Nempe publicata fuerant bona maleficorum apud Limyrenses; ne vero damnum accideret transvectis, permittebatur iis ut reveherentur cum mercibus

suis integris. Sed in ultimo supra dato hæreo. Prodit ex apogr. Ross. *ἀποτετραμμένα* vel *ἀποτετριμμένα*. Nostrum favet magis lectioni *ἀποπεπραμένα*. Quid sibi velint priora profecto nescio, utrum sit *in fiscum redacta*, vel etiam, *amolita*, *soluta*[t]. In meum propendeo ob verba in capite tituli quæ et confiscationem navigii innuere possint et supellectilis ejus. In nostro, quod in minusculis dedi, *γέμοντα*, videtur mihi satis constare[u]. Pergit R. in vv. 10–16. **ΑΝΕΓΝΧΘΦΙΣΗΟΗΝΩΝ.ΝΕΧΟΝΛΑΜΒΝΟΝΟΣΠΑΝΟΣΝΑΤΑΟΥΤ ΙΔΚΑΠΩΝΕΝΕΑΛΛΟΜΟΝΩΝ.** Hæc misere disjecta. Neminem moverit illud **ΠΑΝΟΣ** in aspectu nummi Myrensis[v] inhærentem, quasi de bonis sermo sit Panis religioni cultuique addicendis fere ut de Aphrodita statuitur in titulo quodam prioris libri[w]. Vera lectio nimirum est **ΝΑΓΤΟΣ**, ut iterum in v. 20., quod vero effugerat virum eximium. Vertas reliqua (14–16.), *de jure quod unicuique pertineat nullatenus deminutione facta.* Ἐμβάλλειν est *invadere*, *adoriri*[x], *ἐμβάλλεσθαι invadi*, *oppugnari.* In v. 18. R. **ΛΟΝΝΑΤΛΟΣΗ.** In 19. eadem lacuna est ac in nostro: suppleverim **ΜΥΡΑ**, nam de onerariis Myrensibus agitur: præit quoque *ἀναπλώσῃ*. Dein reliqua

[t] Bene convenit lectioni *ἀποτετραμμένα* sensus in Thucyd. VI. 65. *Καὶ ξύμπαντες ἤδη ἀποτρεπόμενοι ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν πόλιν.* Scil. *regressi.* Si magis arrideat *ἀποτετριμμένα*, expediveris fortasse ex significatione quam mediæ voci tribuunt lexicographi, *amolior*, *rejicio*, quam video illustratam in Th. Stephan. ex Plutarchi *Bruto*: *ἀποτριβόμενος* (leg. *ἀποτριβομένου δὲ*) *τὰς διώξεις τὸ πρῶτον.* Locus est in c. XVII. ante med. Sic forent *τὰ πλοῖα ἀποτετριμμένα* quæ venumdata fuerant vel publicata propter leges portuenses infractas. Possis etiam vertere, *attritæ naves*, nec amplius trajiciendo utiles: *dismantled.* Consistendum vero opinor in lectione quam in loco fœdato prætuli.

[u] Verbum *γέμω* proprio sensu de nave oneraria usurpatur, ut in loc. Xenoph. cit. in Th. Stephan. *Γέμει φορτίων, ὅσα ναύκληρος κέρδους ἕνεκα ἄγεται.* Hinc *γεμίζω*, *γεμίζομαι* in *Orat. adv. Leptin.* IX. et alibi.

[v] Vide Fellows. vol. II. Append. B. p. 459. ex Mionnetio, tom. VII. Supplem.

[w] Conf. Fasc. II. p. 53. n. LXXVIII. 9. et infr. CCC. 6. CCCII. 7.

[x] Vide *Discipl. Cyri*, III. p. 78. d. VII. p. 175. a.

expressit R. **I :: ΑΙΔΙΔΟΤ. . ΠΑΝΟΣ** (vide supr. ad v. 13.) **ΤΟΥΝΑ . . ΑΘΥΓΟΔ. . Η - - - ΕΙΞΕΙΑΙΤΩ - - - - - ΑΜΜΕΝΩ - - - - ΛΛΟ.** Disseritur hic de mercede transfretationis quam in parte deperdita definitam fuisse autumo. Erat *ὁ προγεγραμμένος νόμος* is quem complexa est prior pars tituli, fortasse quoque inscript. *b*, de transvectione fraudulenta pœnisque ob eam irrogatis. Hæc supra attigi[y].

CCXCVI. d.

ΤΟΝΤΑΦΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΤΟ
ΑΡΧΕΙΔΗΜΟΣΕΡΜΑΠΙΟΥΕΑΥΤΩ
ΚΑΙΤΗΓΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟΥΜΑΜΑ - - ΥΑΝΔΡΟΥ
ΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΤΕ
ΚΝΟΙΣΑΛΛΩΔΕΜΗΔΕΝΙΕΞΕΣΤΩΘΑΨΑΙ
ΕΑΝΔΕΤΙΣΘΑΨΕΙΤΙΝΑΟΦΕΙΛΕΤΩ
ΜΥΡΕΩΝΤΩΔΗΜΩΧΓΤΗΣΠΡΑΞΕ
ΩΣΟΥΣΗΣΠΑΝΤΙΤΩΒΟΥΛΟΜΕΝΩΕ
ΠΙΤΟΗΜΙΣΥ

Τὸν τάφον κατεσκευάσατο Ἀρχίδημος Ἑρμαπίου ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Μαμαίᾳ Εὐάνδρου καὶ τοῖς τέκνοις καὶ τέκνων τέκνοις· ἄλλῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω θάψαι· ἐὰν δέ τις θάψει τινά, ὀφειλέτω Μυρέων τῷ δήμῳ δηνάρια τρισχίλια, τῆς πράξεως οὔσης παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐπὶ τὸ ἥμισυ.

Descripta de sepulcro apud *Tristoma*. Archidemus quidam, filius Hermapiæ, uxori ejus Mamææ (vel Mamæ), liberis, nepotibusque paraverat sepulcrum, ceteris omnibus interdicto usu sub pœna multæ populo Myrensi pendendæ, cujus tertia pars cessura est ei qui actionem intenderit.

[y] Observabunt studiosi mentionem Prytanium in tit. *b*. v. 4. qui et alibi inter Lycios obvii. Conf. Franz. (ex Fellows.) Tloens. n. 4239.

Editum video a Franzio[1] ex Muratorio et Principe Turris Mutiæ, a quibus utrisque miro errore Messanæ Siculorum attributus fuerat. Pravam quoque video distributionem versuum lectionesque plurimas turbatas. Sic in v. 2. **ΡΟΜΑΠΠΙΟΥ.** In 3. init. (nostr. fin.) **ΜΑΚΑΩΑ ΜΑΡΟΥ,** unde in minusc. Fr. *Μαρκίᾳ - - - - ρου.* Certe exoleta fuit maxime pars prima ubi posui *Μαμαίᾳ*[a], sed nomen virile erat sine dubio *Evandrus.* Ibid. sub fin. (nostr. 4.) **ΤΟΝ** pro **ΤΩΝ**, at exsulare debet. In 4. med. (nostr. 6.) **ΚΑΝΔΕΤΙΣΘΑΝΗΚΟΙΝΩΦΕΛΕ ΙΣΤΟ.** Ante hæc omittuntur penitus nostra in v. 5. **ΑΛΛΩΔΕ—— ΘΑΨΑΙ,** quod continuitatem frangit. In v. 5. a med. (nostr. 7. fin.) obv. **ΤΗΠΕΡΙΔΙΟΣ,** quod restituit Fr. Præiverat **ΚΑΙ**, unde Fr. **ΑΦ.** In 6. (nostr. 8.) omissa cerno **ΤΩΒΟΥΛΟΜΕΝΩΕΠΙ,** quæ Fr. probe supplevit. Non æque feliciter cessit viro perspicaci in v. 4. a med. (nostr. 6.), pro **ΚΟΙΝΩ** positis in minusc. *ἢ ἀνοίξῃ.*

Discernere visus sum in marmore ad finem v. 6. vestigia syllabæ **ΛΙ**, unde primum collegi titulum fuisse Limyrensium, sed casu quodam ad *Tristoma* advectum. Certe poterant esse striæ in lapide adeo male habito: ideo delevi ex meo apographo.

Additamentum in clausula, *τῆς πράξεως*, etc. variatio est illorum quæ dudum obvia erant in nostr. CCLXVII. CCLXXI. CCLXXXI. CCLXXXIII. *Πρᾶξις* est *exactio debiti*, ut hic, *multæ*, h. e. debiti fiscalis. Sic Demosth.[b] *Καὶ τῶν τὰ μισθώματα μισθουμένων, καὶ τῶν ἐγγυωμένων, τὰς πράξεις εἶναι τῇ πόλει κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους.* Et paulo post: *Χρῆν γὰρ τοῦτό γέ σε, ὦ Τιμόκρατες, προσγράψαι τῷ νόμῳ - - - τὰς πράξεις εἶναι κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας νόμους.* Conf.

[1] Ubi supr. p. 158. n. 4303. *e.* Locus Muratorianus est tom. II. p. MLX. n. 6 Turrimutian. *Inscr. Sicul.* Cl. XIV. p. 72. n. 12. Vide Lemma Fr.

[a] Ducit hoc nomen, quod omnium verisimillimum arbitror, ad ætatem Alexandri Severi: Conf. Eckhel. VII. p. 286.

[b] Orat. adv. Timocrat. X. XXVI.

nostr. Oasen. CCCCXIV. 27–33. CCCCXV. 20. et pass. de sensu congenere vocc. *πράττω, ἀποπράττω, εἴσπραξις*, etc. in re vectigalium[c].

CCXCVII. e.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΤΕ	Τὸ *μνημεῖον κατέ-*
CΤΗCΕΝΑΥΡΗΛΙΟCCΟΥ	*στησεν Αὐρήλιος Σου-*
ΡΑCΔΙCΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΜΥ	*ρᾶς δὶς Ἀπολλωνίου, Μυρ-*
ΡΕΥCΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙ	*εύς, αὐτῷ καὶ γυναι-*
ΚΙΑΥΤΟΥΑΡCΑCΙ	*κὶ αὐτοῦ Ἀρσάσι.*

Descripta de sepulcro inter rudera veteris oppidi[d] jacentia ad ripam fluminis *Andráki*, circa quartum milliarium a monasterio *Ayo Nicóla* (Ἁγίου Νικολάου), quod ipsum situm est juxta vicum *Dembrêh*. Sinus cui adjacent hæ parietinæ vetus nomen etiam nunc retinet. Plura restant indidem sepulcra, sed tituli pæne omnes dudum effluxerunt aeris temperie deleti.

Meminit hic noster structionis sepulcri a Sura (vel *Suro*) quodam, Myrensi, nepote Apollonii, in suum usum conjugisque Arsasis. Retuli ideo in sepulcralium ordine inter Myrensia, et quia in ditione istius urbis positus fuerat locus.

[c] Addas citatis titul. in *Diar. Classic.* vol. II. p. 557. Franz. n. 4308. Τῆς πράξεως οὔσης κατὰ τοῦ θάψαντος κ. λ. Hunc in plerisque imperitissime tractavit quidam L. D. in vol. v. p. 395.

[d] Parietinæ sine dubio sunt *Andriacæ*, cujus meminerunt Appian. in B. C. IV. 82. init. Ptolem. v. 3. Plin. v. 28. 1. Erat Myrensium navale (ἐπίνειον in Appian. et in Dion. XLVII. 34. fin. verum omisso nomine), vestigia cujus restant et in nomine hic memorato fluvii, qui ipse erat fortasse *Andriacus*, ut urbis fœderatæ, *Limyrus*. Portus nunc Βρωμολίμνιον appellatur ob mercaturam frumentariam ibi exercitam, situsque est in recessu qui aliquantulum distat a sinu ipso Myrensi, etsi, ut videtur, intra fines ditionis quæ antiquitus Myrorum fuerat positus.

Andriace, portus Myrorum, notatur in itinerario Sprattii et Forbes. supra cit. ad tit. CCXCIII. not. *n*.

Nomen viri expressi primum **COYPOC**, deinde **COYPAC**. Erat Romanorum *Sura*. Femineum pluries obvium est: supr. CCLXIX. CLXXVI. CCLXXVIII. *f*. Franz. nn. 4254. 4302.

CCXCVIII. f.



ΑΝΕΘΗΚΕΝ · ΕΥΣΕΒΕΙΑ · ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ · ΔΕΣΠΟΤΟΥ · ΚΑΙ · ΖΩ
ΗΣ · ΑΥΓΟΥΣΤΗΣ · ΘΕΟΤΟΚΩι · ΜΗΤΡΙ · ΦΙΛΤΑΤΗΙ · ΠΑΝΑΓΙΑΙ ·

Ἀνέθηκεν Εὐσέβεια Κωνσταντίνου Δεσπότου καὶ Ζω-
ῆς Αὐγούστης Θεοτόκῳ Μητρὶ Φιλτάτῃ Παναγίᾳ.

Descripta de lapide reperto in sepulcreto Christianorum apud vicum *Dembreh* vel *Demvreh*. Litteræ erant moduli prægrandis, æquantes altitudine decem pollices, sed injurias graves fuerant passæ, id quod sensus eruendi magnopere auxit difficultatem. Mitto colligationes et introrsum dispositas quasdam, quasi in penetralibus abditas, quæ omnia artifices Byzantinos, præsertim sequioris ævi, valde delectabant[e].

Crediderim nos hic conspicere fragmentum lapidis hyperthyridis ecclesiæ quæ a Constantino XII.[f] (qui et *Monomachus* audivit) et conjuge ejus Imperatrice Virgini Deiparæ fuerat dicata. Favent equidem huic explicationi nummi eorum quorum epigrapha datur ab Eckhelio, scil. **ΔЄCΠΟΙΝΑ . CѠΖΟΙC . ЄΥ . . . . ΜΟΝΟΜΑΧΟΝ**[g].

[e] Conf. Fasc. I. n. XXV. II. n. CCV.

[f] Possis cogitare et de Constantino X. qui et *Porphyrogenitus* audivit, quocum mater ejus Zoë in nummis conjungitur: Eckhel. VIII. p. 247. b. Sed propendeo ad *Monomachum*, cujus nummi citati ab Eckh. ubi supr. p. 245. b. typum ferunt Deiparæ nimbatæ, quemque Zoë, filia Constantini XI., junxerat sibi maritum. Si hoc verum sit, dedicationem factam autumo dum in Oriente versatus Imperator bellum contra Saracenos prosequutus est, h. e. in an. P. C. 1044.

[g] Vide Eckhel. ubi supra.

Notabilis est appellatio *Δέσποινα* in hoc nummo. Conjectare fas est fundum ejus

Idcirco ad hunc sensum respexi in uncialibus subter titulum positis in legentium gratiam, resolutis quadratariorum technopægniis.

Opinor sumendum esse *εὐσέβεια* in v. 1. pro titulo imperatorio[h], ut *γαληνότης* in Fasc. II. n. CXV. 9. totque alia congenera. Audit Zoë *Αὐγούστα* in v. 2., sicut et in moneta Byzantina solenne est[i]. Reliqua vix indigent explicatione. **ΘΕΟΥ·** est manifesto *Θεοτόκῳ*, quod vertunt inde a tempore Justini *Deiparæ*. **Μ** potest esse vel *Μητρὶ* vel *Μαρίᾳ*[k].

OLYMPUS (طاش داغ).

CCXCIX. a.

\- - - - - - - - - - - - - - - -
\- - - - - - - - - - - - - - - -
ΡΑΚΑΛΟΝΚΑΙΑ
ΓΑΘΟΝΥΠΑΡΧΟΝΤΑΕΚ
ΠΡΟΓΟΝΩΝΑΡΕΤΗΣΚΑΙ
ΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΕΤΗΝΔΕΕ
ΙΚΟΝΑΚΑΙΔΑΠΑΝΗΝΑΥΤΗΣ
ΥΠΕΔΕΞΑΤΟΕΚΤΟΥΙ
ΟΥΕΙΣΩΔΙΑΣΔΙΣ

Ἡ Βουλὴ *καὶ ὁ Δῆμος*
ἐτίμησαν (τὸν δεῖνα),
ἄνδρα καλὸν καὶ ἀ-
γαθὸν ὑπάρχοντα ἐκ
προγόνων, ἀρετῆς καὶ
εὐνοίας ἕνεκεν· τὴν δὲ εἰ-
κόνα καὶ δαπάνην αὐτῆς
ὑπεδέξατο ἐκ τοῦ ἰδί-
ου Εἰσωδίας *δίς*.

fuisse loc. sacr. S. Petr. II. 2. 1. atqui expendas seqq. Δέσποινα erat Ethnicis *hera* et *regina*, ut in Pind. *Pyth.* IV. 19. IX. 13. *dea* in Theocr. II. 162. XV. 100. Proserpina sua erat ἐξόχως apud Athenienses Δέσποινα. Arcades eandem Δεσποίνην (Pausan. VIII. 36–37.) nuncupabant, quam *dominam* Martialis in XII. 52. ult. et Seneca in *Medea*, 11. Modo non absimili Δεσπόται erant divi, iique soli, apud liberos Græcos: conf. Xenoph. *Exped. C.* III. 2. 8. Eurip. *Hippolyt.* 88. Appellationes nimirum, ut templa, immo ferias solennes, censendi sunt consecrasse recentiores. Adeas Suicer. tom. I. p. 842.

[h] Conf. Eckhel. ubi supr. Epigraphe datur, ΕΥ . . . . ΜΟΝΟΜΑΧΟΝ, hoc est, Εὐσεβῆ, titulus, sicut notat vir doctus, minime rarus in hujus ævi moneta. In nostro metonymia est nota, ut Ἁγνεία in Fascic. II. n. CCXXII. 1., ad quem vide notata in Auctar. p. 410. Verterunt *Pietas* Occidentales, ut videre est in Gloss. Manual. Halens. vol. V. p. 292. b.

[i] Conf. Eckhel. in num. Imperatricis Theodoræ, ubi supr. p. 255.

[k] Pariter in Justinian. *Novell.* III. cit. a Suicero, ubi supra, p. 1387.

Descripta de basi reperta apud vicum Yenân[l] prope *Delik-Tâsh* ubi conspiciuntur parietinæ Olympi[m]; quapropter inter monimenta Olympena constituenda censeo. Decreta fuerat statua cuidam, cujus nomen excidit, virtutis ergo et benivolentiæ ejus erga cives, cujus sumptus erogaverat Eisodias. Indicat **ΔΙϹ** nomini postpositum avum ejus quoque *Eisodias* audivisse[n].

CCC. b.

ΕΡΜΑΙΟΣΕΥΚΡΑΤΙΔΟΥΟΛΥΜΠΗΝΟΣ
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΟΜΟΥΜΟΙΑΥΤΩΚΑΙ
ΓΥΝΑΙΚΙΚΑΛΛΙΤΥΧΗΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΚΑΙΕΓΓΟΝΟΙΣ
ΚΑΙΝΥΜΦΗΝΑΝΙΤΗΚΑΙΤΥΧΗΚΑΙΜΑΝΑΘΡΕΨΑΜΕΝΩ
ΩΣΦΡΑΙΝΕΤΑΕΤΕΡΩΔΕΜΗΔΕΝΙΕΙΔΕΤΙΣΕΤΕΡΟΣ
ΒΙΑΣΗΤΑΙΕΚΤΕΙΣΕΙΤΩΘΕΩΗΦΑΙΣΤΩӾΓ
ΩΝΟΕΛΕΝΞΑΣΛΗΝΨΕΤΑΙΤΟΤΡΙΤΟΝΕΚΤΟΣ
ΕΙΜΗΤΙΝΙΕΝΓΡΑΦΩΣΣΥΝΧΩΡΗΣΩ

[l] Hic vicus jacet ad radices montis *Yânâh dâgh*. Convenit optime appellatio (*mons ardens*) descriptionibus tractus illius quas reliquerunt geographi. Conf. Strab. XIV. 3. p. 215. T. Plin. v. 28. 1. Melam, I. 15. Solin. c. XXXIX. et cum Senec. Epist. LXXXIX. 3. recentia Fellowsii in vol. II. p. 217. quæ philosophi hypotyposim reique veritatem bene ob oculos ponunt. Quid ergo vetat ne credamus vicum *Yenân* (a *flagrando* nominatum) situm occupare veteris oppidi quod *Hephæstium* appellat Plinius, Solinus *Hephæstiam*, a deo ignipotente, ut dicit ipse, nominatum? Dolendum est caput tituli fuisse abscissum, quod, si adesset, dubium rei fortasse sustulisset.

[m] De Olympo conferendi sunt Strab. ubi supr. pp. 214. 216. Ptolem. v. 3. Plin. in loc. cit. cum Solino. In Concil. Chalcedon. memoratur Aristocritus Olympenus prov. Pamphyl. et in Notit. Eccles. pp. 15. 47. inter Episcopos prov. Lyciæ, ὁ Ὀλύμπου.

Vicus sedi antiquæ proximus et juxta littus maritimum positus est *Delik-Tâsh*, ita nominatus a miraculo *rupis perforatæ*, de qua adeas Spratt. et Forbes. *Itin.* vol. I. pp. 191–193. Conf. et Fellows. vol. I. pp. 212. s. II. p. 24.

[n] Conf. Fellows. vol. II. n. 153. init. Simile obv. est in vol. I. p. 213. fin. tit. quod minus perite interpretatus est Yatesius.

Ἑρμαῖος Εὐκρατίδου, Ὀλυμπηνός, τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν ὁμοῦ μοι αὐτῷ καὶ γυναικὶ Καλλιτύχῃ καὶ τέκνοις καὶ ἐγγόνοις καὶ νύμφῃ Νάνῃ, τῇ καὶ Τύχῃ, καί μ' ἀναθρεψαμένῳ Ὠσφραινέτᾳ, ἑτέρῳ δὲ μηδενι· εἰ δέ τις ἕτερος βιάσηται, ἐκτίσει τῷ θεῷ Ἡφαίστῳ δηνάρια τρισχίλια, ὧν ὁ ἐλέγξας λήμψεται τὸ τρίτον. *Ἐκτὸς εἰ μή τινι ἐγγράφως συγχωρήσω.*

Descriptum habui de monimento sepulcrali apud sedem Olympenam. Erat Hermæi cujusdam, filii Eucratidæ, Olympeni, qui in suum usum condiderat conjugisque Callitychæ, et natorum, et nepotum, porro nurus ejus Nanæ, et Osphrænetæ qui eum aluerat. Nemini alteri datur licentia sepeliendi in eo sub pœna multæ deo Hephæsto[o] (*Vulcano*) pendendæ etc., sibi vero reservata potestate concedendæ cuilibet sepulturæ per syngrapham.

Non certus sum de nomine in v. 5. sed puto me verum dedisse. Descripseram primum ΩΦΡΑΙΝΕΤΑ. In v. 6. notabilis est mentio cultus Vulcani. Tractui convenit, ut liquet ex nota *l* supr. innuitque fuisse ædes in honorem dei exstructas, Ἡφαιστεῖον[p], quo nomine et regio ipsa designatur a Seneca in loco supra memorato[q]. In 7–8. ΕΚΤΟΣ, etc. habemus quædam instar codicilli addita, ut in Fasc. II. n. CLXXXVI. 5.

[o] Vide supr. not. *w*. n. CCXCV.

[p] De templo in hoc tractu existente et etiam nunc visum solicitante per indicia amplitudinis ejus veteris adeas Fellows. vol. I. p. 213. Conjeci aliquando hoc ipsum *Hephæsteium* fuisse : quis vero pro certo affirmarit.

[q] Locum exscribere juvat qui tam graphice depingit quæ peregrinantis visui hodierno tempore subjiciuntur: *In Lycia regio notissima est*, Hephæstion *incolæ vocant, foratum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circumit. Læta itaque regio est et herbida, nil flammis adurentibus, sed tantum vi remissa ac languida refulgentibus.* Nimirum aer ipse exhalans propagini herbariæ idoneus est.

CCCI. c.

ΑΡΧΕΠΟΛΙΣΕΠΑΡΧΟΥΚΑΙΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ
ΑΡΧΕΠΟΛΕΩΣΥΙΟΣΤΟΝΤΥΜΒΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΝΕΠΙΚΤΗ
ΤΩΔΟΥΛΩΑΥΤΩΝΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΤΟΥΕΠΙΚΤΗΤΟΥΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣ
ΚΑΙΓΑΜΒΡΟΙΣΚΑΙΕΓΓΟΝΟΙΣΚΑΙΝΥΜΦΗΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΑΔΕΛΦΟΙΣΑΛΛΩΔΕΟΥΔΕΝΙΗΟΘΑΨΑΣΤΙΝΑΕΝΑΥΤΩ
ΕΚΤΕΙΣΕΙΤΩΦΙΣΚΩӾΑΦΩΝΟΕΛΕΝΞΑΣΤΟΤΡΙΤΟΝ
ΛΗΜΨΕΤΑΙ

Ἀρχέπολις Ἐπάρχου καὶ Φιλοκράτης Ἀρχεπόλεως υἱὸς τὸν τύμβον κατεσκεύασαν Ἐπικτήτῳ, τῷ δούλῳ αὐτῶν, καὶ γυναικὶ τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τέκνοις καὶ γαμβροῖς καὶ ἐγγόνοις καὶ νύμφῃ καὶ γυναικὸς ἀδελφοῖς, ἄλλῳ δὲ οὐδενί, ἢ ὁ θάψας τινὰ ἐν αὐτῷ ἐκτίσει τῷ φίσκῳ δηνάρια χίλια πεντακόσια, ὧν ὁ ἐλέγξας τὸ τρίτον λήμψεται.

Descripta indidem. Epigrapham sepulcri habemus quod condiderant Archepolis et filius ejus Philocrates in usum famuli illorum Epicteti, conjugis ejus, liberorum, generorum, nepotum, nurus, fratrumque uxoris. Multa ærario pendenda indicitur violantibus, etc.

Additur hic *νύμφη* ut in præscr. v. 4. Nomen *Epictetus* alibi inter Lycia obvium est, ex. c. in Franz. nn. 4303. *f. k.* Philocrates infr. CCCIII.

CCCII. d.

Μάρκος Αὐρήλιος Δημήτριος Ὅπλωνος τοῦ Δημητρίου, Ὀλυμπηνός, τὸν τύμβον κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναικί μου Αὐρηλίᾳ Ζωσίμῃ Εὐνόμου τρίς, Ὀλυμπηνῇ, καὶ τέκνοις καὶ ἐγγόνοις· ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐξὸν εἶναι ἐγκηδεῦσαί τινα, ἐπεὶ ὁ βιασάμενος ἐκτίσει τῷ θεῷ Ἡφαίστῳ δηνάρια δισμύρια, ὧν ὁ ἐλέγξας λήμψεται τὸ τρίτον.

ΜΑΥΡΔΗΜΗΤΡΙΟΣΟΠΛΩΝΟΣ
ΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΟΛΥΜΠΗΝΟΣΤΟΝ
ΤΥΜΒΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΕΑΥΤΩΚΑΙ
ΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥΑΥΡΖΩΣΙΜΗΕΥΝΟΜΟΥΤΡΙΣ
ΟΛΥΜΠΗΝΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΚΑΙΕΓΓΟΝΟΙΣΕΤΕ
ΡΩΔΕΜΗΔΕΝΙΕΞΟΝΕΙΝΑΙΕΝΚΗΔΕΥΣΑΙ
ΤΙΝΑΕΓΕΙΟΒΙΑΣΑΜΕΝΟΣΕΚΤΕΙΣΕΙΤΩΘΕΩ
ΗΦΑΙΣΤΩ·Χ·ΒΩΝΟΕΛΕΝΞΑΣΛΗΨΕΤΑΙΤΟΤΡΙΤΟΝ

Descripta indidem. Sepulcrum paravit Demetrius, filius Hoplonis, civis Olympenus, sibi et uxori ejus Zosimæ natisque ex illis et nepotibus. Nemini alteri conceditur usus sub pœna multæ deo Hephæsto pendendæ, etc.

Ætas, vel limes ejus, probabiliter definitur per nomina Romana in l. 4. Proavus feminæ in v. 4. erat Ennomus vel Eunomus. De cultu Vulcanio in 8. conf. ccc. 6.

CCCIII. e.

ΤΟΗΡΩΟΝΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΥΤΩΝΠΕΙΣΙΘΕΑΗΚΑΙ
ΕΞΟΥΣΙΑΝΕΧΕΤΩΣΑΝΑ

Τὸ *ἡρῷον Φιλοκράτους, τοῦ δεῖνος, Ὀλυμπηνοῦ, καὶ γυναικὸς αὐτοῦ, τῆς δεῖνος κ. τ. λ.* Τὰ *δὲ τέκνα αὐτῶν Πεισιθέα, ἡ καὶ - - - - - - καὶ - - - - - - ἐξουσίαν ἐχέτωσαν αὐτοῦ, κ. τ. λ.*

Descripta de lapide hyperthyro in vico *Delik-Tâsh*. Fragmentum est in quo cernimus nomen Philocratis cujusdam heroum condentis, filiæque ejus Peisitheæ, quæ et aliud nomen habuit. Idem fortasse erat hic Philocrates cum memorato supra CCCI. init.

In v. 2. obv. ΑΥΤΩΝ, ideo supplevi in minusc. *γυναικός*, necnon

τέκνα ob ΕΧΕΤΩΣΑΝ in v. 3. Sic quoque Franz.[r] qui titulum edidit ex libro Fellowsiano priore.

CCCIV. f.

ΑΥΡͰΛΙΟϹΠΙΓΡͰϹ
ΤΟΥΤΕΛΕϹΦΟΡΟΥ
ΟΛΥΜΠͰΝΟϹΚΑ
ΤΕϹΚΕΥΑϹΑ
ΕΑΥΤΩΚΑΙ
ΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥΑΥΡ
ͰΛΙΑΘΕΟΔΟΤͰΔΙΟΥ
ΟΛΥΜΠͰΝͰΚΑΙ
ΤΕΚΝΟΙϹͰΜΩΝΑΥΡͰΛΙΟΙϹ
ΕΝΤΕΙΜΩΚΑΙΝΕΙΚΟϹΤΡΑ
ΤΩΚΑΙͰΦΑΙϹΤΙΩΝΙ
ΚΑΙΤͰΕϹοΜΕΝͰ
ΕΚΑϹΤΟΥΓΥΝΑΙΚΙΚΑΙ
ΤΟΙϹΕΞΑΥΤΩΝΤΕ
ΚΝΟΙϹΚΑΙΕΓΓΟΝΑΙϹ
ΕΞΩΝΕΙΑΡΡΕΝΕϹΓΕ
ΝΩΝΤΑΙΚΑΙΤͰ
ΕϹΟΜΕΝͰΕΚΑϹΤΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΙΕΙΔΕΘͰ
ΛΕΙΑΙΓΕΝΩΝΤΑΙΚΑΙΤΩΕϹΟ
ΜΕΝΩΕΚΑϹΤͰϹΑΝΔΡΙΚΑΙΕΙΤΙ
ΝΙΕΓΓΡΑΦΩϹΕΠΙΤΡΕΨΩΕΙΔΕΤΙϹ
ΤΟΛΜͰϹͰΒΙΑϹΑϹΘΑΙΚΑΙΚͰΔΕΥϹͰ
ΤΙΝΑΔΩϹΕΙΤΩΙΕΡΩΤΑΤΩΦΙϹΚΩ
𐆖ϵΚΑΙΤͰΠΑΤΡΙΔΙΜΟΥΑΛΛΑ𐆖ϵ
ΟΔΕΕΛΕΝΞΑϹΑΜΦΟΤΕΡΩΝΤΟΤΡΙ
ΤΟΝΛΑΒΕΤΩ

Αὐρήλιος Πίγρης (τοῦ δεῖνος) τοῦ Τελεσφόρου, Ὀλυμπηνός, κατεσκεύασα ἑαυτῷ καὶ γυναικί μου Αὐρηλίᾳ Θεοδότῃ Δίου, Ὀλυμπηνῇ, καὶ τέκνοις ἡμῶν Αὐρηλίοις, Ἐντίμῳ καὶ Νικοστράτῳ καὶ Ἡφαιστίωνι, καὶ τῇ ἐσομένῃ ἑκάστου γυναικὶ καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν τέκνοις καὶ ἐγγόναις, ἐξ ὧν εἰ ἄρρενες γένωνται καὶ τῇ ἐσομένῃ ἑκάστου γυναικί, εἰ δὲ θήλειαι γένωνται, καὶ τῷ ἐσομένῳ ἑκάστης ἀνδρί, καὶ εἴ τινι ἐγγράφως ἐπιτρέψω· εἰ δέ τις τολμήσῃ βιάσασθαι καὶ κηδεύσῃ τινά, δώσει τῷ ἱερωτάτῳ φίσκῳ δηνάρια ε, καὶ τῇ πατρίδι μου ἄλλα δηνάρια ε, ὁ δὲ ἐλέγξας ἀμφοτέρων τὸ τρίτον λαβέτω.

[r] Ubi supr. p. 167. n. 4325.

Descripta de sepulcro inter Olympi parietinas. Pigres quidam, nepos Telesphori, Olympenus, strui curaverat sepulcrum sibi et uxori ejus Theodotæ et ex iis natis Entimo, Nicostrato, Hephæstioni, feminisque quibuscum matrimonium aliquando contracturi sint, liberisque eorum et neptibus et pronepotum uxoribus, sin genitæ fuerint proneptes, earum viris, reservata ipsi potestate dandæ alteri cuicunque permissionis per syngrapham. Indicuntur hæc jura violantibus graves multæ ærario et civitati Olympensium singillatim pendendæ etc.

Editum reperio in libro Franz.[s] qui a Walpoliano habuit. Hinc lacunæ in vv. 1. 10. 13. quarum prima dumtaxat in marmore exstitit. necnon ЄΓΓΟΝΟΙϹ in 15. Omiserat etiam Cockerellus (ex cujus schedis Walpolius) speciem istam insolitam litteræ H quam describendam curavi. In siglario Romano[t] notanda est, conservaturque in minuscula *h*. Sed gravius est illud ЄΓΓΟΝΟΙϹ quum justa lectio sit quam dedi. Quare hoc? Conjicere fas est quum certiora assequi nequimus. Si prius posuisset bonus Pigres vereri poterat ut locus satis amplus daretur intra limites arctiores monimenti ad tot cadavera capienda; ideo titulum contexuit, feminea tantum stirpe tertiæ generationis definita, seu, ut nos in tali materia diceremus, *with limitation to heirs female in the third generation.* Accedit quod hic delectus probe institutis Lyciorum antiquis congruebat, ut monitum est supra in not. *b* ad tit. CCLXXXIX.[u]

Curam non majorem adhibuit Cockerellus in versuum partitione 3–7. ex quibus facit quatuor, tertio et quarto in unum compositis, distributisque 5–7. aliter quam jubet marmor. Colligationes quoque

[s] Ubi supr. p. 166. n. 4305. Loc. Walpol. est p. 584. n. 53. De Græfii apogr. vide sis lemma Franz.

[t] Conf. Gerrard. Londin. p. 30. c.

[u] Verba Damasceni in eo loco partim citata sunt: *Λύκιοι τὰς γυναῖκας μᾶλλον ἢ τοὺς ἄνδρας τιμῶσι· καὶ καλοῦνται μητρόθεν, τάς τε κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς.* Consuetudinis pristinæ vestigia quædam mansisse videntur vel in Aureliorum ævo.

in 6. 20. (nostr. 7. 21.) desidero. Hæc, levia quædam ut sint et minoris momenti, in re epigraphica expediunt quod in rhetorica hypotyposis.

Nomen conditoris, *Pigres*, notum erat inter Græcos antiquiores[v].

CCCV. g.

ΑΠΑΝΤΑΠΡΑΞΕΙϹΕΥΤΥΧΩϹΘΕΟϹΛΕΓΕΙ
ΒΟͰΘΟΝΕΞΕΙϹΜΕΤΑΤΥΧͰϹΤΟΝΠΥΘΙΟΝ
ΓͰϹΟΙΤΕΛΕΙΟΝΚΑΡΠΟΝΑΠΟΔΩϹΕΙΠΟΝΩΝ
ΔΥΝΑΜΙϹΑΚΑΙΡΟϹΕΝΝΟΜΟΙϹΙΝΑϹΘΕΝΕϹ
ΕΡΑϹΔΙΚΑΙΩΝΕΓΓΑΜΩΝΙΔΕΙΝϹΠΟΡΑΝ
ΞΑΛΗΝΜΕΓΙϹΤΗΝΦΕΥΓΕΜΗΤΙΚΑΙΒΛΑΒΗϹ
ͰΛΙΟϹΟΡΑϹΕΛΑΜΠΡΟϹΟϹΤΑΠΑΝΤΑΟΡΑ
ΘΕΟΥϹΑΡΩΓΟΥϹΤΗϹΟΔΟΥΤΑΥΤΗϹΕΧΕΙϹ
ΙΔΡΩΤΕϹΕΙϹΙΝΠΛΗΝΑΠΑΝΤΩΝΠΕΡΙΕϹͰ
ΚΥΜΑϹΙΜΑΧΕϹΘΑΙΧΑΛΕΠΟΝΑΝΑΜΕΙΝ . . ΦΙΛΕ
ΛΟΓΟϹΔΙΕΛΘΩΝΠΑΝΤΑϹΗΜΑΙΝΕΙΚΑΛΩϹ
ΜΟΧΘΕΙΝΑΝΑΝΚͰΜΕΤΑΒΟΛͰΔΕϹΤΑΙΚΑΛͰ
ΝΕΙΚͰΦΟΡΟΝΔΩΡΗΜΑΤΟΝΧΡΗϹΜΟΤΕΛΕΙ
ΞΗΡΩΝΑΠΟΚΛΑΔΩΝΚΑΡΠΟΝΟΥΚΕϹΤΑΙΛΑΒΕΙΝ
ΟΥΚΕϹΤΙΜΗϹΓΕΙΡΑΝΤΑΘΕΡΙϹΑΙΚΑΡΠΙΜΑ
ΠΟΛΛΟΥϹΑΓΩΝΑϹΔΙΑΝΥϹΑϹΛΗΜΨΗϹΤΕΦΟϹ
ΡΑΟΝΔΙΑξΙϹΕΤΙΒΡΑΧΥΜΕΙΝΑϹΧΡΟΝΟΝ
ϹΑΦΩϹΟΦΟΙΒΟϹΕΝΝΕΓΕΙΜΕΙΝΟΝΦΙΛΕ
ΥΠΟϹΧΕϹΙΝΤΟΠΡΑΓΜΑΓΕΝΝΑΙΑΝΕΧΕΙ
ΦΑΥΛΩϹΤΙΠΡΑξΑϹΜΕΤΑΧΡΟΝΟΝΜΕΝΨͰΘΕΟΙϹ
ΧΡΥϹΟΥΝΠΟΙΗϹΕΙϹΧΡΗϹΜΟΝΕΠΙΤΥΧΩΝΦΙΛΕ
ΨͰΦΟΝΔΙΚΑΙΑΝΤΗΝΔΕΠΑΡΑΘΕΩΝΕΧΕΙϹ
ΩΜΗΝΟΠΩΡΑΝΗΝΛΑΒΗϹΟΥΧΡΗϹΙΜΟΝ

19 ΤΩΝΝΥΝΠΑΡΟΥϹΩΝϹΥΝΦΟΡΩΝΕξΙϹ . ΥϹΙΝ

[v] Conf. Herodot. v. 12. vii. 98. Memoratur quoque nomen a Xenophonte in *Exped. Cyr.* libr. i. 5. 7.

Ἅπαντα πράξεις εὐτυχῶς, θεὸς λέγει·
Βοηθὸν ἕξεις μετὰ τύχης τὸν Πύθιον·
Γῆ σοι τέλειον καρπὸν ἀποδώσει πόνων·
Δύναμις ἄκαιρος ἐν νόμοισιν ἀσθενές·
Ἐρᾷς δικαίων ἐκ γάμων ἰδεῖν σποράν·
Ζάλην μεγίστην φεῦγε, μή τι καὶ βλαβῇς·
Ἥλιος ὁρᾷ σε λαμπρὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Θεοὺς ἀρωγοὺς τῆς ὁδοῦ ταύτης ἔχεις·
Ἱδρῶτές εἰσιν, πλὴν ἁπάντων περιέσῃ·
Κύμασι μάχεσθαι χαλεπόν· ἀνάμεινον, φίλε·
Λόγος διελθὼν πάντα σημαίνει καλῶς·
Μοχθεῖν ἀνάγκη, μεταβολὴ δ' ἔσται καλή·
Νικηφόρον δώρημα τὸν χρησμὸν τελεῖ·
Ξηρῶν ἀπὸ κλάδων καρπὸν οὐκ ἔσται λαβεῖν·
Οὔκ ἐστι μὴ σπείραντα θερίσαι κάρπιμα·
Πολλοὺς ἀγῶνας διανύσας λήμψῃ στέφος·
Ῥᾷον διάξεις ἔτι βραχὺν μείνας χρόνον·
Σαφῶς ὁ Φοῖβος ἐννέπει, Μεῖνον, φίλε·
Ὑπόσχεσιν τὸ πρᾶγμα γενναίαν ἔχει·
Φαύλως τι πράξας μετὰ χρόνον μέμψῃ θεοῖς·
Χρυσοῦν ποιήσεις χρησμὸν ἐπιτυχών, φίλε·
Ψῆφον δικαίαν τήνδε παρὰ θεῶν ἔχεις·
Ὠμὴν ὀπώραν ἢν λάβῃς, οὐ χρήσιμον.

19 Τῶν νῦν παρουσῶν συμφορῶν ἕξεις λύσιν·

Descriptum habui hunc titulum de eodem monimento ac prægressum, qui in latere sarcophagi insculptus est, ille vero in altera ex duabus columellis quæ utrinque adstabant. His innixum est laquear

fornicatum operæ et pulcritudinis eximiæ. Velim hæc notent legentes propter errores in quos, nescio quo casu, incidit præstantissimus Cockerellus, quibus porro habuit ex rei necessitate secum consentientes Walpolium, qui ex schedis ejus titulum transtulerat, ceterosque quos commemorat erud. Franz. in lemmatibus suis ad nn. 4305. 4310.[w]

Ponit in primis C. repertos fuisse titulos in tractu Limyrensi prope portum Phineka (*Phœnika*), ideo Limyrensibus suis accensuit Franzius. Dein traduntur sine aliqua mentione facta utrosque in uno eodemque monimento exstitisse. Gravior vero indiligentia fuit quod compendia marmorarii prorsus ablegavit, id quod lectiones haud paucas turbavit. Taceo species litterarum quarundam minus ad amussim expressas, quum gnarus sim hoc potius ad descriptionis veritatem quam ad enucleationem sensus pertinere.

Quædam nunc dicenda sunt de ratione tituli et lectionibus quas retuli, notulis subinde interpositis quæ ad exegesim spectant.

Constat in primis nos habere inscriptionem quæ ad classem Gnomicorum respicit, concinnata serie sententiarum moralium in versibus singularibus ordinatis secundum elementa alphabetica. Hoc intellexisse jamdudum Boissonadum[x] constat: sequutus eum Franzius: contenderat vero Welckerus poëmatium esse δίστιχον,

[w] Ubi supr. pp. 160. ss. Loc. Walpol. est in *Itin.* p. 539. unde et dedit Boissonadus in editione sua versionis Græcæ Metamorph. Ovid. instar supplementi ad notas libr. XIII. in minusculis, notulis ad vv. 11. 13. subjectis. Vide Bibliothec. Classic. Lat. Lemairii, 1822. Ediderunt quoque Græfius et Welckerus, quorum lectt. contulit Franzius.

[x] Nempe, interposita distinctione plena inter versus singulos: ubi supr. p. 600. Dicit porro Boissonad. *Oraculi videtur esse responsum.* Dixerim potius; collectio sententiarum a quodam parœmiographo instar oraculi prolata, quamque in monimento incidi curaverat, ut alter quidam in rupe prope Cestrum eodem ferme tenore compositam. Conf. Franz. (ex Schönborn.) ubi supr. p. 190. n. 4379. *o.*

quod comprobatum vult allatis rationibus ingeniosis magis quam justis.

Incipit tanquam oraculum (*ἐπιχρηματισμός* in nostr. Pergam. CCVIII. 1.) cum effato, *θεὸς λέγει*; hoc instar principii est quod multiplici oratione conatur Ethicus inculcare. Notes in h. v. **ΠΡΑΞΙϹ**, comparatis 2. 17. Obvia tamen, in 8. **ΕΧΕΙϹ**, in 22. **ΠΟΙΗϹΕΙϹ**. In v. 2. legit C. **ΠΥΘΕΟΝ**, quod ex nummis, etc. illustrat Fr. Ἀπροσδιόνυσα hæc, etsi vera, marmore jubente quod expressi. Ceterum hæc commemoratio Apollinis (cf. et v. 18.) bene convenit Olympeno si fas sit indicium capere ex nummis[y]. In v. 4. C. **ΑϹΘΕΝΗϹ**, invito lapide. Germana lectio congruit syntaxi exquisitiori, *Dulce satis humor*, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη[z]. In hoc versu constructio est *ἐν νόμοισιν*, *in legibus*, *inter leges*, h. e. *in republica probe stabilita*[a], non *ἐννόμοισιν*, ut maluit Welckerus. In 5. *γάμοι δίκαιοι*, qui et *ἁγνοί*, *κεδνοί*, *ὅσιοι*, etc. sunt Latinorum *legitimæ nuptiæ*. In 6. C. **ΒΑΒΗϹ**, quod recte correxerunt Akerbladus aliique **ΒΛΑΒΗϹ**. Caveas vero ne cum Akerbl. construas *βλάβης*. Sententia est quam repetitam habemus infr. v. 10. Κύμασι etc., rebus afflictis solenni metaphora comparatis rixæ elementorum. Sic Lyricus[b]; *οἱ δ' ἀνιαραῖς = ἀντικύρσαντες ζάλαις*. Inter Latt. Cicero: *Multo ante prospexi quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipublicæ.* Sed et mentis perturbatio hic adumbrari potuerit, ut in versu, *Nescio quo miseræ turbine mentis agor*[c]. In v. 7. obv. **ΠΑΝΤΑΟΡΑ**, non quale habemus nostram in tit. Pisidic. memorato supr. in not. *x*, v. 9.

[y] Conf. Eckhel. vol. III. p. 5.

[z] Addas his Platon. *De Republ.* v. p. 455. e. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. Vide sis hoc amplius illustratum a Matthiä in *Gr.* §. 437.

[a] Occurrit menti sententiola *κατ' ἀντίφρασιν* Ciceronis, *Orat. pro Milone*, IV. sub. fin. *Silent enim leges inter arma.* Iteratam habemus nostram in tit. Pisidic. memorato supr. in not. *x*, v. 9.

[b] Vide *Olymp.* XII. 15. s. Pari ratione Euripid. in *Androm.* 746. s. *χείματος γὰρ ἀγρίου τυχοῦσα, λιμένας ἦλθες εἰς εὐηνέμους.*

[c] Ovid. *Amor.* II. 9. 28. Loc. Ciceron. prægr. vide in *Haruspic. Respons.* III. pr. Addas *Catil.* IV. 2. *Pro Domo*, LIII.

exspectaveris, ΠΑΝΘΟΡΑ. Ionicum nimirum est *tenuem* apponere, et negligitur elisio, ut pluries factum cernimus, ex. c. in n. CCLXXII. 3. et infr. n. CCCLXXXIV. 3. 6. metr. Sol hic *πανδερκής*, ut in Homerico, Ἠέλιος, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς[d]. In v. 9. expressit Fr. ex Walpol. in fin. **ΕΡΙΕϹΗ**, unde orta fuerat lis inter Criticos, quorum Akerbl. dedit **ΕΠΙΕϹΗ**, sensu minus commodo. Verum perspexere Blomfield. et Boissonad. Videbunt attentius legentes errorem ex eo ortum quod non adverterat Cockerell. ad lineolam conjungentem **Ν** et **Ε**. In hoc versu *πλὴν* notat compensationem, scil. *sudoris, ærumnæ;* idcirco exponunt *ὁμῶς*[e]. Ad scopum periodi faciunt Hesiodi notissima, Τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν κ. τ. λ.[f] In v. 10. lacuna statim expletur ex. v. 18. fin. Probe hoc fecerat jamdudum Blomfieldius. Ceterum eadem metaphora hic cernitur ac supra in v. 6. Κύματα sunt *tristes casus*, ut in Tragico[g], Κακῶν δ᾽ ὥσπερ θάλασσα κῦμ᾽ ἄγει, monetque Gnomicus ut rem inter ea agamus tolerando, non obnitendo. Animosiora suadet epopœia; *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.* In 11. init. C. **ΛΑΓΟϹ**, unde Boissonad. Λαιός, quo sensu opportuno parum scio. Melius Blomf. λόγος, quod et jubet lapis. Est λόγος διελθὼν Ciceronis *fama manans, peragrans*[h].

[d] Iliad. γ᾽. 277.

[e] Obvium est aliquoties πλὴν adversativum cum sensu deminuti commodi alicujus per malum adjunctum, non ut in nostro, incommodi per lætum: ex. c. Herodian. *H. R.* III. 4. init. Ὁ δὲ Νίγρος, μαθὼν τὰ συμβάντα, πολλὴν στρατιὰν ἀθροίσας, πλὴν ἄπειρον μάχης καὶ πόνων κ. λ. Angl. *but with this drawback.* i. e. *counterbalancing disadvantage.* Addas IV. 8. a med. Πλόκαμον ἐπιδοῦναι τῷ πυρὶ ζητῶν, ἐγελᾶτο· πλὴν, ὧν εἶχε τριχῶν, ἀπεκείρατο. Est hic ὁμῶς, *yet, for all that.* Vis voculæ manifesto pendet ex ἐγελᾶτο. Recentioris linguæ dumtaxat videtur hic usus fuisse.

[f] Conf. *Op. et D.* 265. s. Agnoscere quoque est metaphoram in elegantia Latina: ex. c. in Cicer. *Orat. pro Sext.* LXVI. med. *Epist. ad Divv.* III. 12. med.

[g] Vide *Sept. contr. Theb.* 755. ss.

[h] Loci sunt *Philipp.* XIV. 6. pr. *Pro Milone*, XXXV. fin.

Ad v. 12. conf. Euripid.[i] Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν. Dein, Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας Ὅστις φέρει κάλλιστ᾽, ἀνὴρ οὗτος σοφός. Hæc Blomf. Walpol. Addas; Μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη, et in alio loc. Τολμᾶν δὲ χρεών· ὁ γὰρ ἐν καιρῷ Μόχθος πολλὴν εὐδαιμονίαν Τίκτει θνητοῖσι τελευτῶν. In 13. effluxerat finis ex marmore: erat vero luculenter **ΤΕΛΕΙ**, nempe τελεῖ (cave ne cum Gräfio scribas τέλει), quod et placuit Boissonad. et Welcker. Induxerat Blomf. τ᾽ ἔχειν, Walpol. τ᾽ ἔχει, ad quæ Boissonad. non immerito, "Quis particulam τε exspectabat?" Sensum accurate expressit Franz. *Præmium victori donatum effectum reddet vaticinium.* Νικηφόρον est *victrix:* sed *rei* tribuitur epitheton personæ, ut in Tragico[k]: σωτηρίαν Ἕλλησι δώσουσ᾽ ἔρχομαι νικηφόρον. Postmodum: Καί, τοὔπ᾽ ἐμ᾽, εὐτυχοῖτε, καὶ νικηφόρου Δώρου τύχοιτε, qui locus optime a nostro expeditur. Nimirum criticis displicuerat illud δώρου, quapropter δορὸς excogitavit Piersonus, νόστου Reiskeus[l]. In 14. ξηροὶ κλάδοι sunt Latinorum *ramalia*[m]. In hoc v. ad fin. C. **ΛΑΡ** . . . . quod recte Blomf. **ΛΑΒ** . . . , scil. λαβεῖν. In 15. post init. C. **ΜΙCΠ**, neglecta ligatura. In 16. C. **ΑΙΩΝΑΕ**, quod recte Akerbl. Boissonad. ἀγῶνας. In 17. fin. C. **ΧΙΟΝΟC**. Akerbl. etc. χρόνον. In 18. init. C. **ΓΑΦΩC**. Dein a med. Boisson. ἔννεπεν, contra fid. lapid. In 19. lacuna est duarum litt. in fine:

[i] Loci seqq. Eurip. sunt, *Teleph.* Fr. Beck. n. XVIII. *Æolid.* ibid. XVII. *Hippolyt.* 207. *Temenid.* Fr. VIII.

[k] Conf. locc. *Iphig. Aulid.* 1472. s. 1556. Versus noster iterum obvius est in inscr. Pisidic. supra in not. *x*, *a*, memorata, v. 18.

[l] Nempe, ex locc. *Herc. fur.* 49. *Hecub.* 539. Conf. not. Hopfn. in edit. Beck.

[m] Conf. Pers. *Satir.* I. 97. v. 59. *ramalia arida* in Ovid. *Metam.* VIII. 644.

Obv. videtur noster in tit. Pisidic. v. 19., ubi vero mansit solum ΑΠΟ. Nostri 20. 21. habentur fere integri in vv. 25. 26. In hoc liquido constare lect. ΜΕΝΨΗ notabile est.

recte Akerbl. λύσιν. Hic versus in basi insculptus est: omissum credo incuria quadratarii in justo loco, quod vix mireris in monostichorum compagine. In 20. C. **IPAΓMA** in med. neglecta lineola jungente **I** et **P**. Hoc recte restituit. Akerbl. Scopus proverbii est, ni fallar, *plus virtutis habet agere quam promittere.* In 21. C. ad extr. **ENΨHOOIC**, unde extudere Walpol. Blomf. atque eos sequutus Boisson. ἐνίψῃ. Hoc vetat lapis; sed prodit germana lectio restituta ligatura inter **XPONON** et **ENΨH** quam ex marmore habent hic expressam lectores. Vertas 22. *Oraculum reddes aureum*, (hoc est, omni æstimatione dignum) *si scopum attigeris*. Per χρησμὸν intelligit Fr. *hoc vaticinium*, secundum verba θεὸς λέγει in capite: atqui hoc minus necessarium opinor. Non dicitur χρησμὸν τοῦτον, sed in genere; sensusque in propatulo est. Quidquid æstimandum est vel pretiosum designatur in omnibus linguis per comparationem auri. Pauca expendamus. Aristoph.[n] Ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν, πῶς φῄς; πάλιν φράσον μοι. Athen.[o] ex Ananio vel Hipponacte; Χρυσὸν λέγει Πύθερμος ὡς οὐδὲν τἄλλα· ubi conf. interpp. Lucian[p]. Ὥστέ μοι τάχιστα χρυσοῦν ἀπέδειξαν οὗτοι τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον. Plutarch[q]. Χρυσὸν ἔδειξαν (potius ἀπέδειξαν, scil. Callippus et Pharax) τῇ Σικελίᾳ τὰς ἐν τῇ τυραννίδι συμφοράς. Tractemus Latinos. Plaut.[r] *Auro contra cedo modestum amatorem: a me aurum adcipe:*

[n] Vide *Plut.* 268.

[o] Libr. XIV. p. 625. c.

[p] Necyomant. IV.

[q] Vit. Timoleont. p. 241. b. Cf. Platon. *Epist.* VII. p. 94. d. Bipont. Καὶ ὁρῶν δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν. Hinc intelligere est quantum erravit Hemsterhusius in nota sua ad loc. Lucian. prægr. ablegato χρυσῆν, vice cujus intulit χρυσὸν quasi sensui melius accommodatum. Errore contrario Leunclavius reposuerit in Dion. p. 336. a. χρυσῆν. Verba sunt, ὥστε χρυσὸν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι.

[r] Loci sunt, *Curcul.* I. 3. 45. s. *Epidic.* III. 4. 29. s. *Mil. Gl.* III. 1. 64.

Notandum est et hunc versum occurrere, mutilum vero et corruptum, in inscr. Pisidic. v. 26.

cui reponit servus; *Cedo mihi contra aurichalco, quoi ego sano serviam.* Alibi: *Næ tu habes servom graphicum, et quantivis pretii: non caru'st auro contra.* Iterum; *Cedo treis mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.* Pariter apud Horatium *Mediocritas* dicitur *aurea*, h. e. insignis pretii et magnopere expetenda, ut *χρυσοῦς ἰδιωτῶν βίος* supra. Juvenis amabilis apud Tibullum est *carior auro.*

In v. 24. *ψῆφος* est *suffragium, sententia:* dii sunt judices. Conf. Euripid.[a] *Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν Ψῆφος κέκρανται· κατθανεῖν ὀφείλεται.* Alibi: *θεοὶ ἕζοντ' ἐπὶ ψήφοισιν αἵματος πέρι.* In v. ult. med. C. ΙΚΛΑΒΗϹ, unde Akerbl. Gräf. Welcker. probantibus Boissonad. et Fr. *εἰ λάβῃς*, haud dubie invito lapide. Litteræ colligabantur, sed pæne effluxerant, Η et Ν vel Μ et Η: ad priora magis inclino. Prælatum habuit ΜΗ doctissimus Blomfieldius.

Hic versus claudit seriem oraculorum, ut liquet ex vocali ineunte, quacum et conspirat marmor. Miratur haud injuria Boissonadus Walpolium adserentem ex fide Cockerelli mancam esse inscriptionem: miror ipse potius adeo incuriose in ea tractanda agentem, nisi forte dixerit se excusabundus peccata exstitisse in schedis unde sua deprompserat alienis. Nunc vero habent studiosi hujus materiæ sinceram et ex monimento ipso ad vivum expressam imaginem qua potui cura et diligentia. Quum porro versiones quas in notis subinde dedi in sensu extricando potissimum versentur, optimum factu judicavi laboribus meis coronidem imponere subjecta interpretatione Latina totius epichrematismi, eaque secundum compagem metricam ipsius

[a] Vide seqq. in *Androm.* 1260. sq. *Electr.* 1256. sq.

Huic loco, ut obiter notem, consentanea sunt quæ apud Græcos, in primis Athenienses, tradunt scriptores de suffragiis judicum invaluisse, nimirum ea ratione singulari pertinuisse ad deos. Conf. Herodot. VIII. 123. Demosth. *adv. Macartat.* p. 1056. 8. ss. et Commentt. Wesseling. Valckenar. Schäfer. ad *Orat. de Corona*, p. 271. 27. R.

tituli contexta, verum omisso, qui sane abesse potest sine leporis dispendio, lusu isto alphabetico.

Tibi omne cedet prospere (fatur deus).
Fortuna opem favente tribuet Pythius.
Matura agenti gnaviter dabit solum.
Valente jure vis inopportuna iners.
Optas pudicis prolem habere a nuptiis.
Fugito procellam, ne tuleris incommoda.
Sol adspicit te lucidus, cuncta intuens.
Hoc adjuvantes en habes iter deos.
Adsunt labores: affiues tamen bonis.
Amice, perfer: fluctibus ne dimices.
Rumor pererrans cuncta præclare indicat.
Instant labores; sed brevi excipient vices.
Corona victrix vaticinium perficit.
Nulli ministrant reditum agri ramalia.
Spem qui recusat serere messorum abjicit.
Refert coronam qui subit certamina.
Sistas parumper: sic facilius ævum ages.
Amice restes: Phœbus hoc dat consili.
Prementium malorum habebis exitum.
Res comprobat patrata promissi fidem.
Re male cadente irasceris diis illico.
Aurum adsequuto vota fit præsagium.
Hæc justa cælitus venit sententia.
Nil prosit immaturus Auctumnus tibi.

PATARA.

CCCVI. a.

Αυτοκράτορι Καίσαρι, *θεοῦ* Ἁδριανοῦ *υἱῷ*, *θεοῦ* Τραϊανοῦ Παρθικοῦ *υἱωνῷ*, *θεοῦ* Νερούα *ἐγγόνῳ*, Τίτῳ Αἰλίῳ Ἁδριανῷ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ, Εὐσεβεῖ, Ἀρχιερεῖ *μεγίστῳ*, Δημαρχικῆς *ἐξουσίας τὸ δέκατον*, Ὑπάτῳ *τὸ τέταρτον*, Πατρὶ *πατρίδος, καὶ θεοῖς* Σεβαστοῖς, *καὶ*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΘΕΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΥΙΩΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΠΑΡΘΙΚΟΥΥΙΩΝΩΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑΕΓΓΟΝΩΤΙΤΩΑΙΛΙΩΑΔΡΙΑΝΩ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΩΣΕΒΑΣΤΩΕΥΣΕΒΕΙΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙΣΤΩΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ
ΕΞΟΥΣΙΑΣΤοΙ̅ΥΠΑΤΩΤοΔ̅ΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟΣΚΑΙΘΕΟΙΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΠΑΤΡΩΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΙΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΠΑΤΡΙΔΙΤΗΠΑΤΑΡΕΩΝΠΟΛΕΙΤΗΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΟΥ
ΛΥΚΙΩΝΕΘΝΟΥΣΟΥΕΙΛΙΑΚΟ·ΟΥΕΙΛΙΟΥΤΙΤΙΑΝΟΥΘΥΓΑΤΗΡ
ΠΡΟΚΛΑ · ΠΑΤΑΡΙΣ · ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΚΑΙΚΑΘΙΕΡΩϹΕΝΤΟΤΕΠΡΟϹΚΗΝΙΟΝΟΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΝ
ΕΚΘΕΜΕΛΙΩΝΟΠΑΤΗΡΑΥΤΗϹΚΟ·ΟΥΕΙΛΙΟϹΤΙΤΙΑΝΟϹ
ΚΑΙΤΟΝΕΝΑΥΤΩΚΟϹΜΟΝΚΑΙΤΑΠΕΡΙΑΥΤΟΚΑΙΤΗΝΤΩΝ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΩΝΚΑΙΑΓΑΛΜΑΤΩΝΑΝΑϹΤΑϹΙΝ
ΚΑΙΤΗΝΤΟΥΛΟΓΕΙΟΥΚΑΤΑϹΚΕΥΗΝΚΑΙ
ΠΛΑΚΩϹΙΝΑΕΠΟΙΗϹΕΝΑΥΤΗΤΟΔΕΕΝΔΕΚΑΤΟΝ
ΤΟΥΔΕΚΑΤΟΥΔΙΑΖΩΜΑΤΟϹΒΑΘΡΟΝΚΑΙΤΑΒΗΛΑ
ΤΟΥΘΕΑΤΡΟΥΚΑΤΑϹΚΕΥΑϹΘΕΝΤΑΥΠΟΤΕΤΟΥ
ΠΑΤΡΟϹΑΥΤΗϹΚΑΙΥΠΑΥΤΗϹ
ΠΡΟΑΝΕΤΕΘΗΚΑΙΠΑΡΕΔΟΘΗΚΑΤΑΤΑΥΠΟΤΗϹΚΡΑΤΙϹΤΗϹ
ΒΟΥΛΗϹΕΨΗΦΙϹΜΕΝΑ

τοῖς πατρῴοις θεοῖς, καὶ τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι τῇ Παταρέων πόλει, τῇ μητροπόλει τοῦ Λυκίων ἔθνους, Οὐειλία Κοΐντου Οὐειλίου Τιτιανοῦ θυγάτηρ Πρόκλα, Παταρὶς, ἀνέθηκεν καὶ καθιέρωσεν τό τε προσκήνιον ὃ κατεσκεύασεν ἐκ θεμελίων ὁ πατὴρ αὐτῆς Κόϊντος Οὐείλιος, Τιτιανὸς, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ κόσμον, καὶ τὰ περὶ αὐτὸ, καὶ τὴν τῶν ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ λογείου κατασκευὴν καὶ πλάκωσιν, ἃ ἐποίησεν αὐτή· τὸ δὲ ἐνδέκατον τοῦ δεκάτου διαζώματος βάθρον καὶ τὰ βῆλα τοῦ θεάτρου κατασκευασθέντα ὑπό τε τοῦ πατρὸς αὐτῆς καὶ ὑπ' αὐτῆς προανετέθη καὶ παρεδόθη κατὰ τὰ ὑπὸ τῆς κρατίστης Βουλῆς ἐψηφισμένα.

Descriptum habui hunc titulum insignem de porticu theatri Patarensis. Enarrat addictionem consecrationemque proscenii, ornatus ejus, statuarum et sculptilium, logei et incrustationum ejus, Pio Augusto, divis Augustis Patriisque, et Patarensium civitati: dein declaratur quod undecimus gradus decimæ præcinctionis, et vela theatralia, antea fuerant dicata et civibus tradita secundum senatusconsultum.

Ediderunt varii: in primis Walpolius[t] ex schedis Cockerell. Beaufort. Sodall. Societ. Dilettant., deinde Osannus[u] ex Walpol. et Fellowsius ex apogr. propr., nuperrime Franz.[v], collatis exemplaribus Beaufort. et Fellows. Nihil habeo quod emendem in accuratissimis Franzii: litterarum species dumtaxat exhibeo magis ad amussim elaboratas, atque intervalla in v. 8. quæ et recte servavit Fellowsius: Beaufortius quoque, at cum punctiunculis non bene insertis quasi fuerint lacunæ, quæ non sunt, sed tantum versui dilatando inservientia in quo tria insignia singillatim enumerantur.

t Vide *Itiner.* p. 534. n. 1.

u In *Auctar. Lexic. Græc.* p. 134.

v Ubi supr. p. 152. n. 4283. Loc. Fellows. est in vol. II. Append. A. p. 416. n. 169. cum versione Anglica et notis Wieneri.

Ætas tituli habetur ex v. 4. U. C. 900. P. C. 147. Cum. vv. 4–5. conf. tit. Aspend. in priore Fascic. n. CXII. ubi variatur phrasis. Patara[w] in v. 6. appellantur Μητρόπολις τοῦ Λυκίων ἔθνους, de quo primatu adeas Livium in not. inf. citatum. In 6–7. nomen *Velia Procla* (Procula, cf. CXXXIII. 5.) obvia est cum Claudia præmissa in Tloëns. Fellows. n. 134. 5–6. Ejusdem fuisse quis affirmarit? De voce κόσμος in tali materia usurpata conf. Fasc. II. n. LXX. 2. et not. in *Auctario*. In 12. diversa plane sunt ἀνδριάντες et ἀγάλματα. Hæc fortasse erant *anaglypha*, secundum id quod indicatur in Fascic. II. Auctar. not. ad LII. 8. Λογεῖον[x] in v. 13. *pulpitum*, erat locus ubi chorus ceterique in fabula personam non habentes manebant actionique dramaticæ subserviebant. De πλακώσει in 14. vide Fasc. II. n. CCXXII. 8–9. necnon in seq. διαζώματι, *præcinctione*, n. LXVII. 3. et not. *Auctar*. Usurpatur in hoc v. vox Latina *Vela*[y], *curtains*, *awnings*, quæ et *siparia*, *aulæa*, περιπετάσματα Gr. In 18. παρεδόθη est *tra-*

[w] De Pataris vide Strab. XIV. 3. pp. 214. s. T., qui ea annumerat inter urbes maxime illustres Lyciæ, memoratis quoque portu et templis. Huic conf. Pausan. IX. 41. 1. Deinde notes portum nobilitatum ab historico sacro in libr. Actt. Apost. XXI. 1. Adeas inter scriptt. Lat. Plinium in v. 28. 2. qui nominis antiquioris *Satari* meminit. Melam quoque in libr. I. 15. sub fin. ubi mentio explicita habetur cultus Apollinei, unde Horatii illud, *Delius et Patareus Apollo*, in *Carm.* III. 4. 64. Meminerunt et Ovid. in *Metam.* I. 516. interque historicos Liv. XXXVII. 15. quo loco insignitur urbs tamquam *caput gentis*. Confirmatur hoc et in aliis præter nostrum: vide Franz. nn. 4280. et seqq.

De ruderibus templorum, sepulcrorum, theatri, portus, conf. Fellows. vol. I. pp. 222-224. II. 179–183. Spratt. et Forbes. ubi supr. vol. I. p. 31. Theatrum Patareum instaurantis Strackii in opere laudato meminit Franz. in obss. n. 4283.

Notissimus est cultus fatidici numinis in hac sede ex locis variis classic. Tituli confirmant, ut noster CCCVII. et nummi in Eckhel. vol. III. p. 5. a.

[x] De hoc adeas Vitruvium, *De Architect.* v. 8. p. 146. Bip.

[y] Pariter in Aphrodis. Böckh. n. 2758. B. 8. s. Βήλων καὶ τῶν διὰ θεάτρου. De velis theatralibus adi Plin. XIX. 6. 1. Lucret. IV. 73. ss. *lutea russaque vela. Et ferrugina ---- magnis intenta theatris ----- fluctant*, Edit. Wakef. Hinc Juvenal. IV. 122. *pueros inde ad velaria raptos.*

dita sunt, scil. in usum civium, quibus fuerant destinata. Claudunt titulum *κατὰ τὰ ἐψηφισμένα*, ut videmus in titt. Xanth. infr. CCCXIX. CCCXX. ult.

CCCVII. b.

ΤΕΙΜΑΙΩΠΛΑΤΩΝΟΣΠΑΤΑΡΕΙ
ΚΑΙΞΑΝΘΙΩΠΟΛΙΤΕΥΣΑΜΕ
ΝΩΔΕΚΑΙΕΝΤΑΙΣΚΑΤΑΛΥΚΙΑΝ
ΠΟΛΕΣΙΠΑΣΑΙΣΤΗΝΟΣΤΟΘΗ
ΚΗΝΙΑΣΩΝΑΝΤΙΓΟΝΟΥ
ΠΑΤΑΡΕΥΣΑΛΛΩΔΕΜΗΕΞΕΣ
ΤΩΤΕΘΗΝΑΙΕΑΝΔΕΤΙΣΤΙΝΑΘΗ
ΟΦΕΙΛΕΤΩΙΕΡΑΣΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΔΡΑΧΜΑΣΓΤΗΣΠΡΑΞΕΩΣΚΑΙΠΡΟΣ
ΑΝΓΕΛΙΑΣΟΥΣΗΣΠΑΝΤΙΤΩΒΟΥΛΟ
ΜΕΝΩΕΠΙΤΩΗΜΙΣΕΙ

Τιμαίῳ Πλάτωνος, Παταρεῖ καὶ Ξανθίῳ, πολιτευσαμένῳ δὲ καὶ ἐν ταῖς κατὰ Λυκίαν πόλεσι πάσαις, τὴν ὀστοθήκην Ἰάσων Ἀντιγόνου Παταρεύς· ἄλλῳ δὲ μὴ ἐξέστω τεθῆναι· ἐὰν δέ τίς τινα θῇ, ὀφειλέτω ἱερὰς Ἀπόλλωνι δραχμὰς τρισχιλίας, τῆς πράξεως καὶ προσαγγελίας οὔσης παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐπὶ τῷ ἡμίσει.

Descripta de basi (credo ossuarii in vv. 4–5.) apud Patara. Paraverat illud Jason, civis Patarensis, filius Antigoni, destinatum usui Timæi (vel Timarchi), civis Patarensis et Xanthii, necnon in ceteris cunctis urbibus Lyciæ civitate donati, cum interdictione ne quis alter in eo ponatur sub pœna multæ Apollini pendendæ, etc.

Ediderunt varii: primo Walpolius[a] ex Cockerellianis, deinde ex

[a] Ubi supr. p. 541. n. 5.

iisdem Rosius[a]: recentius Fellowsius[b] et Franzius[c], qui meminit apographi Beaufortiani missi a Müllero.

Habet Rosius in v. 1. ΤΕΡΠΑΙΩ, quod et a Franz. receptum video. Non recipiendum puto; potius suadet lapis quod dedi, (vel ΤΕΙΜΑΡΧΩ,) cujus semissem conservavit Fellowsius, viz. ΤΕΜ. In 3. init. recte Ros. *δὲ καὶ*, Fellows. ΔΕΚΑ, autumante Wienero fuisse illud ΚΑ, ut ΚΕ, formam dialecticam. Concidit hæc subtilitas inspecto lapide. In fin. vers. scripsit Ros. *Λυκίαμ* contra fidem monumenti. Rectissime omnium ordinavit Fellows. vv. 9. 10. iis in unum conjunctis, sed cum nota numerali Ϲ, quam recepit Franz.

De ossuariis (*ὀστεοθήκαις* vel *ὀστοθήκαις*) conf. Fasc. II. n. CXXXI. 3–4. et p. 127. In 9. obv. *δραχμάς*, non ut usitatius *δηνάρια*: sed hæc fortasse intelliguntur, ut in Aphrodis. Böckh. n. 2782. v. 46. ubi conf. obss. Summa pendenda est Apollini, numini Patareo, ut Olympeno Hephæsto in nostr. CCC. CCCII. Clausula, vv. 9–11., *τῆς πράξεως κ. λ.* dudum obvia est in nostr. CCLXXXI.

CCCVIII. c.

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΤΟΥ
ΝΕΙΚΟΛΑΟΥΤΟΥΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥ
ΠΑΤΑΡΕΩΣΚΑΙΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΑΥΤΟΥ
ΣΑΡΠΗΔΟΝΙΔΟΣΤΗΣ
ΚΑΙΛΥΚΙΑΣΠΤΟΛΑΙ
ΜΑΙΟΥΔΙΣΤΟΥΚΑΙ
ΘΩΡΑΚΟΣΠΑΤΑΡΙΔΟΣ

Τὸ *μνημεῖον Πτολεμαίου, τοῦ καὶ Νικολάου, τοῦ Πολυκράτους, Παταρέως, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σαρπηδονίδος, τῆς καὶ Λυκίας, Πτολεμαίου δίς, τοῦ καὶ Θώρακος, Παταρίδος.*

[a] Inscriptt. Græc. Cl. v. p. 320.
[b] Conf. vol. II. p. 180. s. in minusc. Append. A. p. 418. cum not. Wiener.
[c] Ubi supr. p. 155. n. 4293.

Descripta de tabella incisa in latere sarcophagi grandioris jacentis prope arcum Patarensem. Designatur monimentum Ptolemæi, civis Patarorum, et uxoris ejus Sarpedonidis, quæ et *Lycia* appellata est, neptisque erat Ptolemæi, qui et nomen habuit *Thoracem*. Ediderunt Fellows. et Franz.[d] Nomina *Ptolemæus* et *Sarpedonis* obvia sunt supra in CCLXXVIII. f. g.

CCCIX. d.

ΜΑΥΡΙΕΡΟΚΛ	*Μάρκου Αὐρηλίου Ἱεροκλεους*
Δ - - - ΤΟΥΔΗΜΗΤ	*Δείου τοῦ Δημητρίου,*
ΠΑΤΑΡΕΩϹΗΡΩ	*Παταρέως, ἡρῷον*
ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ	*προγονικόν.*

Descripta de lapide qui deciderat de ædicula semiruta inter parietinas Patarorum, quæ sine dubio erat Heroum cujus meminit titulus. Id consequutus fuerat hereditatis jure Hierocles Patarensis, filius (Dii ?), nepos Demetrii. Nomina ejus Romana nos revocant ad ætatem Antoninorum.

De voce *προγονικόν* conf. not. *t* ad inscr. CCLXXXV.

CCCX. e.

D. M.	*Diis Manibus.*
FLAVIAKARITO	*Flavia Karito-*
LINAVIXIT	*lina vixit*
ANNISXXXXVICVI	*annis* XLVI. *cui*
MAEMILIVSSVLLA	*M. Aemilius Sulla*
ETMAEMILIVSCITV	*et M. Aemilius Citu-*
LINVSFILIIEIVS	*linus, filii ejus,*
MATRIPIISSIMAE	*matri piissimæ,*
MONIMENTVM	*monimentum*
DESVOINSTITV	*de suo institu-*
ERVNT	*erunt.*

[d] Ubi supr. n. 4295. Loc. Fellows. est in cit. supr. p. 419. n. 173.

Descriptum habui de lapide quadrato in murum illato inter rudera Patarensia. Videtur fuisse basis.

Nomen *Karitolina* in init. erat deminutivum, et a Græco Χαρίτων effictum fere ut *Messalina*, *Sullina*, a *Messala*, *Sulla*. Scribendi ratio est Romana, et sæpissime in inscriptt. usu venit. Conf. not. ad Fasc. I. n. x. 2.

PHASELIS. (تويغار اواسى).

CCCXI. a.

ΔΑΚΑΙ . Ε . ΗΝΠΑ
ΩΝΟΥΧΡΗΖΩΠΡΟΣΚΥΠΡΙΝΕΡΧΟΜΕΝ
ΤΙΔΗΣΜΑΝΕΘΗΚΕΠΑΤΡΗΣΑΠΟΠΑΤΡΙΔΟΣΑΛΛΗ
ΟΔΟΤΟΣΠΑΦΙΟΙΣΦΕΙΔΙΑΚΗΝΧΑΡΙΤΑ

Πατρίδα καὶ ἱερὴν Παφίων.- - - - - - - - -
Δώρων οὐ χρῄζω πρὸς Κύπριν ἐρχομένη·
Νηριτίδης μ' ἀνέθηκε Πάτρης ἀπὸ πατρίδος ἄλλης
Θειόδοτος Παφίοις Φειδιακὴν χάριτα.

Descripta de basi (vel ara) reperta inter rudera Phaselidis[e], ubi nunc vicus Turcicus *Tegrova*, in tractu littorali. Innuitur dedicatio donarii cujusdam, simulacri fortasse Aphroditæ, Paphiis facta a quo-

[e] De Phaselide conf. Strab. ubi supra, p. 217. Scylacem, p. 37. Hi Lyciæ accensent. Non item Stephanus, qui Pamphyliæ, ut et Plinius in v. 26. 1. et Mela, I. 14. fin. Meminerunt quoque Cicero, in *Orat. Verrin.* II. 4. 10. init. et Livius, ubi supra: necnon infamiæ Phaselitarum, æque cum Cicerone, præco Demosth. in *Orat. adv. Lacrit.* p. 923. 1. His conf. inter hodiernos, Fellows. vol. I. p. 211. et in *Itiner. Lyc.* Spratt. et Forbes. vol. I. p. 197. Nummi urbis ab Eckhel. indicati studium rei maritimæ egregie illustrant. Vide sis vol. III. p. 6.

Nomen Turcicum contractum est ex *Tûtghâr-owâst*, de quo vide supra not. *y.* ad tit. CCLXXIII. Ignoscant rogo studiosi in his minutiis subsistenti quas fortasse abesse maluerint, accipiantque ut peregrinantis potius quam Musarum cultoris.

dam Patra qui et (*Theodotus?*) audiverat. Phaseliotam fuisse crediderim; nam in v. 3. describitur ut alienigena, mentione facta Paphiorum in proximo. Supplevi **ΘΕΙΟΔΟΤΟΣ** metri fulciendi causa. Sic et **ΝΗΡΙΤΙΔΗΣ** in v. 3. In 2. probabilis restitutio videtur esse **ΔΩΡΩΝ**. Posito quod statua Veneris fuerat basi innixa, sensus liquet; *muneribus non indigeo quibus me commendem: instar omnium est quod tutelarem Paphiorum repræsento.* Ideo in hoc versu dedi in minusc. ἐρχομένη, scil. εἰκών. Disjecta membra primi legentibus ut suppleant permitto.

Nomina *Patres* seu *Patras*, *Patra*, in his tractibus erant clara: vid. Fasc. II. n. CCXXXIII. 1. In ultimis hæreo, Φειδιακὴν χάριτα. Hoc interpretari possis κομψότητα, κάλλος, ut ita intelligamus statuam elaboratam ea venustate et arte qualem in suis conficiendis adhibuerat sculptor Atheniensis. Inesset hac ratione metonymia. Nostræ porro conjecturæ scriptorem hic loqui de signo Veneris, deæ Paphiæ, probabilitatem addit, quod tradiderit Plinius[f] exstitisse in porticu Octaviæ tale ab ipso Phidia sculptum. Verum scribere possumus et Χάριτα, h. e. simulacrum unius Gratiarum arte Phidiaca exornatum. Veneris equidem cum Gratiis arctissima fuit conjunctio[g].

XANTHUS. (كونوك قلعهسى).

CCCXII. a.

ΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙ	Βασιλέα Πτολεμαῖον,
ΛΕΩΣΙΟΒΑ	Βασιλέως Ἰόβα υἱόν,
ΤΟΚΟΙΝΟΝ	τὸ Κοινόν.

[f] Conf. libr. XXXVI. 4. 5.
[g] Plin. XXXV. 40. 17. *Nicearchus* (pinxit) *Venerem inter Gratias et Cupidines.*

Descripta de fragmento lapidis (basis?) quod in parietem domus in vico *Konûk* (vel *Gûnûk*) insertum fuerat. Posita memoratur (statua?) in honorem Ptolemæi, filii Jubæ, a societate fœderata Lyciorum.

Video editum ex apogr. Schönbornii a Franz.[h] Sola discrepantia est admissum **ΙΟΒΑΣ** in v. 2. quod fidei marmoris adversatur. Ideo supervacanea est docti viri ad hunc versum nota[i].

Agitur hic luculenter de Ptolemæo, rege Mauritaniæ, qui opem adeo insignem Dolabellæ attulerat flagrante bello cum Tacfarinate, quapropter laudem eum honoremque ab Imperatore Tiberio et Senatu meritum[k]. Circa hoc tempus crediderim titulum nostrum fuisse compositum, nempe, U. C. 777. anno salut. 24.

[h] Ubi supr. p. 148. n. 4269. *b.*

[i] Franzii verba in hac nota parum intelligo: *Eundem Ptolemæum Jubæ filium statua honorarunt Athenienses*, citato Corp. Inscr. Böckh. vol. I. n. 360. Certe Ptolemæus qui in hac memoratur nequit cum nostro idem esse nisi ponamus in avorum ejus numero Ptolemæos XII. et (cui nupta fuerat Cleopatra Antonii) XIII. Sed hoc minime probandum existimo. Magis etiam miror doctissimum Böckhium qui Ptolemæo Jubæ patri nepotem tribuit cognominem eundemque cum rege qui a Caligula peremptus est. Sequitur ut ad Ptolemæos quosdam diversos aliumque Jubam nosmet convertamus quo titulum Atheniensem habeamus explicatum. Utrum succurrere possit Pausanias in I. 17. 2. necne, ignorare me fateor.

[k] Tacit. Annal. IV. 26. extr. *Cognitis dehinc per id bellum studiis, repetitus ex vetusto mos, missusque ex Senatoribus qui scipionem eburnum, togam pictam, antiqua patrum munera, daret, regemque et socium atque amicum adpellaret.* Conf. capp. 23. 24. De vetustate munerum cf. Halicarnass. v. 35. et Liv. XXX. 15. cum nota Drakenb. Ceterum, ut obiter dicam, fide nummorum insigniter comprobatam hanc narrationem historici habemus in Eckhel. IV. p. 160. a. Monetæ alterius testimonio innixus conjecit v. d. Ptolemæum adiisse imperium cum patre collegam superstite adhuc Augusto: ubi supra, *b.*

Sævitiam Caligulæ, cujus erat consobrinus, expertus est postmodum Ptolemæus a tyranno interemptus: hoc, narrante Suetonio, propter abollæ purpureæ fulgorem ad ipsum spectantium oculos convertentem; *Calig.* XXVI. XXXV. Tradit Dio, ob divitias, quod verius crediderim. Cf. LIX. 25. init.

Juba[l] (Ἰόβας) hic memoratus ille erat cui dederat Augustus Mauritanias una cum parte Gætuliæ pro Numidia, quæ fuerat regnum patris ejus Jubæ, at eo victo interemptoque cesserat Romanis.

Citare juvat titulum[m] insignem declarantem similem honorem patri factum, qui hic filio, cum brevi enarratione generis inde ab atavo Masinissa:

REGIIVBAEREGIS	*Regi . Jubæ . Regis . Jubæ .*
IVBAEFILIOREGIS	*Filio . Regis . Iempsa-*
IEMPSALISNREGISGAVDAE	*lis . Nepoti . Regis . Gau-*
PRONEPOTIMASINISAE	*dæ . Pronepoti . Masinis-*
PRONEPOTISNEPOTI	*sæ . Pronepotis . Nepo-*
IIVIRQVINQPATRONO	*ti . Duumviro . Quinquen-*
COLONI	*nali . Patrono . Coloni .*

Fidei historicæ convenit *τὸ κοινὸν* in v. 3. nam, specie tenus saltem, libertate fruebantur Lycii ætate nostri Ptolemæi. Vide supra, tit. CCLXXIII. not. *z*.

[l] De hoc Juba Strabonis sunt seqq. Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχήν, δόντος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τῇ πατρῴᾳ· υἱὸς δ' ἦν Ἰούβα τοῦ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πολεμήσαντος μετὰ Σκιπίωνος. Ἰούβας μὲν οὖν νεωστὶ ἐτελεύτα τὸν βίον· διαδέδεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος, γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς καὶ Κλεωπάτρας. XVII. 3. p. 483. T. Conf. Dion. LI. 15. extr. De citat. supr. notandum est quod verba πρὸς τῇ πατρῴᾳ ita sunt accipienda ut Numidiam, quæ facta fuerat provincia Romana, eximamus. Regnum Jubæ II. complexum est Mauritaniam Cæsariensem et Tingitanam, quibus postea addita est pars Gætuliæ. Dein, filia Antonii et Cleopatræ in fine memorata erat *Cleop. Selene*, ex qua susceptus fuerat Ptolemæus noster. Cf. Dion. ubi supr. et XLIII. 9. Eckhel. IV. p. 155. b.

De studiis litterariis Jubæ II. quædam congessit Sevinus, addito recensu operum ejus multiplici doctrina compositorum: cf. *Mém. de l'Acad. des B. L.* vol. IV. pp. 457. ss.

[m] Conf. Shawii (qui a Ximene acceptum refert) *Excerpt.* p. 59. Ex illo Belleyus in *Mémoires de l'Acad. des B. L.* vol. XXXVIII. p. 104. Dedit quoque Spon. in *Miscell. Erud. Antiq.* p. 145. deinde Eckhel. in IV. p. 158., qui titulum attribuit Carthagini Novæ ex fide Sponii simulque nummi singularis in quo fit mentio duum-

CCCXIII. b.

ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩΣΕΒΑΣΤΩ
ΙΟΔΗΜΟΣΔΙΑΣΕΞΤΟΥΜΑΡΚΙΟΥΠΡΕΙΣΚΟΥΠΡ
ΤΕΛΕΙΩΣΑΝΤΟΣΤΟΕΡΓΟΝ

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Οὐεσπασιανῷ Σεβαστῷ, τῷ σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ γινομένῳ τοῦ Κόσμου, Ξανθίων ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος διὰ Σέξτου Μαρκίου Πρίσκου, πρεσβευτοῦ αὐτοῦ καὶ ἀντιστρατήγου, τελειώσαντος τὸ ἔργον (τοῦ δεῖνος).

Descripta indidem de arcu unius portarum antiqui oppidi[a] adhuc restante. Exstructus memoratur in honorem Vespasiani a Senatu et

viratus Jubæ II. Hunc magistratum, ut obiter moneam, nec dedignatus est filius ejus, fortassis in eadem urbe, sicut ex nummo Eckheliano constat. Vid. p. 160. b.

Monendi sunt legentes edidisse hunc titulum auctores *Hist. Antiq. Univers.* in Mauritan. sect. 3. cap. 2. not. *s.*, eosdem quoque contexuisse tabulam prosapiæ a Gala, patre Masinissæ, usque ad nostrum Ptolemæum, in Numidic. cap. 1. sect. 3. fin. *Gauda* in his memoratus, proavus Jubæ II., innotescit ex Sallust, *Jugurth.* LXV.

[a] Scil. Xanthi, metropolis gentis Lyciæ. Conf. Strab. XIV. 3. pp. 214. 215. T. qui, citato Artemidoro, in principe loco sex civitatum maxime illustrium statuit: deinde, post memorata Pinara, addit: Εἶθ' ὁ Ξάνθος ποταμὸς, ὃν Σίρβην ἐκάλουν οἱ πρότερον· ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς δέκα σταδίοις, τὸ Λητῷον ἐστι· ὑπὲρ δὲ τοῦ ἱεροῦ προελθόντι ἑξήκοντα, ἡ πόλις ἡ τῶν Ξανθίων ἐστὶ, μεγίστη τῶν ἐν Λυκίᾳ. Oppidi porro cum amne cognomine meminit Ptolem. in v. 3. necnon Stephan. *De Urbb.* p. 502. vetustique nominis *Arnæ*, quod insigniter comprobatur per nummos et Stelam Xanth. (Col. III. v. 28.) in libr. Fellows. Vide Append. B. pp. 457. 512. Posuit quoque in recensu suo Plin. v. 28. 2. cui conf. Melam in cap. XV. fin.

De fortitudine Xanthiorum et amore libertatis, excidio urbis, paucisque annis post favente Antonio restitutione, adeas Appian. *B. C.* IV. 76. ss. v. 7.

Nomen Σίρβη a Strabone notatum idem erat cum Græcorum Ξάνθος. Erat fortasse vox Zendica quam delitescere suspicio est in Arabica et Persica زرباب, quacum semisse tenus congruit Turcarum صاري. Quam probe conveniat speciei amnis appellatio discimus ex Fellows. I. p. 235. II. 278. nonnulla quoque egregie

Populo Xanthiorum, operam procurante legato proprætore Sexto Marcio Prisco, et ad finem perducente quodam altero cujus nomen excidit.

Edidit hunc titulum Fellowsius, ex illo Franzius[o]. Lectiones quasdam valde depravatas video. In v. 1. obv. **ΟΥΗ Π ΝΣ ΤΩ**, quæ intentata liquit editor Fellowsianus etsi vera supplementa statim edoceat titulus insequens qui in vicinia jacebat. Secundum hunc induxi in minusculis *γινομένῳ*. Conf. var. lectt. ad v. 3. In v. 2. init. F. **ΛΗΜΟΣ**, sub med. **ΣΕΞΣΤΟΥΜΑΡΚΚΨΗ**. Complet finem versus fragmentum alterum quod sub diverso numero (161) posuit F. scil. **ΤΙΔΒΕΨΤΟΥΑΥ**. Fulcit Ed. F. lectionem ejus **ΣΕΞΣΤΟΥ** per auctoritatem codicum et Thesauri Steph., vera statuens, sed a nostro aliena. Dat meliora v. 3. sed miror editorem qui suum satis obvium (scil. **ΤΕΛΕΙΟΣΑΝΤΟΣ**) mutat in *ἐπιμεληθέντος*.

De Vespasiano patre sermo hic est, cui portam fuisse dedicatam autumo. Cf. Fascic. II. n. XLVI. Operam crediderim institutam brevi post libertatem ademptam a Lyciis: postmodum, filio ejus dignitatem Augusti adsequuto, titulum qui sequitur additum[p].

CCCXIV. c.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τίτον Φλαουΐον Οὐεσπασιανὸν Σεβαστόν, τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην γινόμενον τοῦ Κόσμου, Ξανθίων ἡ Βουλὴ

illustrata de reliquiis veteris urbis in pp. 225–234. et 163–177. Tractarunt nuperrime hanc materiam Spratt. et Forbes. *Itiner. Lyc.* vol. I. pp. 14. s.

[o] Ubi supra, p. 149. n. 4271. Loc. Fellows. est in vol. II. p. 409. nn. 160. 161.

[p] Notat Eckhel. dissentire invicem scriptores de anno in quo mutata est a Vespasiano conditio civitatum Lyciæ, Achaiæ, etc., ponente ipso U. C. 827. Successit filius ad dignitatem Augusti in an. 832. Conf. *Doctr. Num.* VI. pp. 332. 356. Opus crediderim susceptum fuisse paulo ante decessum Vespasiani, absolutumque quum jam plenos honores adsequutus fuerat Titus.

ΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣ
ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΤΟΝΣ
ΗΡΑΚΑΙΕΥΕΡΓ . . Η . . . ΝΟΜ . . . . ΚΟΣΜΟΥ
ΞΑΝΘΙΩΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΔΙΑΣΕΞΤΟΥΜΑΡΚΙΟΥΠΡΕΙΣΚΟΥ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥΑΥΤΟΥΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥ

καὶ ὁ Δῆμος, διὰ Σέξτου Μαρκίου Πρίσκου, *πρεσβευτοῦ αὐτοῦ καὶ ἀντιστρατήγου.*

Descripta de lapide fracto qui jacebat prope portum in explicatione prægressa memoratum. Hic *Titum* habemus honorifice compellatum, ut in CCCXIII. patrem ejus. Saltem hoc verisimillimum judico; nam in superficie lapidis liquido apparuit lacuna post **ΚΑΙΣ** in v. 1., quæ vix aliter explenda est nisi illatis quæ in minusculis posui nominibus. Peccat in hoc maxime exemplar Fellowsii, in quo syllaba **ΟΥ**, quæ in nostro, ineunte v. 2., conspicitur, ponitur nullo spatio interjecto post **ΚΟΣΑΜ_ΡΚ**, scil. suum *Καίσαρα*, quasi fuerit **ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΝ**. Sed nominum recensio vetat ne Patri titulum attribuamus, (quod pæne necessarium foret stante ordinatione Fellowsiana,) quum a scriptoribus hic constanter appelletur *Vespasianus* tantum[q]. In titulis quoque, nisi forte excipias unicum illud a Panvinio excitatum in quo *Titus Flavius* audit: sed auctoritatem hujus monimenti pro suspecta habuit jamdudum Eckhelius[r], in materia hujusmodi haud sordidus judex.

Restat igitur explicatio quæ unica vera mihi videtur, nimirum portam fuisse constitutam in quodam anno inter U. C. 827. (in quo

[q] Citat Eckhel. Tacitum, Dionem, Suetonium: ubi supr. p. 341. b.

[r] Ibid. p. 342. a. Inscriptio est ex Gruterianis, p. CIII. n. 7., secundum Panvinii lectiones edita.

libertatem ademit Lyciæ et regioni finitimæ Vespasianus) et 832. Deinde, opere ad finem perducto et Tito summam dignitatem nacto, eum paterni honoris consortem fuisse factum. Hic vero non habeo viros doctos qui mihi antecesserunt assentientes, utroque titulo ab iis seniori attributo.

Edidit Franz.[*] secundum Fellowsii apogr. expressum, ideo sordibus oppletum, intervallis quoque minus ad amussim constitutis. Ex. gr. in v. 1. intactum prorsus relinquitur spatium in quo posita fuisse nomina existimo, immo potius alieno consignatur, syllaba **ΩΥ** (in nostr. **ΟΥ**) a versu 2. revocata. Deinde, in 2., absunt indicia vocis **ΓΕΙΝΟΜΕΝΟΝ** quæ in eo comparebant. Ceteras sordes recensere nil profuerit: abstersit qua potuit Franz. aliena ope destitutus.

Ex titulis imperatoriis habemus hic enumeratos dumtaxat *Imperatorem*, *Sospitatorem* et *Benefactorem Mundi*, ceteris posthabitis quos plenius recensos habemus in tit. CCLXXIII. supr. Convenit porro hic titulus nummis, omissa mentione Censuræ. Vide ibid. not. *b*. De **ΠΡΕΣΒ. ΑΝΤΙΣΤΡ**. in ult. conf. Fasc. I. ad n. XXI. 3. et ibid. *Auctar*. p. 195.

CCCXV. d.

. . . .
ΣΕΒΑΣΤΩΝΣΕΞΤΟΝΕΥ
ΟΛΕΩΣΤΟΥΛΥΚΙΩΝΕΘΝ
ΛΕΩΣΗΜΩΝΚΛΑΥΔΙΑΤΙ
ΔΙΑΘΗΚΗΝΑΠΟΛΕΙΦΘΕΙ
ΥΔΙΑΝΟΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕ

Τὸν πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον Σεβαστῶν Σέξτον, εὐεργέτην τῆς μητροπόλεως τοῦ Λυκίων ἔθνους Ξάνθου, τῆς πόλεως ἡμῶν,

[*] Ubi supra. p. 148. n. 4270. in libr. Fellows. p. 409. n. 159.

Κλαυδία Τιτιανὴ κατὰ τὴν διαθήκην ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῆς Κλαυδιανοῦ, τοῦ εὐεργέτου καὶ αὐτοῦ τῆς πατρίδος.

Fragmentum tituli descriptum de eodem lapide qui complexus est laudes Domini ejus imperatorii commemorantis Sextum, eum nimirum qui in titulis prægressis decoratur munere Legati Proprætore. Ob benivolentiam ejus erga Xanthios quidam (Claudianus?) per testamentum jusserat filiam et heredem Claudiam (Titianam?) ut hujus recordationis viri adeo dilecti monstrandæ curam susciperet.

Videbunt studiosi quam diversum sit nostrum argumentum ei quod protulit v. d. Franz.[1] exemplaribus fretus mendosissimis Fellowsii et Schönbornii. Edita video in v. 1. ΜΑΒΑΣΤΩΝΣΕΣΤΟΥΟΥ. In 2. ΟΛΣΟΣ. In 3. init. ΛΕΟΣ. In 4. sub f. ΑΠΟΛΕΙΦΩΕ. Ex his eruit Fr. seqq. *Τὸν δεῖνα* (vel ut in nota, *Μάρκον Βάσσον Σέξτου - - - τειμηθέντα ὑπὸ*) *τῆς μητροπόλεως κ. τ. λ.* Dein in ult. mavult nomen *Ἰουλιανοῦ.*

Re ipsa hic *Sextus* idem est cum Sexto Marcio Prisco qui legatus proprætore fuerat Vespasianorum (CCCXIII. seq.). proinde dictus *Πρεσβευτὴς καὶ Ἀντιστράτηγος Σεβαστῶν*, non sane uno eodemque tempore, nam Titus patre superstite munus summum non adierat, sed continenti successione nunc hujus dein alterius. Stat porro hic prænomen, ceteris subauditis, ut Stephanephori in nostr. CVII. In v. 3. probabile reor ΤΙΤΙΑΝΗ, factum more solenni ex imperatorio. In ult. ad ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ propendeo propter ΚΛΑΥΔΙΑ in v. 3.

Hunc titulum nuncupat Fr. "honorarium eundemque sepulcralem." Accipio prius. Inscriptus fuerat in hyperthyride portæ Xanthiæ, quum jam Sextus officio functus vel a Lycia discesserat vel discessurus erat, ad conservandam ejus memoriam.

[1] Ubi supra, p. 150. n. 4276. Loc. Fellows. est p. 411. n. 164.

CCCXVI. e.

ΓΑΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝΣΑΤΟΥΡ	Γάϊον Ἰούλιον Σατουρ-
ΝΕΙΝΟΝΥΠΑΤΙΚΟΝΗΓΕΜΟ	νῖνον, ὑπατικόν, ἡγεμόν-
ΝΑΚΑΙΤΗΣΗΜΕΤΕΡΗΣ	α καὶ τῆς ἡμετέρης
ΕΠΑΡΧΕΙΑΣΓΕΝΟΜΕΝΟΝ	ἐπαρχείας γενόμενον
ΑΡΙΣΤΟΝΚΑΤΑΠΑΣΑΝΑΡΕ	ἄριστον κατὰ πᾶσαν ἀρε-
ΤΗΝΞΑΝΘΙΩΝΤΗΣ	τήν, Ξανθίων τῆς
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣΤΟΥΛΥ	μητροπολεως τοῦ Λυ-
ΚΙΩΝΕΘΝΟΥΣΗΒΟΥΛΗΚΑΙ	κίων ἔθνους ἡ Βουλὴ καὶ
ΟΔΗΜΟΣ	ὁ Δῆμος.

Descripta de marmore, quondam basi, in parietem apud vicum *Konûk* (vel *Gûnûk*) immisso. Statua posita fuerat in honorem viri consularis Saturnini, qui et eparchiæ Lyciæ præses fuerat, a Senatu et Populo Xanthiorum.

Conjecerim ex v. 1. hunc titulum non esse recentiorem ætate Caligulæ, et Saturninum hic memoratum affinitate quadam junctum fuisse cum viris consularibus quorum nomina in fastis comparent in annis U. C. 735. 757. 794. Certe nomen ætate grandioris[u] cui, revocato ad Romam Agrippa, provincia Syriæ et Phœnices commissa est, proxime accedit ad nostrum. In v. 2. Ἡγεμών, ut aliquando ἔπαρχος, usurpatur in sensu latiore, designato fortasse *Legato proprætore*, nempe magistratu Cæsareo qui Synedrium rege-

[u] Vide sis sæpius memoratum a Josepho, *A. J.* XVI. 10. 8. et 11. 3. XVII. 1. 1. etc. Meminit Sueton. in *Calig.* XXXIX. viri prætoriæ dignitatis Saturnini. Video quoque in Eckhel. IV. p. 243. a. *Julium Saturninum* memoratum in monimento quodam Ancyrano ex fide Tournefortii, nostro nimirum, lapsu a viro celebri Ancyræ attributo. Restat et alius, proconsularis, *Julius S.*, qui in titulo Phænesio Franzii (ex Burckhardt.) n. 4551. insignitur, necnon in ejusdem n. 4617., magistratu functus in an. XI^mo. M. Aurelii, scil. P. C. 171.

bat, specie tantum libertatis relicta[v]. Aliquando significat et *Proconsulem* (*ἀνθύπατον*)[w]. *Eparchus* est in Aegyptiis, CCCLII. CCCLXIV. CCCLXV. CCCCXV. 1.

Edidit hunc titulum Franz.[x] sequutus Fellowsium. Quadrant omnino exemplaria.

CCCXVII. f.

ΚΟΙΝΤΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΔΙΣΤΟΥΚ . Δ . ΑΤΟΥΞΑΝ
ΘΙΟΝΠΑΤΡΟΣΚΑΙΠΡΟΓΟ
ΝΩΝΒΟΥΛΕΥΤΩΝΑΓΩΝΙ
ΣΑΜΕΝΟΝΑΝΔΡΩΝΠΑΛΗΝ
ΕΝΤΩΕΠΙΤΕΛΕΣΘΕΝΤΙΑΓΩ
ΝΙΘΕΜΙΔΟΣΓΕΚΔΙΑΘΗΚΗΣ
ΤΙΒΚΛΚΑΙΣΙΑΝΟΥΑΓΡΙΠΠΑ
ΝΕΙΚΗΣΑΝΤΑΚΑΙΕΚΒΙΒΑΣΑΝ
ΤΑΚΛΗΡΟΥΣΔΑΓΩΝΟΘΕ
ΤΟΥΝΤΟΣΤΗΣΘΕΜΙΔΟΣΔΙΑ
ΒΙΟΥΤΟΥΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΥ
ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟΣΛΥΚΙΑΡΧΟΥ
ΤΙΒΚΛΤΗΛΕΜΑΧΟΥΞΑΝ
ΘΙΩΝΗΤΟΥΛΥΚΙΩΝΕΘΝΟΥ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣΚΑΘΩΣΟΔΙ
ΑΘΕΜΕΝΟΣΔΙΕΣΤΕΙΛΑΤΟ

Κόϊντον Ἀπολλωνίου δὶς τοῦ Κ . δ . άτου Ξάνθιον, πατρὸς καὶ προγόνων Βουλευτῶν, ἀγωνισάμενον ἀνδρῶν πάλην ἐν τῷ ἐπιτελεσθέντι ἀγῶνι θέμιδος τρίτης ἐκ διαθήκης Τιβερίου Κλαυδίου Καισιανοῦ Ἀγρίππα, νικήσαντα καὶ ἐκβιβάσαντα κλήρους τέσσαρας, ἀγωνοθετοῦντος τῆς θέμιδος διὰ βίου τοῦ ἀξιολογωτάτου φιλοπάτριδος Λυκιάρχου Τιβερίου Κλαυδίου Τηλεμάχου, Ξανθίων ἡ τοῦ Λυκίων ἔθνους μητρόπολις, καθὼς ὁ διαθέμενος διεστείλατο.

[v] Conf. Strab. XIV. 3. p. 214., de regimine Lyciorum sub Romanis, cum XVII. 3. ult. Τὰς δὲ ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει Καῖσαρ (inter quas Lycia) ὧν εἰς ἃς μὲν πέμπει τοὺς ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας, εἰς ἃς δὲ στρατηγικούς, εἰς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς.

[w] Vide Eckh. IV. p. 243. a. qui ostendit idoneis exemplis allatis ita appellatos fuisse Proconsules, Prætores, immo Augustos ipsos. Eadem latitudine sensus acceptam vocem conspicimus in cod. sacr. ex. c. S. Luc. II. 2.

[x] Ubi supr. p. 149. n. 4272. Loc. Fellows. est in *Lycia*, p. 410. n. 162.

Descripta de lapide, quondam basi statuæ quam ponendam decreverant Xanthii in honorem Quinti, filii Apollonii, qui eximie se gesserat in certamine instituto secundum testamentum Agrippæ. Hoc argumentum generale est: de singulis dicam illico.

Lapis insertus fuerat in murum arcis Xanthiæ: in eodem fere ordine stabant alii nostri CCCXVIII. CCCXIX., in diverso CCCXXI. CCCXXII. Priores horum edidit Franz.[7] juxta exemplaria Fellowsii.

Discrepp. sunt, in v. 1. **KONTON**. In 2. med. **ΣΟΛ . ΑΣΟΥ**, unde Wiener. satis probabiliter *Σωστράτου*. Franz. tentavit *Σωκράτους*. Vix habeo quod suppleam melius quum ex lapide pæne effluxerint litteræ nominis. Tentaveram **ΣΙΔΑΡΙΟΥ** ex CCLXXXVIII. supr. Conjectavi demum et **ΚΩΔΡΑΤΟΥ**. In 8. F. **ΚΑΣΙΑΝΟΥ, ΑΓΗΠΠΑ** ad v. extr. In 16–17. descripseram in primis **ΔΙ . ΛΩΜΕΝΟΣ**, h. e. *δηλώμενος* seu *δεδηλωμένος*[z], viz. Agrippa in v. 8. Verum sanius credo **ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΣ** ob v. 7.

Ad exegesim nunc accedo. Observo de *θέμιδος γ′* in v. 7. mihi constare certamina exstitisse plurium institutorum (*θεμίδων*), scil. *α′*, *β′*, *γ′*, quorum ultimum celebratum est secundum testamentum Agrippæ. Sic in titulo Beaufortiano edito a Franz. n. 4352. legimus, *καὶ ἐπιτελοῦντος θέμιν Παμφυλιακήν*, h. e. ferias institutas in honorem Minervæ et Apollinis cum ludis cærimoniisque propriis adjectis; hoc enim in voce *ἐπιτελοῦντος* includitur: cf. Fascic. I. not. ad n. XXXI. 1. Hinc in vv. 10. ss. habemus Telemachum agonothetam festi instituti (*θέμιδος*), nempe, ludorum per id tempus celebratorum. Hoc ritu bene expediuntur loci et in Telmissensi[a], *τὴν* (*κατὰ*

[7] Scil. p. 149. n. 4274. Fellows. pp. 167. 412. n. 166.

[z] Scil. *declaratus*. De Magistratu habemus hanc vocem usurpatam in Fascic. I. n. VIII. 3. (cf. *Auctar*. p. 158. Fasc. II. not. *b*. p. 172.) et de Epigraphis in Fasc. II. n. XLVIII. extr. Franz. (ex Fellows.) n. 4264. 15.

[a] Vide Franz. ubi supr. p. 127. n. 4198. 7. Fellows. *Lyc*. pp. 108. 373.

τὴν sc.) *τετάρτην θέμιν*, et nostro, intellecta nimirum occasione ipsa ludi cujusque celebrandi, quæ prima erat vel secunda vel tertia, etc. pro ordine temporis in quo edebatur. Ex his ita statutis errorem Wieneri correxeris, qui in versione sua hujus tituli reddit verba *θέμιδος γ'*, *for the third prize*[b].

In vv. 9. s. notanda sunt *ἐκβιβάσαντα κλήρους δ'*, quæ ad litteram vertit Wienerus, *having outrun four lots*, quod ipsum explicatione indiget. Variat constructionem Eusebius[c] in narratione sua de callimartyre Blandina, *διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιβάσασα τὸν ἀντικείμενον*, ubi Valesiana vix probanda duco vel in versione vel nota. Nempe, athletæ certamini se offerentes commissi sunt invicem sortibus ductis, idque per paria; primo, cuncti, dein victores, donec ad unum aliquem perventum fuerit qui in ultimo congressu victoriam reportabat. Hic erat qui dicebatur *ἐκβιβάσας κλήρους ἅπαντας*, vel ut historicus, phrasi variata, *ἐκβιβάσας τὸν ἀντίπαλον διὰ κλήρων ἁπάντων*, *per sortes omnes exsuperato adversario:* ceteri vero *κλήρους* (sc. *κατὰ κλ.*) *α'*, *β'*, *γ'*, etc., prout in prima sortitione, vel in prima et secunda, vel in tertia cum his conjuncta, vicissent[d]. Liquet igitur Quintum nostrum victoriam præstantissimam non retulisse, id quod a Wienero ipso videtur intellectum, nisi fuerit ultima sors quarta.

[b] Fellows. ubi supr. p. 168. Hoc ortum confusis invicem significationibus vocum θέμις, θέμα. Cf. Fasc. nostr. I. in n. III. 6. Hinc in Sidensi supra citato, in quo et θέμιν obv. est, videmus ad fin. λαβὼν ἆθλον τότε θέμα, etc.

[c] Conf. *Hist. Eccl.* v. 1. (p. 162. A. Vales.). Redduntur verba διὰ πολλῶν κλ. *multis vicibus*, quod vim diluit orationis Eusebianæ. Nota Valesii in p. 89. B. commendat lectionem Mediceam, etc., ἐκβιάσασα pro ἐκβιβάσασα, quam a v. d. probatam credo propter prægressa in p. 161. B. διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων ἐκβεβιακότες τὸν ἀντίπαλον. Utraque stare potest. In loco priore optime illustratur lectio quam in contextu ipso cernimus per constructionem obviam in nostro, debetque retineri.

[d] Aperitur tota de his sortibus materia in Luciani *Hermotimo*, XL., ad quem locum provocat Valesius in nota ejus ad verba citata in p. 161. B., adscita quoque inscript. Gruter. p. CCCXVII. n. 1. Adjungit Wienerus Fabr. *Agonist.* I. 24. Ex his

CCCXVIII. g.

ΞΑΝΘΙΩΝΗΠΟΛΙΣ	Ξανθίων ἡ πόλις
ΗΤΟΥΛΥΚΙΩΝΕΘΝΟΥΣ	ἡ τοῦ Λυκίων ἔθνους
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣΟΥΛ	Μητρόπολις, Οὐλ-
ΠΙΑΝΦΙΛΑΝΓΕΝΟΜΕ	πίαν Φίλαν γενομέν-
ΝΗΝΓΥΝΑΙΚΑΤΟΥ	ην γυναῖκα τοῦ
ΚΡΑΤΙΣΤΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥ	κρατίστου Αὐρηλίου
ΛΑΡΙΧΟΥ	Λαρίχου.

De arce Xanthia: conf. argum. prægress. Marmor fuerat basis statuæ quam constituerant cives in honorem Philæ, aliquando conjugis Larichi. Patet ex voce *γενομένην* eam vel ex vivis excessisse vel viri fuisse superstitem: porro, ex nominibus *Ulpia*, *Aurelio*, limitem probabilem dari ætatis inscriptionis.

Edidit Franz.[e] ex libr. Fellows. Nihil quod notem in VV. LL. cerno.

CCCXIX. h.

Descripta de basi in muro arcis. Vide argum. n. CCCXVII. supr. Quidam (cujus nomen abscissum fuerat) qui sacerdotium dei Xanthi gesserat, fueratque præses gymnasii Gerusiaci, et plura alia munera obierat, signum constituit ex proprio in honorem civitatis patriæ secundum decreta (a S. et P.).

sortibus urna (*κάλπις*) in quam projiciebantur vocata est aliquoties et *κληρωτίς*.

Arrisisse valde hæc metaphora a sortitione deducta videtur Eusebio qui in narratione sua ineunte de Epagatho dicit: *ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλῆρον τῶν μαρτύρων.* Hoc Vales. *in numerum:* potius, quippe certantium unus, *in sortem.*

[e] Ubi supr. p. 149. n. 4273. Cf. *Lycia*, p. 166. cum vers. Angl.

ΡΑϹΑΜΕ	(Ὁ δεῖνα) ἱερασάμενος τοῦ πατρί-
ΟΥΘΕΟΥΞΑΝΘΟΥΓΥ	ου θεοῦ Ξάνθου, γυ-
ΜΝΑϹΙΑΡΧΗϹΑϹΤΗϹ	μνασιαρχήσας τῆς
ϹΕΜΝΟΤΑΤΗϹΓΕΡΟΥ	σεμνοτάτης γερου-
ϹΙΑϹΤΕΛΕΣΑϹΔΕΚΑΙ	σίας, τελέσας δὲ καὶ
ΕΤΕΡΑϹΠΛΕΙΟΝΑϹΠΟ	ἑτέρας πλείονας πο-
ΛΕΙΤΙΚΑϹΑΡΧΑϹΤΗ	λιτικὰς ἀρχάς, τῇ
ΠΑΤΡΙΔΙΤΟΝΑΝΔΡΙ	πατρίδι τὸν ἀνδρι-
ΑΝΤΑΚΑΤΑΤΑΕΨΗ	άντα κατὰ τὰ ἐψη-
ΦΙϹΜΕΝΑΕΚΤΩΝΙΔΙ	φισμένα ἐκ τῶν ἰδί-
ΩΝΑΝΕϹΤΗϹΑ	ων ἀνέστησα.

Editum video a Franz.[f] ex Fellowsii exemplari. Habeo quoque apographum ex schedis Rossii de Bladensburg a Borrellio excerptum. Noto seqq. In v. 1. R. ΛΙΑΜ. F. ΞΙΑϹΑΜΕΙ, unde Wiener. *ἱερατευσάμενος*. Erat *ἱερασάμενος*, quod statim profluit ex ductibus litt. Dein restituas *πατρίου* vel, ut in prox., *πατρῴου*. In 2. s. R. ΓΥΜΝΑϹΑΡΧΗϹΑϹ. In v. 5. ΤΕΛΕϹΑΤΛΙ. In 6. s. ΠΟΛΕΙΠΚΑ ϹΑΡΧΛϹ. F. ΠΟΛΕΙΤΙΝΑϹ. In 8. R. in med. ΥΟΝ. In 9. s. ΚΑΤΑ ΤΑϹΨΗ - - ΙΕΜΕΝΑ. Dein in 10. s. ΙΑΝΩΝ.

De construct. in 1. s. *ἱερασάμενος θεοῦ* cf. supr. CCXCI. 4. et prox. vv. 4–5. Habemus et in Franz. (ex Schönborn.) n. 4266. *b*. 7. *ἱερατεύσαντα θεᾶς Ῥώμης*. Perhibetur hic, ut in prox., deus Xanthus, personam divinam induente flumine, ut de fluvio cognomine Trojano, Acheloo in Epiro, aliisque sexcentis legimus, ex. c. *Melete* in Fasc. I. n. XXVIII. init. *Tiberino*, deo *ἐγχωρίῳ*, Maronis[g]. Religio Xanthi inter Lycios arctissime connexa est cum Apollinea, et hinc fortasse penitior explicatio habetur eorum quæ cecinit idem[h]: *Qualis*

[f] Ibid. n. 4275. *Lycia*, p. 167. cum vers. Angl. et in minusc. p. 412. Est n. 165.

[g] Vide *Aeneid.* VIII. 31. Cf. Claudian. *Consul. Prob. et Olybr.* 209. ss.

[h] Aeneid. IV. 143. ss. Hujus loci doctrinam exquisitam commendat in nota sua Heyneus, ubi meminit religionis Pataree.

ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. Concinit nummorum fides[1].

In vv. 2–5. innuitur gymnasium exstitisse Gerusiæ, de quo conf. dicta ad tit. nostr. CLIX. 1. Ipsa erat curia seniorum, ideo hic appellata *σεμνοτάτη*, ut Συνέδριον *σεμνότατον*, in Fasc. II. n. CLXXXVI. 23. Vertas seqq. *absolutis et pluribus aliis magistratibus civilibus*, sc. *municipal.* Additur *πολιτικὰς* existimationis augendæ causa. In 9. s. conferas *ἀνέστησα* et *κατὰ τὰ ἐψηφισμένα* cum prox. vv. 6. 10.

CCCXX. i.

WNEΠAΦPO	*Αἴων Ἐπαφροδί-*
TOYTOYAI	*του τοῦ Αἴ-*
WNOCΞANΘIO	*ωνος, Ξάνθιος,*
IEPACAME	*ἱερασάμενος τοῦ*
ΠATPWOYΘE	*πατρῴου θεοῦ*
ΞANΘOYANECT	*Ξάνθου, ἀνέ-*
HCATONAN	*στησα τὸν ἀνδρι-*
ANTAEKTWN	*άντα ἐκ τῶν ἰδί-*
WNTHΠATPIΔI	*ων τῇ πατρίδι κατὰ*
AEΨH	*τὰ ἐψηφισμένα̣.*

Descripta de pariete tugurii Turcici in vico *Konûk* vel *Gûnûk.* Lapis erat fragmen basis cui insculpta fuerat commemoratio dedicationis statuæ ex proprio civitati patriæ ab Aeone Xanthio, qui fuerat sacerdos dei Xanthi, etc.

Monimentum reperi male habitum titulumque in exordio et fine decurtatum. In v. 1. manifestum est supplementum justum nominis dicantis. Versus 4–10. conferas cum 1–2. 8–11. prægressi, et notatis

[1] Conf. Eckhel. III. p. 7. b. Cultus Apollineus indicatur non secus ac in moneta Patarena. p. 5. b.

ibid. Πατρὶς in utroque est *urbs patria*, ut in Fasc. II. n. CCXLVIII. 7. et alibi sæpissime. Cf. præsertim CLXXXIII.

CCCXXI. k.

ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ - - - - - ΑΟΣΣΥΒΟΥΙΟΒΑΤΕΙΟ
ΟΣΣΥΒΑΣΟΣΣΥΒΟΥΤΟΥΕΡΜΟΥΝΔΙΟΣΙΟΒΑΤΕΙΟΣ
ΚΑΙΜΟΝΙΔΑΒΗΤΡΕΒΕΛΥΣΙΟΣΑΣΤΗ
ΤΟΝΕΑΥΤΩΝΥΙΟΝΚΑΙΔΗΜΗΤΡΙΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΙΟΒΑΤΕΙΟΣΤΟΝΕΑΥΤΟΥΑΔΕΛΦΙΔΟΥΝ
ΚΑΙΡΩΜΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥΑΣΤΙΚΟΣΤΟΝΕΑΥΤΟΥ
ΦΙΛΟΝΚΑΙΕΡΜΑΙΣΚΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΛΑΟΔΙΚΕΥΣ
ΤΟΝΕΑΥΤΩΝΠΡΟΣΤΑΤΗΝΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΤΑΠΟΛΙΝΚΑΙΕΣΤΕΦΑΝΩΜΕΝΟΝΥΠΟΤΩΝΝΕΩΝ
ΦΙΛΟΠΟΝΙΑΕΙΚΟΝΙΧΑΛΚΗΚΑΙΧΡΥΣΩΣΤΕΦΑΝΩ
ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΑΥΤΟΝ

Στεφανοῦσιν - - - - - - - α Ὀσσύβου Ἰοβάτειον Ὀσσύβας Ὀσσύβου τοῦ Ἑρμούνδιος Ἰοβάτειος καὶ Μονιδαβὴ Τρεβελύσιος Ἀστὴ τὸν ἑαυτῶν υἱόν, καὶ Δημήτριος Ἀρίστωνος Ἰοβάτειος τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφιδοῦν, καὶ Ῥῶμος Δημητρίου Ἀστικὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον, καὶ Ἑρμαΐσκος Ἀπολλωνίου Λαοδικεὺς τὸν ἑαυτῶν προστάτην, στρατηγήσαντα κατὰ πόλιν καὶ ἐστεφανωμένον ὑπὸ (τῆ) τῶν νέων φιλοπονίᾳ, εἰκόνι χαλκῇ καὶ χρυσῷ στεφάνῳ, φιλοστοργίας ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτόν.

Titulus ex insignioribus apud arcem Xanthiam descriptus. Vide argum. ad CCCXVII. supr. Marmor erat fragmen basis statuæ quam in honorem cujusdam Jobatei constituerant parentes ejus Ossybas Jobateus et Monidaba Asta, sumptum una cum iis conferentibus avunculo ejus Demetrio Jobateo, amico Astico, et cliente Hermaisco,

ipso cive Loadiceno. Cernimus ideo in hoc titulo operam conlatitiam, ut in Telmissensi (Franz. ex Fellows. n. 4216.) et Tloënsi (ibid. n. 4242.). Conf. et Mæonium in nostr. Fasc. II. n. CLXVIII. Nomina in vv. 1–3. patriam referunt, scil. *Ossybas*, *Jobateus*, *Monidaba*, *Trebelysis*[k]. Notissimum est *Jobates* vel ex mythis[l], quod cum *Joba* (supr. CCCXII.) contuleris, hoc est, איוב, ايوب. *Trebelysis*, ut notavimus, est femininum, pariter ac *Arsasis* sæpius obvium, quod ipsum Persicam originem refert (supr. CCLXXVI.), illud vero Lyciam: namque factum crediderim a gentilicia appellatione ΤΡΧΜΕΛΛ[m], unde *Tremelysis* cum terminatione Græca, et conversione solenni labialium (cf. CCLXXXII. supr.) *Trebelysis* in nostro. De prosapia designanda per matres conf. not. *b*. ad tit. CCLXXXIX. Edocemur in v. 5. Jobateum juniorem fuisse nepotem (*ἀδελφιδοῦν*) Demetrii, idque crediderim ex sorore ejus Asta in 3. Hinc in argumento posui *avunculo*. In v. 7. habemus nomen *Hermaiscus*, obv. in Athenæo[n], factumque instar plurium ab *Herma:* ex c. in Lyciis[o], *Hermagoras*, *Hermastes*, *Hermacotes*, *Hermo*. In horum numero, etsi femininum sit, pono *Hermundis* in v. 2. In v. 8. *προστάτης clientelam* indicat. Patroni apud Græcos erant *προστάται, φύλακες, συνήγοροι*, etc., quos postmodum, Romanis obsequuti, vocabant *πάτρωνας* vel *πατρώνους, πατέρας*[p]. Ceterum ex usu appellationis vetustioris, et quia absunt omnino a titulo nostro commercii cum Romanis indicia, crediderim nos in eo habere antiquitatis spectandæ monimentum; nimirum, ubi vere autonomi fuerunt Lycii et, si non ditio, saltem auctoritas eorum atque existimatio latius patebant. Exinde ætatem ejus definiverim

[k] Nomen femineum, sicut et *Hermundis* in v. 2. Hoc fuit *aviæ*, illud *socrus*, Ossybæ junioris, conservata aliquatenus designatione stirpis per feminas. Vide not. *b*. ad n. CCLXXXIX.

[l] Conf. Apollod. *Bibl.* II. 2.

[m] Conf. Fellows. ubi supr. Tab. 20. Col. I. v. 22. et al. pass.

[n] Vide libr. XI. 47. init.

[o] Vide Fellows. ubi supr. n. 168. et al.

[p] Vide Fasc. I. p. 205. Eckhel. vol. IV. p. 254.

quæ bellum exitiale et obsidionem Xanthi a Bruto anteibat[q]. Huic sententiæ concinit et mentio Strategi in v. 8. qui patrius magistratus fuit. In v. 10. *φιλοπονία* est metonymice accipiendum. Indicatur cœtus seu societas juvenum *φιλοπόνων*[r], qui fortasse rei athleticæ studebant pro nota consuetudine Lyciorum, atque ut *νεανίσκοι* in nostro Thyatireno, Fasc. I. n. XIII. Usus loquendi non dispar conspicitur in vocc. *ἐργασία, συνεργασία, συμβίωσις*, in nostris Fasc. II. nn. CVII. CLXII. CCXLII. In v. 10. possis jungere verba *εἰκόνι χαλκῇ*, etc. cum *ἐστεφανωμένον* in prægr. vel *στεφανοῦσιν* in v. 1. Hoc prætulerim; nam lapis erat manifesto basis. Nihil opus est ut studiosos commonefaciam idiotismi hic latentis, quem norunt omnes[s].

[q] In definienda ætate hujus tituli cogitavi in primis de occasione ubi ob Rhodiorum delicta liberi facti sunt Cares et Lycii. Conf. Liv. XLIV. 15. pr. collatis XLV. 22. 25. Polyb. XXX. 5. 12. Tempus erat P. C. 169. Nunc vero sententiam amplector magis eam fuisse regiminis Macedonici, hoc maxime adductus cujus jamjam memini, scil. non ulla in titulo conspici commercii cum Romanis indicia. Nomina a Lycio fonte vel Græco profluunt; cui accedit quoque mentio Laodiceiæ vel mercatu vel ditione cum Xanthiis conjunctæ. Re ipsa tradit Curtius, Alexandrum moribundum resque imperii ordinantem Lyciam cum Pamphylia et majore Phrygia præfecto uni, Antigono, tribuisse. *De R. G. Alex.* X. 10. 2.

[r] Scil. *laboriosorum*. Conf. Ciceron. *Tuscul.* II. 15. *Industrios homines illi* (sc. Græci) studiosos *vel potius* amantes doloris (sc. φιλοπόνους) *appellant: nos commodius* laboriosos. Ceterum cavento lectores ne per Tullii *industrios* intelligant quos vocant finitimi nostri *Chevaliers de l'industrie.*

In Xenoph. *Hellenic.* VI. 1. 4. laudatur φιλοπονία eorum qui se adsidue exercent tam in re bellica, quam gymnastica.

[s] Exempla sufficiant, *Iliad.* κ'. 98. Horat. *Carm.* III. 4. 11. In Stela Xanth. (Fellows. vol. II. tab. 20. col. I. 12.) obvium est στεφανόω latiore sensu indutum; Καλλίστοις δ' ἔργοις κατὰ καὶ γένος ἐστεφάνωσεν. Effusius pariter de Cunctatore Plin. synonymum: *Tunc satius fuit nomine novo coronari appellatum Patrem ab his quos servaverat:* N. H. XXII. 5. 2. De re conf. Liv. XXII. 29. s. ubi obiter notanda est distinctio singularis inter Patrem et Patronum habita.

CCCXXII. l.

- - - - - - - - - - - - - -
ΥΝΔΙΟΣ
ΕΛΥΣΙΟΣ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΑΥΤΗΝ

Στεφανοῦσιν (τὴν δεῖνα) Ὀσσύβου - - - - - - Ὀσσύβας Ὀσσύβου τοῦ Ἑρμούνδιος Ἰοβάτειος καὶ Μονιδαβὴ Τρεβελύσιος Ἀστὴ τὴν ἑαυτῶν θυγατέρα, φιλοστοργίας ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτήν.

Descripta de marmore eodem ac prægressa ad quorum dextram partem prostabant. Litteræ pæne omnino effluxerant, iis, quas descripsi, dumtaxat restantibus. Patet vero ex v. 3. redditos fuisse honores filiæ eorum ab Ossyba et Asta non secus quam fratri ejus, sed qualismodi fuerint vetat nos pronuntiare conditio lapidis. Erant fortasse duæ *εἰκόνες*[1] juxta invicem stantes super unicam basim quæ singillatim referebant ora fratris et sororis: sed æque probandum videtur quod parentes per titulum solum id pro filia effecerint quod per statuam coronamque pro filio.

CCCXXIII. m.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟC - - - - - - - - - - ΘΙΟC
ΟΚ . . ΞѠCΙΜΟC . . . . ΝΕѠCΑ
ΜΗΝΤΗΝΟCΤΟΘΗΚ . . ΕΙCΤΗΝ
ΙΔΙΑΝΓΥΝΑΙΚΑΜΟΥΙѠΤΑΠ . . ΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑ
ΚΑΙΜΝΗΜΟCΥΝ . . . . CΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΦΙΛΟCΤΟΡΓΙΑC

Πτολεμαῖος (τοῦ δεῖνος), Ξάνθιος, ὁ καὶ Ζώσιμος, ἀνενεωσάμην τὴν

[1] Scil. *signa*, idque propter epith. χαλκῆ, *aerea*, *ex aere conflata* in v. 10. Conf. discept. in Fasc. II. *Auctar.* p. 285.

*ὀστοθήκην εἰς τὴν ἰδίαν γυναῖκά μου Ἰωτάπην καὶ τὰ τέκνα ------
καὶ Μνημοσύνην, εὐνοίας ἕνεκεν καὶ φιλοστοργίας τῆς εἰς αὐτά.*

Descripta habui de fragmine loculi sepulcralis in parietem domus Turcicæ indidem immisso. Eminebat supra ornatus sculptilis exstans, quem vero cum tituli ipsius litteris ignis aliquando admotus adeo absumpserat ut de sensu extricando plus semel desperaverim.

Composita fuerat inscriptio ad normam sepulcralium qualis est Fellowsiana a Franzio edita in n. 4242. Amori erga conjugem Iotapen et filium filiamque Mnemosynen obsequutus Ptolemæus Xanthius, qui et *Zosimus* audivit, ossarium in illorum usum reparaverat. Nomen patris Ptolemæi, quod ex formula solenni memoratum fuerat, omnino effluxerat.

De scriptura in v. 2. extr., quæ sine dubio erat **ΑΝΑΙΝΕѠCΑΜΗΝ**, conf. Fasc. II. nn. XLV. CCXXII.

CCCXXIV. n.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΣ *Ποσειδώνιος.*

Descriptum habui de frustulo marmoreo inter parietinas mœnium Xanthiorum. Indicatum fortasse habemus sedile theatrale Posidonii[u], vel sepulcrum; conf. Franz. n. 4231.

[u] Conf. Fasc. II. CCXIII. Sed et sellas suas marmoreas consuescebant veteres designare a nominibus possidentium, vel saltem litteris horum ineuntibus, in ima parte insculptis.

Memini inter rudera Aphrodisiadis unius arte præstanti elaboratæ quæ etiam nunc servatur in atrio ædium Præfecti oppidi (آغا), in cujus fundo apparuit littera Φ modulo prægrandi. Erat nempe possidentis nomen Φιλοκράτης, aut quid simile. Contra, in Theatralibus prostabant nomina plene insculpta, quandoque cum designatione adjecta; hoc honoris ergo vel ut teneatur distinctio quum plures fuerint cognomines. Conf. Fasc II. ubi supr. et n. LXXI.

INSCRIPTIONES SYRIÆ,

EX

BERYTO, CÆSAREA PANEADE, HIEROSOLYMIS,
TRACTU LIBANENSI, SIDONE.

SYRIA.

BERYTUS. (بيروت).

CCCXXV. a.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ	Ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος
ΛΟΥΚΙΟΝΠΟΠΙΛΛΙΟΝΒΑΛΒΟΝ	Λούκιον Ποπίλλιον Βάλβον,
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΤΙΒΕΡΙΟΥ	πρεσβευτὴν Τιβερίου
ΚΛΑΥΔΙΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ	Κλαυδίου Καίσαρος
ΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ	Σεβαστοῦ, Γερμανικοῦ,
ΤΟΝΠΑΤΡΩΝΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣ	τὸν πάτρωνα τῆς πόλεως.

Descriptum habui in oppido Phatnitico *Tamiathe* commoratus ex basi ibidem conservata, sed Berytensibus accensui eodem jure ac titul. nostr. CCXLVIII. in Fascic. II. Antiocheiæ Pisidicæ, fretus testimonio oppidanorum, qui certiorem me fecerunt lapidem fuisse a Beryto[a] aliquando asportatum. Signum fuerat constitutum a S. et P.

[a] De Beryto, urbe perantiqua, cf. Strabon. XVI. 2. p. 364. Tauchn. narrantem eam a Tryphone vastatam fuisse, deinde instauratam a Romanis, duabus legionibus apud eam constitutis ab Agrippa. Hinc *Colonia Augustana* ab Ulpiano vocatur ad Sueton. *Cæsar.* XLII. init. cui conf. Euseb. Chron. ad Olymp. CXCI. 3. et Noris. *Cenot. Pis. Diss.* I. 2. Alii vero *Juliam* vocant; equidem Plinii sunt, *Berytus colonia, quæ Felix Julia appellatur.* Credibile est auspicatum fuisse *Julium*, auxisse postea Augustum. Inclyta perhibetur in ævo Theodosiano propter studia litteraria: cf. Cod. libr. XI. tit. 21. Memoratur porro ab Avieno, *Descr. Orb. Ter.* 1080. et a Priscian. in *Perieges.* 853. Immo, sed hic parum fidens loquor, in codd. sacr. scil. וּמִבֵּרֹתַי, quod LXX. *καὶ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν*, Samuel. II. 8. 8., et Ezekiel. XLVII. 16.

in honorem Balbi qui Legati munere functus est imperante Claudio, idemque Patroni[b] civitatis.

Editum video jamdudum ab Hamiltono[c], (unde desumpsit Franzius,) omissis vero versibus duobus primis quos recte expressit Vicecomes de Valentia[d].

CCCXXVI. b.

ΤΗϹΤΟΥΠΡΟϹΙΟΝΤΟϹΑΝΔΡΟϹΕΝΝΟΙΑϹΑΙΕΙ
ϹΑΦΗϹΕΛΕΝΧΟϹΗΠΡΟϹΟΨΙϹΓΕΙΝΕΤΑΙ
ΔΙΔΟΥΠΡΟΘΥΜΩϹΟΠΑΡΕΧΕΙϹΗΜΗΔΙΔΟΥ
ΠΑΡΑΓΑΡΤΟΜΕΙΚΡΟΝΓΕΙΝΕΤΑΙΠΛΗΡΗϹΧΑΡΙϹ

Τῆς τοῦ προσιόντος ἀνδρὸς ἐννοίας ἀεὶ
Σαφὴς ἔλεγχος ἡ πρόσοψις γίνεται·
Δίδου προθύμως ὃ παρέχεις, ἢ μὴ δίδου,
Παρὰ γὰρ τὸ μικρὸν γίνεται πλήρης χάρις.

Descripta de hyperthyride portæ Berytensis meridionalis quam communiter appellant oppidani ناب الصيدا vel, ut Maronita qui mecum iter fecit, باب النصران, et hoc, sicut crediderim, quia titulus manifesto est Christianis accensendus. Voluntatem promptam eorum requirit qui ad mysteria sanctæ cœnæ accedunt; sic enim gratiam pleniorem eos consequuturos quantumvis modica sint donaria.

בְּרוֹתָה. Certe in priore horum videntur Arabica ومن بروتي proxime accedere ad nomen hodiernum urbis, quod ipsum instar argumenti est.

Nummos tractat Eckhel. in vol. III. pp. 354–6. Cetera, de situ, fama antiqua, etc. conf. amplius enucleata in op. præst. *Palestine*, vol. III. pp. 437–447.

[b] De Patronis adeas not. *p.* ad prægr. CCCXXI. munere porro Balbi sub Augusto, CCCXIV. 6. CCCXV. 1. et Eckhel. IV. pp. 239–241.

[c] Vide *Ægyptiac.* p. 385. Loc. Franz. est ubi supr. p. 241. n. 4529.

[d] Conf. libr. *Voyages and Travels*, etc. vol. III. p. 416.

Edidit ex Berggreno Franz.[e] qui et meminit Lucæ, Pocockii, Maundrelli. Dedit Berggr. in v. 1. fin. **ΑЄΙ**, quod Maundr. ex fide marmoris in minusc. *αἰεί*. Enimvero parum soliciti fuerunt conditores titulorum vel lapicidæ eorum de legibus exactis metrices, præsertim ævi quale nostri est. In v. 2. B. **ЄΛЄΓΧΟC** contra lapid. Pariter M. *ἔλεγχος*. In ult. M. *μειχρόν*.

Scopum tituli arbitror recte accepisse Maundrellum[f] quum dicit *προσιόντος* de eo intelligendum qui ad cœnam eucharisticam accesserit: atqui tales voce singulari *προσιόντας* fuisse appellatos non dixerim. Certe a S. Chrysostomo[g] dicuntur *παραγενέσθαι, παραγεγονέναι, τῇ θυσίᾳ προσελθεῖν, οἱ παρόντες*, iidemque a Dionys. Alexandr. (*Can.* II.) *τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν*. Porro S. Cyprianus[h] eos appellat *accedentes ad Sanctum Domini*, nempe, *προσιόντας*. Pari formula et in nostro suppleverim *τῇ θυσίᾳ*, etc. quod facile erat iis qui versiculos legebant in loco quodam seposito ad recipiendas oblationes fidelium. Tales exstitisse concludere licet ex hortationibus Patrum Ecclesiæ iteratis, Justini, Cypriani, Ambrosii, Augustini, immo sancti ipsius Apostoli[i], de muneribus offerendis. Dein, præceptum illud in v. 3. *Δίδου προθύμως*, quid est nisi Apostolicum[k], *μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης?* Interpretor seqq. v. ult. *Παρὰ γὰρ τὸ μικρὸν*, etc. *oblationes vel exiguæ, modo adsit in dando alacritas, plenam consequuntur gratiam*, id quod subjicit Apost. *ἱλαρὸν γὰρ δότην*

[e] Ubi supr. n. 4530. De ceteris adeas lemma ad inscr.

[f] Conf. *Journey from Aleppo to Jerusalem*, Mart. 8. sub f. p. 42. Provocat ad Euseb. *H. Eccl.* VII. 9. credo Vales. p. 255.

[g] Scil. in *Homil.* III. *in Epist. ad Ephes.* Edit. Montefalc. vol. XI. pp. 22. s. D. E. B. ubi obvia sunt *τῇ μετοχῇ τῶν ἁγίων προσιέναι - - - - - - - πίφεικέ τι τῇ τραπέζῃ προσιέναι.* Conf. seqq. Ibid. in B. *μετὰ ταύτης* (sc. *καθαρότητος*) *ἀεὶ πρόσιθι*, et in C. *σὺ δὲ θυσίᾳ προσιών, ἣν καὶ ἄγγελοι φρίττουσι κ. λ.* in F. *ἐν δὲ τῷ πάσχα, κἂν ᾖ τι τετολμημένον ὑμῖν, πρόσιτε.*

[h] Conf. *Serm. de Lapsis*, p. 241.

[i] Epist. ad Corinth. I. 16. 2.

[k] Id. II. 9. 7.

ἀγαπᾷ Θεός. In suo *μικρὸν* respexisse videtur tetrastichi conditor ad sensum parabolæ divinæ et expressisse Apostoli *κωδράντην*[l]. Hæc interserui propter observata a Franz. in nota ejus ad hunc titulum quæ sensum ethicum dumtaxat expediunt. Nec magis probo versionem clausulæ prædictæ *παρὰ τὸ μικρὸν*, etc. quem se ex Heusingero adscivisse dicit vir eruditus, *Nam tempus breve est quo plena initur gratia.* Τὸ *μικρὸν* est *τὴν μικρὰν προσφορὰν προθύμως δοθεῖσαν*. Conf. Apocryph.[m] *Ἐὰν ὀλίγον σοι ὑπάρχῃ, κατὰ τὸ ὀλίγον μὴ φόβου ποιεῖν ἐλεημοσύνην, θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης*. Constructionem attigit Passov. in voc. *παρά*[n].

CCCXXVII. c.

ꟽOKTAOYIOCIΛAPOC
ЄYΞAꟽЄNOCANЄΘHKA
YΠЄPCѠTHPIACKꟽOY
ЄYTYXOYCKAITЄKNѠN
ЄIΛAΘIꟽOI
BAΛꟽAPKѠC
KOIPANЄ
KѠꟽѠNKAIKAT
CCOYΔЄCΠOTA
NYNIΛAPOYCC

Μάρκος Ὀκταούϊος Ἵλαρος ἀνέθηκα ὑπὲρ σωτηρίας καί μου εὐτυχοῦς καὶ
Τέκνων· ἵλαθί μοι, Βαλμαρκώς, κοίρανε κωμῶν,
Καὶ κατ' ἔλεός σου, Δέσποτα, νῦν Ἱλάρου σέο κλῦθι.

[l] Vid. S. Marc. XII. 42. ss.

[m] Scil. libr. *Tobit*, IV. 8. 9.

[n] Enchirid. Gr. L. II. p. 458. a. Congenere sensu struitur cum quarto casu in Xenoph. *de Rep. Atheniens*, II. 13. *Lacedæm.* XI. 8. et de situ plerumque, ut in *Phœniss.* vv. 99. seq. Est quoque sensus *παρὰ μικρόν, παρ' ὀλίγον, παρὰ βραχύ* (Passov. ubi supr. col. *b.*), sed a nostro alienus: conf. Isocr. *Aeginet.* XII. e. *ἐξ ὧν* (sc. *νόσων*) *αὐτὸς μὲν παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν*, *a quibus parum aberat quin exstinctus fuissem.*

Beryto hunc titulum accensui cum sequentibus usque ad CCCXXXVI. propterea quod in locis ei vicinis et ditione Berytia descripti fuerant, ut sub capitibus singulis narrabitur. In montana regione prope vicum *Beit Miri* (بيت مري) et a Beryto circiter X. mill. pass. distante conspiciuntur parietinæ ædium quas ex hoc titulo et CCCXXX. infr. colligimus fuisse sacratas Jovi Balmarcodi, numini tutelari tractus Libanensis. A monticolis hodie appellatur *Deir el Qul'ah* (دير القلعة). Ibi ex variis fragminibus habui titulos *c*, *d*, et *f–i*. Qui ante oculos est designaverat aram votivam quam Tutelari obtulerat Hilarus quidam cum precibus pro felice suo statu et liberorum.

Edidit Franz.[o] ex schedis Wildenbruchii cum lectt. discrepantia in v. 3. **ΚΩΛΛ.** in 8–9. **ΚΛΙΕCΟΥ**, unde Fr. eruendum putat *κλίματός σου*, ut prodeat sententia, *κωμῶν καὶ κλ. σ. Δέσποτα*[p]. Hoc satis ingeniosum et rei congruum; nam tractus in quos Libanus dispertiebatur videntur fuisse vocati *κλίματα*, unde appellatio hodierna, *Aqlîm* (اقليم), h. e. *diœcesis*, in ea parte quæ jurisdictioni Principis Libanensis (امير بشير) subdita aliquando erat. Tentavi vero ipse pro ductibus litterarum quos expressi, *κατ' ἔλεος*, scil. *ἐλεημόνως*, *pro (tua) misericordia*[q], ubi *ἔλεος* disyllabum agnoscas; nam videtur bonus noster Hilarus, si diis placeat, metrica tentasse in clausula precationis suæ. In v. penult. plane apparuit in lap. **ΔΕCΠΟΤΑ.** In ult. ad fin. Wildenbr. **CC.** Extudit Fr. *Ἱλάρου σοι μέλοι.* Adscivi ipse *σέο κλῦθι*[r], quæ claudunt hexametrum.

[o] Ubi supr. p. 243. n. 4536.

[p] In construct. nostr. disjungitur *κωμῶν* a *δέσποτα*. Est *κοίρανε κωμῶν*. Cf. *Iliad.* ψ'. 234., et synonym. in *Antigon.* Λεύσσετε, Θήβης οἱ Κοιρανίδαι. Sic. *κύριος* in *Pyth.* II. 107.

[q] Crediderim vertisse Syrogræcum phrasim vernac. ad litteram, ut LXX. in Psalm. XXV. 7. *κατὰ τὸ ἔλεός σου*, Hebr. כְּחַסְדְּךָ.

[r] Conf. *Iliad.* α'. 37. Hesiod. *Opp.* 9. Potuerim et *κλύοις*, ut in Theocr. XXV. 191. Illustrandum *ἵλαθι* in v. 5. ex ejusd. XV. 143. Ἵλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις.

Insignitur hæc inscriptio, ut et cccxxx., mentione facta Jovis Balmarcodis. Erat fortasse idem cum Ammone cornigero de quo proximus in v. 4. et, ut probabile est, in 1., sed de etymo incertus sum. Phœnices habuerunt suum *Balsamen*, id est, בַּעַל־שָׁמַיִם, de quo adeas Plautum[a]: quidni בַּעַל־מַרְקַע? Hoc, nisi placeat magis etymon a designatione *Κοίρανε κωμῶν* tractum, scil. מַרְכּוֹס, quod more Heëmanticorum formari possit a themate רָכַס, vertique *locus salebrosus*, quales erant tractus montani quibus præfuit Balmarcos in superstitione Syrorum.

CCCXXVIII. d.

ΙΩΝΑΝΕΘΗΚΑΤΗ
ΛΟΘΕΝΕΚΝΗϹΟΙΟ
ΡΟΔΟΥΤΕΧΝΑϹΜΑ
ΠΟΘΙΝΟΝΑΜΜΩ
ΝΟϹΚΕΡΑΟΥΧΑΛΚΕ
ΟΝΑΝΤΙΤΥΠΟΝ
ΠΡΟΧΕΟΝΤΑΒΡΟ
ΤΟΙϹΙΕΡΟΔΡΟΜΟΝ
ΥΔΩΡ

Οἴκαδε νοστήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἄμμων' ἀνέθηκα
Τηλόθεν ἐκ νήσοιο Ῥόδου, τέχνασμα ποθεινόν,
Ἄμμωνος κεραοῦ χάλκεον ἀντίτυπον
Τειρομένοις προχέοντα βροτοῖς ἱεροδρόμον ὕδωρ.

Descripta, ut dictum est in argum. prægr., apud *Deir el Qul'ah*, ex marmore in parietem illato. Fuerat primitus in fonte sub Ammonis

[a] Conf. *Pœnul.* v. 2. 67.

simulacro ex cujus ore profluebat aqua positum a quodam vel Rhodio vel Phœnice apud Rhodios commorato. Hoc declaratur in v. 2. seq.

Exstat inter Franziana[t] ex schedis Wildenbruchii, collatis Seetzenianis. Variationes sunt, in v. 1. ΙΩΝ, in fin. ΙΗ. Cetera nostris congruunt. Illud ΙΩΝ (vel ΥΩΝ) opinor clausisse nomen proprium, fortassis ejus qui fonticulum struxerat. Sed verum crediderim ΜΩΝ, nosque habere numen (Ammonem) cui sacratum esse volebat, cujusque effigies opus decoraverat[u]. Hac conjectura fretus Franckiique exemplo minime conterritus quædam supplendi gratia (hoc dumtaxat!) titulo ineunti adsuere ausus sum. Equidem poteram aliter, ex. c. Νοστήσας τόδ' ἄγαλμα θεῷ Κρονίων' ἀνέθηκα, namque *corniger Jupiter* erat et *tortis cornibus Ammon*[v].

In v. 3. *τέχνασμα* illustrat Franz. ex Luciani *Amor*. XXVIII. med. Locum averruncandum legentibus non commendo. Appellatur *τέχνασμα quod scite* vel *affabre factum sit*, vel *commentitium*, vel *dolosum*[w]. Epitheton *ποθεινόν*[x], *desiderabile*, exquisitum est, a sitientium affectu tractum. Quoties verborum memini in his plagis iter ærumnosum permensus! In 4. seq. Ἄμμων κεραὸς est Luciani[y] *κριοπρόσωπον*.

[t] Ubi supr. p. 243. n. 4535. Exemplar Seetzen. antea editum fuerat a Franck. in libr. *Richtersch. Inschr.* pp. 3. ss.

[u] Tituli addictionis sacræ plus semel obvii sunt absque nominibus dicantium commemoratis. Religionis hoc aliquoties fuisse dixerim, præsertim ubi in prima persona usurpatur verbum: ex. c. in Smyrnæo, Fasc. I. n. XXVIII.

[v] Pharsal. IX. 513: Conf. 545. III. 292.

[w] Hæc illustrant seqq. Προσποιούμενοι ἀναχωρεῖν, τριβόλους τε καὶ πολλὰ ἄλλα τεχνάσματα σιδήρων, ὀξυτάτας ἐξοχὰς περικείμενα ἔρριπτον. Herodian. *H. R.* IV. 15. p. 144. T. Οἱ μὲν δή τινες λέγουσιν ὡς ταῦτα πάντα τεχνάσματα ἦν τῶν προεστηκότων. Xenoph. *Hellenic.* VI. 4. 7. extr. Eurip. *Orest.* 1559. s. Dind. ἀλλὰ τοῦ μητροκτόνου Τεχνάσματ' ἐστὶ ταῦτα.

Synonyma τέχνημα, τεχνασμός, obvia sunt in *Philoct.* 36. Maneth. *Apotelesm.* IV. 332.

[x] Conf. Theocr. XV. 104. s. Βάρδισται μακάρων Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναὶ Ἔρχονται πάντεσσι βροτοῖς, αἰεί τι φέροισαι.

[y] Vide *De Astrolog.* VIII. Ceterum de effigie hujus numinis discrepant invicem

ωπος. Ἀντίτυπον est *effigies instar numinis facta:* quod nos, *counterpart.* Conjungitur cum προχέοντα in seq., estque ideo τὸν (non τὸ, quod usitatius est) ἀντίτυπον. Hoc, nisi referendum putes προχέοντα ad πίδακα omissum a quadratario. Erat nimirum in usu ὁ πίδαξ, atqui rarius. In v. 7. init. adscivi in minusculis, supplendi lapsus vel opificis vel carmen condentis gratia, τειρομένοις. Poteram et διψῶσι, διψαλέοις, ἀβλήχροις, etc. In penult. epitheton scitum ἱεροδρόμον religionis ergo admisit auctor epigraphæ. Interpreteris *sacrifluos latices,* et conf. Theocrit.[a] τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν.

CCCXXIX. e.

LICINIAELFSECVNDAE	*Liciniæ . Lucii . Filiæ . Secundæ.*
DOMITICATVLLI	*Domitii . Catulli.*

Descripta de basi in oppido Ægyptio *Damietta:* Berytiis accensui ob rationem expositam in argum. prægr. n. CCCXXV. Ediderunt Hamiltonus[a] et Vicecomes de Valentia[b]: hic accuratius.

Exposui in minusc. quasi fuerit *Secunda* filia Lucii Domitii Ca-

scriptores. Plerique agnoscunt faciem humanam vel belluinam. Contra Curtius, *R. G. Alex.* IV. 7. 23. *Umbilico maxime similis est habitus,* etc.

De Hammone conf. Herodot. II. 42. Diodor. III. 72. Strabon. XVII. 1. pp. 458. ss. T. Hygin. *Astron.* II. 20. Pind. *Pyth.* IV. 28. Adeas Latt. Plin. V. 9. 3. XII. 49. 1. XXXI. 39. 4. Κριαὶς est Lucani *Corniger* supr. et X. 38. de qua effigie mythum repetas ex Hygin. cit. supr. nummisque in Eckel. IV. p. 34. b.

Agnoscas porro in titulo vestigia cultus Macedonici. Norunt cuncti præstigias Alexandri Magni se Hammone satum jactantis ex Strabon. cit. supr. p. 459. cui conf. Clement. Alex. *Protrept.* p. 47. Zonar. IV. 10. Curt. *supr.* § 25. ss. Justin. XI. 11. 6. ss. Expressum hoc quoque in moneta: Eckhel. II. p. 108. a.

[a] Idyll. VII. 136. s.

[a] Conf. *Ægyptiaca,* p. 385.

[b] *Voyages,* etc. vol. III. p. 419.

tulli: potes et expedire, *Liciniæ, Licinii filiæ, Secundæ, Domitii Catulli uxoris.* Bases et hujus et tit. CCCXXV. juxta invicem in atrio quodam stabant.

CCCXXX. f.

P. POSTVMVS	*Publius . Postumus .*
P. F. AVCTVS	*Publii . Filius . Auctus .*
IOVIBALMARCODI	*Jovi . Balmarcodi .*
V. L. M. S.	*Votum . Libens . Merito . Solvit .*

Descripta apud rudera *Deir el Qul'ah:* conf. argum. supr. CCCXXVII. Video citata a Franz.[c] ex schedis Wildenbruch. propter Jovem Balmarcodem in v. penult. memoratum, de quo conf. annotata ad CCCXXVII. Quadrant exemplaria, nisi quod in 2. init. Wildenbr. habet PL.

CCCXXXI. g.

CAIVSCALLI	*Caius . Calli-*
STVSLFNLAP	*stus . Lucii . Filius . Negotiator . Lapides .*
XVI	*Sexdecim.*

Reperta et descripta inter easdem parietinas. Edocemur hoc titulo ædes fuisse Jovi Balmarcodi exstructas ære conlaticio. Conf. Fasc. II. n. LXVIII.

Non certus sum de siglo N in v. 2. Possit esse *Numini*, h. e. Jovi. Sedes est nominis tertii apud Romanos, sed manifesto non est nomen, quod semper (quatenus mihi scire contigit) extentum scribitur. Evincitur et per Græcum *Callistus.* Erat nimirum conlator stirpis Græcæ cum prænomine adscititio, ut usu toties venit.

[c] Vid. not. ad n. 4536. p. 243.

CCCXXXII. h.

MVMMETVSCENVO	*Mummetus . Cenuo .*
QVINTESVAEIPSA	*Quintæ . Suæ . Ipsa .*
ETILLORVM	*Et . Illorum . Fil-*
IAB	*iabus .*

Descripta de columella in eodem templo. Habeo et apogr. Borrellii cum OAINTE[d] et ISPA in v. 2. AILIORVM in 3. LAS in 4. Crediderim monimentum fuisse honorarium quod Cenuo quidam uxori ejus addixerat adhuc superstiti, ea postmodum et filiabus ipsius et Cenuonis. Verum possis quoque de *Libertabus* cogitare, secundum formulam solennem in sepulcralibus, si hoc revera sit sepulcralis, quod dubito.

CCCXXXIII. i.

- - - - - - - - - -	*Hoc . Monim-*
ENTVMCOI	*entum . Constituit .*
ANTISTIAVICTO	*Antistia . Victo-*
RIN . FABRIN	*rini . Fabrina .*
PROSAEVIB . . . SV	*Pro . Se . Viva . Et . Sua .*
ANTISTIAV	*- - - - Antistia . Uxore .*
I - - VICTORINI - - I - S + I	*- - - - Victorini . Fabrini .*
G - - HOIAKIONISE - - CA	*C - - Thorakionis - - - - - -*

Descripta indidem. Disjecta maxime erant ultima ubi nomina *Fabrini, Thorakionis,* restitui; illud ex v. 4. Erat Græcum *Thorakio* vel *Thoracio:* obvium est *Thorax* in CCCVIII. extr. supr. Titulus manifesto est ex numero sepulcralium.

[d] Hic E pro AE usurpatur, uti sæpius in Græc. pro AI. Cf. Gerrard. *Siglar.* p. 23. b. et Fasc. II. *Indic.* p. 426. b. Vicissim in seq. v. 5. AE pro E obvium.

CCCXXXIV. k.

- - - - - - - -	*Hoc . Moni-*
MENTUM	*mentum . Et .*
A . ΓTULUM	*Lectulum . Hege-*
SIAESUO	*siæ . Suo . A-*
C . LAN	*mico . Lucius . An-*
ANUS	*nianus .*
COMMU	*Communic-*
AUIT	*avit .*

Descripta indidem de sepulcro. Litteræ erant informes et (sicut crediderim) a manu peregrina profectæ, id quod innui reor per insolitam speciem litteræ V, et Γ pro C in v. 2. Certe Græcorum erat aliquando hanc substitutionem facere, ut pro *Caius*, *Γάϊος*. Vicissim Latini pro Κνίδος, *Gnidus*.

In v. 3. init. SIAE est fragmentum nominis *Hegesiæ*, *Ctesiæ*, aut similis. Illud supplevi, dicis causa. In 4. s. secundum nomen erat *Ammianus* vel *Annianus*. Post hoc, vel *communicavit* in v. 8., fortasse exstiterat *Libens*.

Titulus erat sepulcralis. In eo memoratum *Lectulum* exprimere puto Græcorum *κλίνην*[e]. Erant et Romanorum Lectuli funebres[f], de quibus vero hic non est sermo, sed de parte aliqua ipsius structionis sepulcralis.

CCCXXXV. l.

Descripta de rupe Lyco (ab incolis, singulari nominis convenientia, dicto نهر الكلب) impendente, a Beryto circiter IV. mill. pass. distante. Commemorat, ni falsus sim, iter Imperatoris per Syriam

[e] Vide Fellows. *Lycia*, tit. 132. p. 392. et 136. p. 398.

[f] Conf. Tacit. Annal. XVI. 11. *Tris modo lectulos ad suprema retineri jubet.*

IMP · CAES · M · AVRELIVS
ANTONINVS · PIVS · FELIX · AVGVSTVS
PART · MAX · BRIT · MAX · GERM · MAXIMVS
PONTIFEX · MAXIMVS
MONTIBVS · INMINENTIBVS
LYCO · FLVMINI · CAESIS · VIAM · DELATAVIT
PER _
ANTONINIANAM · SVAM

Imperator . Cæsar . Marcus . Aurelius . Antoninus . Pius . Felix . Augustus . Parthicus . Maximus . Britannicus . Maximus . Germanicus . Maximus . Pontifex . Maximus . Montibus . Inminentibus . Lyco . Flumini . Cæsis . Viam . Dilatavit . Per . (Quemdam) . Antoninianam . Suam .

post domitas turbas Cassianas in an. U. C. 929. Dom. nostr. 176. et xv. imperii. Saltem huc spectant *Part. Max.* et *Germ. Max.* in v. 3. quorum hoc adsumptum fuerat circiter annis quatuor ante, illud decem. Erant et *Armeniacus, Medicus, Sarmaticus,* quæ hic locum non habent, fortassis ob causam quam ex fide nummorum statuit Eckhelius, nimirum, a tali præconio abstinuisse Marcum patris adoptivi exemplum sequutum; hoc maxime post an. U. C. 930[g]. Speciali de causa abesse dixeris *Armen. Medic.* scil. ob memoriam Veri, cujus hos titulos sensu eximio fuisse prædicare solebat M. Aurelius. Eodem sensu permotus et a *Parthico* abstinuit[h]: attamen hic conspicimus adscitum, fortasse quia cunctos simul abesse noluit a monimento in plaga orientali condito. In v. 7. procul dubio sequuta sunt illud **PER** in titulo illæso nomina ejus cujus ministerio usus fuerat Imperator in opere conficiendo: conf. infr. CCCXLIX. 14. Deleta vero pe-

[g] Conf. Eckhel. VII. pp. 35–37. 70. a. 72. b. 74. a.

[h] Vide Capitolin in *M. Aurel.* XII.

nitus vestigia agnovi, et, ut credere fas est, de industria. Fastus hominis fortasse Principi displicuerat, vel in causa fuit odium populare, cujus in bene multis indicia manent: conf. Fascic. II. nn. XLVI. cum prægr. XLIV. et hujus CCCLI. cum CCCLXXII. Cum designatione in ult. v. conferas narrata[i] de Elagabalo et Caracalla.

Ediderunt hunc titulum Maundrellus et Burckhardtius[k]. Discrepantiæ levioris momenti sunt, quales prioris **PARTH** in v. 3, utriusque **IMMINENTIBVS** in 5. In 6. *B.* **LICO**, et in fin. *M.* **DILATAVIT**.

CCCXXXVI. m.

INVICTE · IMP · ANTONINE	*Invicte . Imperator . Antonine .*
PIE · FELIX · AVG ·	*Pie . Felix . Auguste .*
MVLTIS · ANNIS · IMPERA	*Multis . Annis . Impera .*

Descripta de rupe per quam cædendo patefacta est via Antoniniana cujus meminit titulus prægressus. Ediderunt Maundrellus et Burckhardt. ubi supra. Exemplar prioris constat ex vv. duobus habetque **P** pro nostro **PIE**. Decurrit Burckhardt. **INVICTIM = ANTONIN FELIX AVG = MV . . IS . . NISIM**. Opinor plures fuisse breviores juxta hanc formulam compositos titulos, quorum descripserat Maundr. unum, alterum Burckhardt. eundem fortassis cum nostro. Videntur in rupibus incisi milliariorum (cf. CCCXLIX. infr.) vices præstitisse. Quidam horum a ductore Ægyptio *Ibrâhîm Pâshâ*, dum viam aliquot annis abhinc repararet, prorsus comminuti sunt[l].

[i] Vide sis Lamprid. XXIV. Eutrop. VIII. 20.

[k] Conf. *Itiner.* p. 190. Maundrelli loc. est sub tit. Mart. 17.

[l] Monendi sunt legentes quod in hac regione visum solicitant monimenta quædam Sesostridis (*Remesis Mi-Amûn*) de quibus Herodotus in II. 106. Τὰς δὲ στήλας τὰς ἵστα κατὰ τὰς χώρας ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι· ἐν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ αὐτὸς ὥρεον ἐούσας, καὶ τὰ γράμματα τὰ εἰρημένα ἐνεόντα

Librum Muratorianum[m] pervolvens incidi in titulum quem Damascenis accensuit vir doctissimus, quo jure nescio. Certe videtur idem esse cum nostris, quos in serie continua simul junxit. De hoc vero judicent lectores. **IMP . CAES . M . AVRELIVS = ANTONINVS . PIVS . FELIX . AVGVSTVS = PONTIFEX . MAX . BRITANN. MAX . GERM . = MAXIMVS . PONTIFEX . MAXIMVS = MONTIBVS . IMMINENTIBVS = IN . CAELVM . INCISIS . VIAM . DILATAVIT = ANTONINIANAM . SVAM = INVICTE . IMPERATOR = ANTONINE . FELIX . AVGVSTE . MVLTIS = ANNIS . IMPERES.**

In hoc pro **PONTIFEX** in v. 3. quod manifesto lapsus erat describentis, reponas **PARTHICVS**, ut in nostro. Vers. nostr. 7. omissum cernimus. Sed error gravissimus est in 6. **IN . CAELVM**, quod Muratorium vehementer torsit: nec credo difficultatem eum diluisse, lecto **CAELANDO**. Amovetur restitutione facta **LYCO . FLVMINI . CAESIS**. ex cujus elementis prave lectis eruerat quidam **IN . COELVM . INCISIS**.

دير القوصار.

CCCXXXVII. a.

LENTEΠΙΘΟΛΟΜ . Υ
PABBAΩΜΟΥΕΠΙΜΕ
ΛΗΤΟΥΕΚΤѠΝΤΟΥ
ΜΕΓΙΣΤΟΥΘΕΟΥѠΚΟΔΟ
ΜΗΘΗ

Λυκάβαντι ε̅ν̅τ̅, ἐπὶ Θολόμου
Ῥαββαώμου, ἐπιμε-
λητοῦ, ἐκ τῶν τοῦ
μεγίστου θεοῦ ᾠκοδο-
μήθη.

κ. τ. λ. His adjacent victoris Persici (fortasse Cambysis) anaglypha litteræque *sagitticipites*, quod aiunt, quasi dedita opera adstantia ominantiaque dedecus tropæis Ægyptiorum. Hæc omnia summa diligentia dudum descripsit Bonomius. Conf. Wilkinsoni libr. de Ægypti antiqq. vol. I. p. 98. Robinsoni *Palestine*, vol. III. p. 439. not. (11.).

[m] Conf. *Thesaur. Vet. Inscriptt.* vol. I. p. CCCCLVIII. n. 3.

Descripta de marmore reperto inter parietinas templi vetusti cui nomen hodiernum est *Deir el Qûssâr* (دير القوصار), ad partes septentrionales Beryti et subter juga montis *E' Sunnîn* (حبا الصنين). Commemorat titulus structionem templi ex thesauris dei maximi inque anno 355[to], munus Curatoris exercente Tholomo Rabbaomo[n]. Erat hic ideo Eponymus, annusque U. C. 796–7. P. C. 43–4., imperantis Claudii 3–4., inito calculo secundum epocham Seleucidarum[o].

Edidit Franz.[p] ex variis, Richtero (ex quo et Franck.), Berggreno, et schedis Seetzeni et Laurellæ. Discrepantiæ solæ sunt in nominibus, quorum prius habet Fr. **ΘΟΛΟΜ**, secundum **ΡΑΒΒΟΜΟΥ**.

In v. 1. Siglum **L** exponas *Λυκάβαντι* vel *Λυκάβαντος*, quod ipsum in nummis apparet; ex. c. Vespasiani, **ΛΥΚΑΒΑΝΤΟΣ. ΔΕΚΑΤΟΥ.** Prælata nimirum habebatur antiqua forma litteræ **Λ** ne confusio numeralium oriretur[q]. In v. 4. *θεὸς μέγιστος* erat fortasse *Ba'al-Sâmîn*, de quo supra ad tit. CCCXXVII. Vocatur ita ut toties majorum gentium numina in titt. Ægyptiis infr. Sic *Amûn-Kneph* in Oaseno CCCCXX. Pecunia illius esse dicitur quæ cultui ejus promovendo addicta fuerat.

[n] In nomine priore agnoscit Franz. fragmentum *Bartholomæi*, de quo ipso diversi abeunt eruditi. Conf. *Diction.* Calmeti in nom. et *Lexic. N. T.* Schleusneri in Βαρθολομαῖος. In hoc nomine vix opinor delitescere *Ptolemæum*, potius Θολμί, per quod LXX. efferunt תַּלְמַי in libr. *Samuel.* II. 13. 37. Hinc videtur prodiisse Θολμαῖος vel, ut in nostro, Θόλομος, et ex Hebr. nom. in S. Matth. X. 3. בַּר־תַּלְמַי.

Nomen Rabbaomus magistratui eponymo probe convenit, quum luculenter sit Syro-Chald. רַבָּאוֹם, *princeps gentis*, cum terminatione peregrina adjecta.

[o] Conf. Eckhel. vol. IV. pp. 396. ss.

[p] Ubi supra, p. 240, n. 4525. Loc. Richter. est *Itiner.* pp. 554. 626. Berggren. *Itin.* tom. II. p. 61. Conf. lemm. Franz. ad inscr.

[q] Vide Eckhel. ubi supr. p. 43. et *de Charact. Chronolog.* pp. 394. s. Ægyptiaca passim referunt, ut in CCLII. etc.

CÆSAREA (PHILIPPI s. PANIAS) بانياس.

CCCXXXVIII. a.

ΥΠЄΡCΩΤΗΡΙΑCΤΩΝΚΥΡΙΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ
ΟΥΑΛЄΡΙΟC . . . . . . ΑΝΟCΙЄΡЄΥCΘЄΟΥΠΑΝΟCΤΗΝ
ΚΥΡΙΑΝΝЄΜЄCΙΝΚΑΙΤΟΝCΥΝΤΗΥΠΑΥΤΟΥΚ°ΙΛ.ΑΝΑ
ΘЄΙCΗΠЄΤΡΑΤЄΛЄCΙȣΡΓ . . . ΝΤΑ . . . ΟΝΑΥΤΗC
ΑΡΧЄΛΑΩΥΙΩΗΡΩ

Ὑπὲρ σωτηρίας τῶν Κυρίων Αὐτοκρατόρων·
Οὐαλέριος Φλαουϊανός, ἱερεὺς θεοῦ Πανός, τὴν
κυρίαν Νέμεσιν καὶ τὸν σὺν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κοίλῃ
ἀνατεθείσῃ πέτρᾳ τελεσιουργηθέντα σηκὸν
αὐτῆς - - - - - - - - - - - - - - - - - - Ἀρχελάῳ,
υἱῷ Ἡρώδου κ. τ. λ.

Descripta de latere rupis in monte *El Hîsh* (جبل الحش), ad cujus radices sita est *Bâniâs*[r]. Speluncæ aditum designant quæ procul

[r] Scil. nomen hodiernum *Cæsareæ Augustæ* quæ et *C. Philippi*, *C. Paneas*, et *Neronias*, appellata est. Primum horum constat ex nummorum fide: conf. Eckhel. III. p. 341. a. Inditum fuerat secundum a conditore Philippo Tetrarcha, filio per Cleopatram Herodis I., in honorem Tiberii. Tertium, *Paneas*, ortum est ex situ oppidi in regione *Paneade*. *Neronias* dicta est ab Agrippa II. adulandi causa, imperante Nerone, sicut refert Josephus in *Antiqq. Jud.* XX. 9. 4. init. Conf. Eckhel. ubi supra, p. 343. a.

De re geographica non est hujus loci fusius disserere. Adeas Plin. v. 15. 2. ubi et fontem *Paneadem* memorat qui fluenta Jordanis auget, et 16. ult. Dein, Stephan. *De Urbb.* Josephi *Antiqq. J.* XVIII. 2. 1. et *Bell. Jud.* III. 10. 7. ubi quæstio de fonte supradicto attingitur: Hieronym. in S. Matth. XVI. 13. Philostorg. *Hist. Eccles.* VII. 3. sub extr. De monte *Paneo* conf. Euseb. in *H. Eccl.* VII. 17. init. qui et communem sententiam de *Paneade* a Plinio memoratam tuetur. His conferendus est ex hodiernis in primis doctiss. Robinsonus opere supr. laudat. *Palestine*, vol. III. pp. 347. ss.

dubio est Josephi et all. *Paneum*[s], prope quod Augusteum suum erexit Herodes I.

Donarium adfert quidam (Flavianus?), sacerdos Panis, nimirum effigiem Nemesis cui cellulam in rupe incidendam curaverat, etc. Caput tituli est solennis formula precationis pro salute Imperatorum. Si quis sciscitetur quinam fuerint, repono conjecturam posse capi ex nomine *Valerio* in v. 3. de Diocletiano et Conlega ejus. Secundum hanc inserui φλαουϊανὸς in minusc. post **ΟΥΑΛЄΡΙΟC** ob prænomen Constantio I. attributum.

Edidit Franz.[t] ex schedis Seetzenianis, collato exemplari Burckhardtii. Deficiunt maxime in fin. v. 4. ubi referunt **ΙΟΙΛΑΝ**. In 5. init. **ΟЄΙCΗΠΟΡ**, et in extr. **ΑΥΤΗΟ**. In 6. obv. **ΝΚЄΜΩCΙΔΗΡΩ**. Addita in v. 7. evanida quædam cerno ex quibus nihil erui potest, neque conspexi ipse perlustrans monimentum.

Designatio Κυρία in v. 4. solennis est[u]. Dicitur **ΝЄΜЄCΙΝ** ut **ΗΡΑΚΛΕΑ** in Fasc. II. n. CVII. et **ΕΡΩΤΑΣ** ibid. CLXXXIII. In vv. 4, s. *κοίλη πέτρα* est cellula in antro ad excipiendum signum incisa, quæ alibi *κόγχη* appellatur propter similitudinem quamdam ejus cum conchæ marinæ specie. *Hemicyclium* interpretatur Franz.[v] In 5. *σηκὸς* est *sacrarium* vel *adytum: a shrine.* Erat locus in Paneo ubi repositum fuerat donarium[w]. In 6. insignis est mentio Archelai, filii Herodis I. qui Ethnarcha fuit Judææ post obitum patris[x]. Verisimile

[s] Conf. loc. Eusebian. in nota prægressa citatum. In *Bell. Jud.* I. 21. 3. agrum templo vicinum vocat *Paneum* Josephus, et cavernam ipsam in *Antiqq.* XV. 10. 3. extr.

[t] Ubi supra, p. 244. n. 4537. Locus Burckhardt. est in *Itin. Syr.* p. 39.

[u] Conf. Eckhel. II. p. 553. a. Constat ex eodem (III. p. 372. b.) religionem numinis hujus in tractibus ubi nunc versamur invaluisse.

[v] Conf. not. ad titul. 4556. ex Richtero et Mülleri *Antiqq. Antiochens.* Vocem in nostro quæsivit vir eruditus, atqui invito lapide.

[w] Conf. Fasc. II. p. 321. et ad n. CLVII. 19. p. 370.

[x] Conf. SS. Matth. II. 22. XVI. 13. Marc.

est officia ejus erga sacerdotes et religionem Panis commemorata fuisse in parte tituli quæ, saxo comminuto, jamdudum periit. In his omnino deficit exemplar Seetzenianum.

CCCXXXIX. b.

ΤΗΝΔΕ . ΕΑΝΑΝΕΘΗΚΕ	Τήνδε θεὰν ἀνέθηκε φιλευήχῳ
ΦΙΛΕΥΙ . ΧΩΔΙΟΠΑΝΙ	Διόπανι
ΟΥΙΚΤΩΡΑΡΗΤΗΡΛΥΣΙ	Οὐίκτωρ ἀρητήρ, Λυσιμάχοιο
ΜΑΧΟΙΟΓΟΝΟΣ	γόνος.

Descripta indidem. Victor quidam, filius Lysimachi et sacerdos Panis, dedicat imaginem Nymphæ (sc. *Echus*[y]) Diopani[z].

VIII. 27. Joseph. *B.J.* II. 6. 3. Joh. Phocæ *Palæstin.* XXX. p. 45. Wetstein. in *N. T.* vol. I. p. 429.

[y] Hoc liquet ex epith. in v. 2. φιλευήχῳ, quod probe convenit Marito *resonabilis Echus.* Conf. et tit. Seetzen. in Franz. n. 4539. vv. 5–8.

De amoribus Panis et Echus adeas Mythologos. In Orphic. x. 8. nuncupatur ille Ἠχοῦς φίλος, et in carm. Theæteti, ὀρεσσαύλου πόσις Ἠχοῦς. Vicissim hæc Πανὸς ἑταίρη in Epigr. Hunc mythum more suo subtiliter expedit Macrobius: *Hujus Inui amor et deliciæ ἠχὼ creditur, nullius oculis obnoxia: quod significat harmoniam cæli quæ soli amica est, quasi sphærarum omnium, de quibus nascitur, moderatori: nec tamen potest nostris unquam sensibus deprehendi.* Hæc in *Saturnal.* I. 22. extr.

Contexitur epith. φιλεύηχος ut φίλευλαβής, φιλεύλυχος (Leon. Tarent. in *Analect.* Brunckii. I. 224.), φιλευπρόσωπος, et similia.

[z] Scil. *Jovipani.* Compositum est ut Græcorum similia Αἰγίπαν, Ἑρμόπαν, quorum prius in *Metamorph.* XIV. 515. est *semicaper Pan.* Vide et Hygin. *Astron.* II. n. 28. Pariter habemus Ἑρμηρακλῆς (Cicer. *ad Attic.* I. 10.), Ἑρμαθήνη (ibid. 4.) Ἑρμέρως (Plin. XXXVI. 4. 21.), immo, Ἑρμηρακλόπαν in Epigr. Philodemi, *Analect.* Br. II. 91. De his non audiendi sunt qui, ut explicata habeant, confugiunt ad *hermas* (bases quadratas): quam tamen sententiam tuenti similis est præstantissimus Wilkinson. in *Ægypt. antiq.* tom. IV. p. 259. Justiora protulit Müllerus in *Archæolog.* p. 490. petita nimirum ex veterum simulacris in quibus numinum duorum expressi sunt vultus. Hoc, procul dubio, ut effictas haberent duadem, triadem, etc. attributorum: nam profluxisse crediderim ex more solenni Ægyptiorum plura numina in sacris cærimoniis conjungendi, unde θεοὶ σύνναοι eorum, cujus bene multa

Edidit titulum Franz.[a] ex Franck. Buckingham. Welcker. Seetzen. de quibus adeas lemma viri docti. Cultus Panis apud Cæsarienses Paneadis aperitur in prægresso[b].

CCCXL. c.

ΠΑΝΙΤΕΚΑΙΝΥΜΦΑΙϹ	*Πανί τε καὶ Νύμφαις Μαίης γόνον*
ΜΑΙΗϹΓΟΝΟΝΕΝΘΑΝΕΘΗ	*ἔνθ' ἀνέθηκεν*
ΚΕΝΕΡΜΕΙΑΝΔΙΟϹΥΙΟΝ	*Ἑρμείαν, Διὸς υἱόν, ἀοσσητῆρ'*
ΟΥϹϹ‒‒ωϹ‒‒‒ΙΠΟΓΓ‒‒ΟΥΙ	*ὑπὸ γαίην,*
ΚΤω . . . ϹΙΜΑ . οΥΠΑΙ	*Οὐίκτωρ, Λυσιμάχου παῖς, Ἑρ-*
Ϲ‒ΕΡ‒‒‒ΥΔΑΜΑ . . ΝΟϹ . ΡΗ	*μαίου δ' ἅμα Πανὸς*
ΤΗΡ	*Ἀρητήρ* - - - - - - - - - - - - - - -

Fragmentum tituli eidem saxo cum præeuntibus incisum. Victor (conf. CCCXXXIX.) *Hermam* (h. e. simulacrum Mercurii: vid. CCCXXXVIII. 4.) affert Pani et Nymphis[c].

Supplementa quæ dedi in v. 4. valde incerta sunt. Rationem habui quatenus potui ductuum quos chartis mandavi: idcirco judicavi illud **ΙΠΟΓΓ** referre potius *ὑπὸ γαίαν* vel *γαίην* quam *θανόντων* aut *καμόντων* quæ in primis menti aderant. Dein præivisse *ὁδηγητὴν*

exempla præbent inscriptiones in ædibus sacris repertæ; immo, in eadem persona, ut Ἀμένηβις in titulo Oaseno. Conf. infr. CCLXIV. CCCCXX. Hanc superstitionem Græci, suo more, forma sensibili induere conati sunt.

[a] Ubi supra, p. 244. n. 4538.

[b] Conf. Philostorg. *H. Eccl.* p. 503. C. Ed. Vales. Ἡ μέν τοιγε Πανίας Δὰν ἐπωνομάζετο τὸ παλαιότατον (vide libr. Josh. XIX. 47.) - - - εἶτα δὲ Καισάρεια ἡ Φιλίππου ἐπικέκλητο· τῶν δ' Ἑλληνιστῶν Πανὸς ξόανον αὐτῇ καθιδρυσάντων, εἰς τὴν τῆς Πανεάδος ἐπωνυμίαν μετέβαλεν. Utrumque nomen conjungitur in Philens. infr. sub extr.

[c] Consociatur solenniter Nymphis numen Mænalium: conf. *Hymn. Homerid.* XVIII. 2. 3. 19. etc. Platon. in *Analect.* Br. I. 171. Orphica supr. citat. Hinc appellationes, Ἡγήτωρ, Σύγχορος, etc. Νυμφῶν.

vel ὁδηγητῆρ' probabile est[d]. In v. 6. init. expedivi fragm. per Ἑρμαίου[e], quod debui fortasse per Ἑρμογενοῦς, sicut Διογενοῦς. Exoleverant pæne elementa per totum, maxime sub clausulam, id quod insigniter elucescit ex tentamine Buckinghami ad quod lectores mitto[f].

HIEROSOLYMA. القدس.

CCCXLI. a.

+	
+ΤΗϹΑΓΙΑϹ	Τῆς ἁγίας
ϹΙѠΝ	Σιών.

Titulus descriptus de sepulcro rupe cavato prope locum *Aceldamâ* (חֲקַל־דְּמָא) et ad partes meridionales *vallis Hinnôm* (בֵּי־הִנֹּם Arab. جهنم). Monimentum cujusdam qui in fide Christiana obierat designat.

Editum video a Scholzio et Robinsono[g], qui signum venerandum supra insculptum omiserunt, scripseruntque A in v. 1.

[d] Conf. *Orphic.* 56. Ὃς ψυχὰς θνητῶν κατάγεις ὑπὸ νέρτερα γαίης, et in seq. σοὶ γὰρ ἔδωκε Τιμὴν Φερσεφόνεια θεὰ κατὰ Τάρταρον εὐρὺν Ψυχαῖς ἀενάοις θνητῶν ὁδὸν ἡγεμονεύειν.

[e] Scil. *Herma* (Mercurio) *nati.* Cf. *Hymn. Homer.* supr. cit. Ἀμφί μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα, in v. 1. Sic in 30. seqq.

[f] Conf. *Travels amongst the Arab Tribes*, p. 403. ubi et tit. prægr. nostr. edidit vir impiger.

[g] Scil. in libr. *Palestine*, vol. I. § VIII. p. 524. Loc. Scholz. est in *Reise*, etc. p. 179.

Peccatum est grave quod antecessori ejus exprobrat doctus Robinsonus, quasi titulum *excogitanti*, ingeniique fetum pro revera existente monimento edenti. Immerito hoc dictum, nam formula τῆς ἁγίας Σιὼν videtur fuisse in his sepulcris solennis, aliquando, ut hic, sola, sæpius epitaphiis subjecta. Sed crediderim Robinsonum non conspexisse nostrum, quem jamdudum in lucem protulerant mendis adeo fœdatum Clarkius et Scholzius, scil. CCCXLIV. Certe adhuc restantem agnovi.

Ad complendam sententiam suppleveris in tit. **ΜΝΗCΘΗΤΙ**, et conf. *Psalm.* CXXXVII. 1. LXX. Ἐκλαύσαμεν ἐν μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. Erat Ἁγία, ut civitas ipsa קְדֹשָׁה[h]: conf. *Psalm.* II. 6. LXX. Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον.

CCCXLII. b.

+ΜΝΗΜΑΔΙΑΦЄ	*Μνῆμα διάφε-*
ΡΟΝΘЄΥΔΑΙ‥Ρ	*ρον Θευδᾶ - - ρ - -*
ΑΦΟΥΓЄΡΜΑΝΙΚΟC	*ἀφ' οὗ Γερμανικὸς*
C_Η	*αὐτὸ ἠγόρασεν.*
+S	*Σιών.*

Descripta de sepulcro in rupe facto indidem. Effluxerant fere ex lapide plus semel contrectato et calcareæ speciei elementa, quæ ipsa in tabula supra aditum insculpta fuerant: quapropter lectiones quasdam pro certis non habeo. Videtur in primis sepulcrum possedisse *Theudas*, deinde emptionis jure *Germanicus*. Quod subjicitur **S** accipiendum reor pro **SIωN**. Vide not. *g.* prægr.

Editum video a Scholzio (ubi supra) et Clarkio[i]. Hic in v. 1. habet **ꟽΝΗΝΛ**, in 2. **ΡΟΝΘЄΚΝꟽ**, unde frustra conjicit τὴν σορὸν ἔθηκαν, quum ad formam singularem contexantur fere omnes, sc. μνῆμα διάφερον, θήκη διαφέρουσα. Cf. Fasc. II. n. CXVIII. Edidit h. v. Scholz. **ΡΟΝΘЄΚΑΛΙѰ . ΡЄ.** Nomen *Theudas* sublatere autumo, notissimum vel ex cod. sacr. nec Judæorum modo proprium[k]. In v. 3. Cl. **ΛΦΟΥΓΟΡΜΑΗΙΚΙ.** Ipsi lapidem intuenti suborta est primum suspicio me hic deprehendisse **ΚЄΡΑΜΙΚΟC** vel **ΚЄΡΑΜЄΙΚΟC**, statimque cogitavi de loc. sacr. illustrato[l]: frustra! In 4. consentit

[h] Conf. Fasc. II. *Auctar.* p. 364.

[i] Conf. *Itiner.* vol. IV. c. 8. p. 344.

[k] Obvium est in Cicer. *Epist. ad Divv.* VI. 10. In sacr. vide S. Luc. in *Act. Apost.* v. 36. cui conf. Joseph. *Antiqq.* XX. 5. 1. Euseb. *E. H.* II. 11.

[l] Scil. S. Matth. XXVII. 7.

mecum Cl. Scholz. habet tantum **C**. Clarkio minime adsentior conspicienti in hac parte **CIWN** quod in ultimo latere, sicut dixi, opinor. Tentes ideo *ἠγόρασεν* quod, ut et *ἑωνήσατο*, in talibus est solenne.

CCCXLIII. c.

ΜΝΗΜΑΔΙΑΦΕΡΟΝΦΛΑΟΥ . . ΘΥΓΑΤ
ΝΟϹЄΛΛΟΓΙΜΟΥΤΟΥΠΑΤΡΟϹ
ϹΑΤΟϹΟΥ

Μνῆμα διάφερον Φλαουΐᾳ θυγατρὶ
- - - - νος, ἐλλογίμου τοῦ πατρὸς
- - - - - - - - - - - - - - - - σατο σου.

Descripta indidem. Videtur titulus meminisse Flaviæ cujusdam cui sepulcrum pertinuerat. Accipio **ΠΑΤΡΟϹ** in v. 2. fin. pro titulo honorario, ut in Fasc. II. n. XLV. et alibi. Nomen viri qui munus obierat extricare nequivi, neque magis profeci in tractando fragmento in v. 3.

Edidit Scholz.[m] cum vv. 1–2. penitus turbatis: **ΤΑΤΟΥЄΥΓΗ - - - - ΝΟϹΟΝΟΜΙΟΥ**. Deinde in v. 3. **ΑΓΟϹΟΥ**. Crediderim quædam hic sicut in prægresso subjecta fuisse de sepulcro condito vel empto.

CCCXLIV. d.

+ΘΗΚΗΔΙΑΦЄΡΟΥϹΑΗΓЄΜ	*Θήκη διαφέρουσα Ἡγέμονι*
ΤΩΦЄΡ. . . . . ΓΩΝΟΘЄΤΗ	*τῷ φερίστῳ ἀγωνοθέτῃ, καὶ τῷ*
ΔЄϹΙΜ. . . . . . ΙȣΒЄΝΑˢ	*αἰδεσίμῳ ἀνδρὶ Ἰουβενᾷ, κα-*
ΚЄΥΑ. . . . . . ΤȣΓЄΡ	*τασκευασαμένου τοῦ Γερμανι-*
ΚΟΥΤȣ- - - - - - - - ΓΙȣΗ	*κοῦ τοῦ - - - - - - - ἁγίου η - - - -*
+ΤΗϹΑΓΙΑϹϹΙΩΝ	*Τῆς ἁγίας Σιών.*

[m] Reise, etc. p. 179.

Descripta in eadem regione. Sensus, quem eruendum arbitror, est, quod Germanicus (vide n. CCCXLII. 3.) thecam in primis paraverat, a quo vel jure emptionis vel quodam alio (ex. c. donationis aut hereditario) acceperant eam Hegemo et Juvenas (Juvenus?). Dein claudit epigrapham formula solennis.

Reperio editum in libro Clarkiano[a] Scholziique, at mendis adeo inquinatum ut de sensu continuo extricando quis, utcunque peritus sit, omnino desperaverit. Nimirum litteras speciei Phœniciæ aut Samaritanæ ille, hic Hebræas, quarum ne unam quidem dignoscere quivi, intrusas conspexit. Exempl. gr. in v. 1. init. habet Scholz. **ΟΠΚΗ**. In 2. init. id. **ΙΟΦЄPS**, ubi Cl. **ΟΦЄC**. Ad fin. Cl. **IIONOΘTHL**. Sch. **NOCTHPS**. In 3. init. id. **ΘC _ I _ M**. Lacunam reliquit Clark. In fine versus habet Sch. **IȢbЄNOS**. Hic exsulare debet Arabicum illud: **S** in fine est distinctionis nota. In v. 4. ineunte expressit Cl. simulacra sua barbara: dedit Sch. **CЄCA**, et in fine **TȢΓЄ**, ubi Cl. **IȢΓ**. In penult. Cl. **CO _ _ _ _ ΓIȢH**, alter **ΓIȢЭ** dumtaxat.

Nomen *Juvenas* vel *Juvenus* comparare possis noto *Juvenalis*. Alibi me reperisse non memini.

LIBANUS. جبل لبنان.

CCCXLV. a. b.

a. **WIKOΔOMHΘHHΠΛЄY**
PAAYTHTOYNA . . KAI
TOЄΠANWTHCΘYPAC
THCWIKIC . . . . . ATOY
ЄYΘ . TOYCAIC_ _ _ _ _ NA
AN . ΠH . . . . XIΛI
ЄΞHKONTA

b. **ΠO**
KOΔOMOY
KAIBENNIOY
YKAIΠOYΠΛ
IOYΛATOM

[a] Ubi supra, p. 345. Scholzii est p. 180.

a. *Ὠικοδομήθη ἡ πλευρὰ αὐτὴ τοῦ ναοῦ καὶ τὸ ἐπάνω τῆς θύρας τῆς ᾠκισμένης (τύμπανον?) εὐθετούσαις (σανίσι?) ἀνὰ πήχεις χιλίους ἑξήκοντα.*

b. *Πουπλίου οἰκοδόμου καὶ Βεννίου ξυλοτόμου καὶ Πουπλίου λατόμου.*

Descripta inter parietinas templi Libanensis prope monasterium S. Demetrii (دير المميتري) in tractu *El Kûrah* (الكورة)[o]. Constat ex duabus partibus: prima *a* recenset, adjectis modulis, ædificii partes quas confecerant fabri: secunda *b* dextrorsum apposita enumerat nomina opificum, scil. Publii ædificatoris, Vennii lignarii (siquidem hoc recte cepi) et Publii lapicidæ. Hoc pacto invicem respondent utriusque tituli particulæ, nempe *οἰκοδόμος* et *λατόμος* ad *ᾠκοδομήθη* et *ᾠκισμένης* (vel *οἰκισθείσης*) in vv. 1. 4. et *ξυλοτόμος* ad *σανίσι*, vel si libet *κλισιάσι*, in v. 5. Hæc quædam supplevi ex ingenio, coactus id facere ob injuriam quæ lapidi acciderat, fractura a vertice usque ad ima, quæ litteras bene multas vel penitus aboleverat vel obscuraverat, percurrente.

Supplementa in vv. 1–3. videntur probabilia. In 4. potes legere *τῆς ᾠκισμένης τύμπανον*, nam latiore sensu dici potest *ἡ θύρα ᾠκισμένη*, et pro tympano foribus connexo citanda veniunt Vitruviana[p]. In v. 5. *εὐθετούσαις* videtur constare, intransitive dictum, scil. *bene invicem congruentibus, scite dispositis*. Dein, ut supra dictum, *σανίσι* (*κλισιάσι*?) comprobatur per *ξυλοτόμου*, quod certissimum dixerim, in catalogo fabrorum. In v. penult. cogitavi de *ἀνὰ πήχεις* (*πόδας*?) *χιλίους*, quorum propius abest illud a vestigiis litterarum in saxo. De hac constructione cum *ἀνὰ* vide supra CCLXVIII. ult.

[o] Conf. Robinson. ubi supr. § XVI. p. 441. not. et Burckhardt. *Itin.* pp. 29. 173. 175.

[p] Fortassis hic agitur de Tympano cujus meminit Vitruvius in *Architect.* III. 3. p. 99. Bipont. De Tympanis forium (*Panels*) cf. IV. 6. p. 120.

CCCXLVI. c.

ΗΛΙΟΔWΡΟΥΚΑΙCΙΛΑΝΟΥ	Ἡλιοδώρου καὶ Σιλανοῦ,
ΔΙΟΙΚΗΤWΝ - - - - ΚΟΝΤΑ	Διοικητῶν, - - - - - κοντα
ΠΟΔΕC- - - -ΟΥCWΙΚΟΔΟΜΗ	Πόδες (θριγκοῦ) ᾠκοδομήθησαν.

Descripta de ædibus semirutis vicinis templo in argumento præeunte memorato. Meminit epigrapha exstructæ alicujus partis ædificii, munus Diœceticum exercentibus (Heliodoro?) et Silano. In v. 3. posui, supplendi causa, θριγκοῦ. Debui fortasse pro recentiorum forma θριγχοῦ. Erant θριγκοὶ *pinnæ* seu *coronæ muri*. Quod ad nomina attinet, in primo hæsi aliquandiu, expressis ΑΛΙΟΔWΡΟΥ et ΛΔΙΟΔWΡΟΥ, sc. *Lucio Diodoro:* sed quia nullum prænomen aderat secundo, restiti in *Heliodoro*. De Diœcetis in v. 2. conf. not. in Fasc. I. n. XXXIII. 4. Re præsente fortassis operum administrationi vel sumptibus erogandis præfuerunt: nisi placeat magis eos fuisse civiles magistratus quales aliquando erant Diœcetæ. Favet interpretationi priori inscr. Burckhardt. in Franz. n. 4594. collato 4631., ubi mentio fit Diœcetarum cum operibus publicis conjuncta. Quales fuerint, utrum ἐπισκοποῦντες an κύριοι κτίσται (tit. Buckingham. in Franz. n. 4617.), lectoribus dijudicandum linquo.

CCCXLVII. d.

ΦΗΝΤΡΑCΕΠΟΙ	Φήντρας ἐποίησε.

Descripta indidem, et cum Borrelliano ad me misso collata. Hoc habet ΟΙΗΝΤΡΛΕΕΗΟΙ, quod firmare videtur lect. ΦΗΝΤΡΑC vel ΦΗCΤΡΑC[1]. Vox Latina usurpatur, quæ vicissim Græcam refere-

[1] Alterutrum horum poscit ratio metrica in Plaut. *Casin.* I. 44. Vide Forcellin. in voc.

bat: quid enim erat *Fenestra* nisi *Φανίστρα*? Ponuntur synonyma apud Græcos *θυρὶς*[r] vel *θύριον*, *σαλάμβη*[s] aut *σαλάβη*, *φεγγίτης* (sc. *lapis specularis*), *φωστήρ*.

سير.

CCCXLVIII. a. b.

a. ΑΥΡΙΕΡΟΚΛΕΙΑΔΟΜΝΟΥΓΥΝΗΛΥC . . . . ΤΟΥ
ΛΥCΙCΤΡΑΤΟΥΙΕΡΟΥΡΓΗCΕΤΗΝΚΛΕΙΝΗΝ

b. ΕΤΙΠΡΟΤΕΡΟΝ✱ΤΕΤΡΑΚΟCΙΩΝΕΙCΤΑΕΡΓΑ

Αὐρηλία Ἱεροκλεία Δόμνου, γυνὴ Λυσιστράτου τοῦ Λυσιστράτου, ἱερούργησε τὴν κλίνην - - - - - - ἐποιήσατο δὲ καὶ ἐπίδοσιν ἔτι πρότερον δηναρίων τετρακοσίων εἰς τὰ ἔργα κ. τ. λ.

Descripta de ruderibus templi apud locum *Sîr* (سير) situm in regione *E'Ddunnîyeh*, (الضنية), quæ ipsa jacet in plaga Libanensi septentrionali[t]. Juxta invicem posui duo fragmenta *a* et *b* quæ in diversis lapidibus reperi, ad eandem vero materiam, ni fallar, spectantia, nempe commemorationem pietatis cujusdam (Hierocleæ?), filiæ Domni uxorisque Lysistrati, quæ videtur lectisternium stravisse in templo et ad id ornandum contulisse denarios quadringentos.

Sola quæ adest difficultas versatur in clausula *ἱερούργησε τὴν κλίνην*. Habemus equidem vocem (*κλίνη*) usurpatam in re sepulcrali[u], sed hic agi de funebribus non crediderim. Restat quod jam-

[r] Cf. Plutarch. *Quæst. Roman.* XXXVI. init. Διά τι πύλην μίαν Θυρίδα καλοῦσι, τὴν γὰρ Φανέστραν τοῦτο σημαίνει κ. λ. Vocem usurpat scriptor in Epigr. ἀδεσπότ. 244. Θύριον obv. in *Thesmophor.* 26.

[s] Conf. Lycophr. *Cassandr.* 99.

[t] Vide Robinson. ubi supr. vol. III. App. 2. p. 186.

[u] Vide supr. n. CCCXXXIV. 2. not.

jam submonui, *ἱερὰν κλίνην* retulisse apud Græcos Romanorum *pulvinar deorum* seu *lectisternium*, cui cærimoniæ exornandæ censenda est femina deorum cultrix sumptus ex suis addixisse.

Exemplar hujus tituli commendavit cum priore mihi Borrellius, in aliquibus non nihil turbatum. Obv. in v. 1. pr. **ΗΡΟΚΛΛ**, quasi nomen fuerit *Herocla.* Litteræ sub finem speciem sortitæ sunt peregrinam, at sensu cassam. Fuerat nimirum qui descripserat in errorem ductus a striis casu factis in lapide, quod ipsum credo evenisse in CCCXLIV. supra, ubi conf. argum. Decurrit v. 2. **ΣΗΤΡΛΓΟΥΠC ΡΟΥΡΟΗWЄΤΛΚΛΙΛΜΗΝ.**

SIDON. صيدا.

CCCXLIX. a.

IMPERATORES
❦CAESARES❦
L·SEPTIMIVS·SE
VERVS·PIVS·PER
TINAX·AVG·ARA
BICVS·ADIABENICVS
PARTHICVS·MAXI
MVS·TRIBVNICIAE·PO
TEST·VI·IMP·XI·COS·II
PRO❦COS❦P❦P
ET·M·AVRELIVS·ANTONI
NVS❦AVG❦FILIVS❦EIVS
VIAS·ET·MILLIARIA
FR·PER·Q❦VENTIDIVM·RV
FVM❦LEG❦AVGG❦
LE . . . . PR❦PRAE
SIDEM❦PROVINCIAE❦SYRIAE
PHOENIC❦RENOVAVERVNT
❦ II ❦

Imperatores . Cæsares . Lucius . Septimius . Severus . Pius . Pertinax . Augustus . Arabicus . Adiabenicus . Parthicus . Maximus . Tribuniciæ . Potestatis . Sextum . Imperator . Undecimum . Consul . Secundum . Proconsul . Pater . Patriæ . Et . Marcus . Aurelius . Antoninus . Augustus . Filius . Ejus . Vias . Et . Milliaria . Fracta . Per . Quintum . Ventidium . Rufum . Legatum . Augustorum . Legatum . Propraetore . Præsidem . Provinciæ . Syriæ . Phœnices . Renovaverunt . Milliarium . Secundum .

Descripta de columella ποικίλου λίθου (*versicoloris*, seu, quod vocant, *granati*) jacente plus minus duo mill. pass. a *Saïdâ*, celeberrimæ urbis Sidoniæ sede, atque juxta ripam dextram fluvii *Inet*. Notabilis est congruentia cum numerali in ima parte insculpta per quam edocemur lapidem fuisse milliarium a Sidone secundum. In primum, cujus meminit Maundrellus, non incidi: reperi vero in libro Monconysii[v] mendosissime editum. Utriusque satis se commendant exemplaria Maundrelliana, quorum collationes appono.

Deformatur prius lacunis quas non exspectaveris in vv. 13–17. In 3. legit SEPTIMVS. In 16. ad extr. PRAET. In ult. [ETPHAE]NIC. In col. II. habet in v. 14. M. FR - - - - O . VENIDIVM . RV. Nomen erat *Ventidius:* sed effugerat compendium pro TI oculos Maundrellii. Conf. Fasc. II. n. CLXXXVII. 6. In 16. init. L - - - PR. Sordes alterius cujus memini parum fructuosum foret describere.

Ætas tituli manifesto est U. C. 951. Dom. nostr. 198. Post bellum cum Vologæso confectum captamque Ctesiphontem Syriam petiit

[v] Vide libr. *Voyages*, etc. Ed. 1695. tom. II. pp. 70. s. Locus Maundrellii est in libr. *Journey from Aleppo*, etc. sub cap. Mart. 20. De nostro quoque nuperrime Robinsonus in libr. *Palestine*, vol. III. p. 415. *We set forward - - - and very soon passed another Roman mile-stone, a large column with a Latin inscription, containing the names of Septimius Severus and Pertinax, lying by the way side.* Hæc stilo nimis festino scripta. Nimirum non adverterat vir eximius hoc fuisse nomen adoptivum Severi ipsius, ut fusius declarabitur in argum. ad v. 4. infra.

Severus brevi adorturus Arabas Mesopotamiæ, quos æque ac Parthos Nigri partibus studuisse palam professus est[w]. Hoc dixerim tempore vias fuisse instauratas eoque fine ut facilior transitus exercitui fieret, præsertim quum jam instaret hiems[x]. Hinc, ut ad titulos accedamus, explicatur *Parthicus* in v. 7., a quo notissimum est Imperatorem antea abstinuisse ne Parthorum animos lacesseret tanquam cladibus eorum insultans[y]. Hunc repetitum videmus, bello feliciter peracto, auctumque in majus adjecto *Maximus*[z].

Cumulati fuerant a Senatu tituli *Arabicus*, *Adiabenicus*, *Parthicus*, in ann. U.C. 948. epoch. nostr. 195. post bellum cum Arabibus et Adiabenis[a] ad finem perductum, quibus, ut conjicere fas est[b], opem tulerant finitimi, id vero occulte, quum pax fuerit illis specie tenus cum Romanis. Hinc injuriæ sensus, quem expressum videmus in monumentis et nummis quorum epigraphe restat, **PART . ARAB . PART . ADIAB.**[c]

Pius in v. 4. audit Severus, qui se adscitum volebat in familiam Antoninorum per adoptionem præposteram; quæ nimirum rata facta est quindecim annis post M. Aurelium facto defunctum. Ideo videmus in nummis anni supradicti, **DIVI . M . PII . F**[d]., et in marmore insigni cujus epigrapham in Gruteri libro legere est prosapiam continuam a Nerva deductam[e].

[w] Conf. Dion. LXXV. 9. s. Herodian. III. 9. init. Spartian in *Severo*, XVII. Nummos et tempora constituta dat Eckhel. ubi supr. p. 177. a.

[x] Verba sunt Spartiani: *Aestate igitur jam exeunte* (sc. U. C. 951.) *Parthiam ingressus Ctesiphontem, pulso rege, pervenit, et cepit hiemali prope tempore:* hæc in c. XVII. Statim subsequutum est bellum cum Atrenis.

[y] Conf. Spartian. *ibid.* c. IX.

[z] Hoc, vel exemplum sequutus, vel æmulatione, Marci Aurelii. Conf. supr. CCCXXXV. 3.

[a] Conf. Dion. LXXV. 1. s.

[b] Conjectura est Eckhelii Tillemontio (in Sever. p. 60.) suggerentis. Vid. tom. VII. p. 172. b.

[c] De hac formula cf. Eckhel. ubi supra. Gruter. *Inscriptt.* p. CCLXV. 1.

[d] Eckhel. *ibid.* p. 173. b.

[e] Ubi supra, p. CL. 5. Conf. Dion. LXXV.

Hoc excipit *Pertinax*, quod cave ne accipias pro titulo, namque erat, teste Herodiano[f], *nomen:* Ἀθροίσας δὲ τοὺς πανταχόθεν στρατιώτας, ἀντὶ Σεβήρου τε ἑαυτὸν Περτίνακα ὀνομάσας, ὅπερ οὐ μόνον ἤλπιζε τοῖς Ἰλλυρικοῖς εἶναι κεχαρισμένον, ἀλλὰ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων, διὰ τὴν ἐκείνου μνήμην κ. λ. Dein regressus Romam Senatum alloquutus est: Ἥκειν μὲν ἔκδικος τοῦ Περτίνακος φόνου - - - - ἕξειν δὲ τοῦ Περτίνακος οὐ μόνον τοὔνομα, ἀλλὰ καὶ τὴν γνώμην. Consentiunt nummi affatim. Epigraphe anni in quo cædis Pertinacis, secundum ab eo promissum, se vindicem præbuit, est, IMP . CAES . L . SEPT . SEV . PERT . AVG . IMP . I . etc.[g].

Claudo hanc seriem exscripto titulo Muratoriano[h], qui *Vindobonensis* a docto viro prædicatur, complectiturque pleraque ad illustrationem nostri spectantia: IMP . CAES . L . SEPT . SEVERVS . PIVS . PERT . AVG . = ARAB . ADIAB . PART . MAX . PONT . MAX . TRIB . = POT . VIII . IMP . XII . P . P . COS . PROCOS . ET . IMP . = CAES . MAR . AVR . ANTONINVS . PIVS . FEL . AVG . = PART . MAX . BRIT . MAX . GERM . MAX . PONT . = MAX . TRIB . POT . XVII . IMP . III . COS . IIII . P . P . = PROCOS . MILIARIA . VETVSTATE . = CONLAPSA . RESTITVI . IVSSERVNT. Hic pro num. VIII in v. 3. reponas XVIII. nam in hoc tribunatu[i] Severus salutatus est IMP . XII. nempe in an. P. C. 210. Tempora in v. 6. probe invicem congruunt, spectantque ad an. P. C. 214. Notes porro convenientiam cum rebus gestis, suscepta in hoc anno a Caracalla expeditione contra Alemannos, teste in libro *de Cæsaribus* Victore.

7. ult. Μάλιστα δ' ἡμᾶς ἐξέπληξεν ὅτι τοῦ τε Μάρκου υἱὸν καὶ τοῦ Κομμόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἔλεγε. Addas Spartian. ubi supr. c. x.

[f] Hist. R. II. 10. 14. Confirmant Spartian. c. VII. supr. Capitolin. *in Pertinace*, XV. Nugantem in hac re Victorem probe notat Eckhel. ubi supr. p. 191. b.

[g] Conf. Eckhel. *ibid.* p. 167. a.

[h] Conf. *Thesaur. Vet. Inscriptt.* vol. I. p. CCCLV. n. 7.

[i] Conf. Gruter. *Inscr.* p. CCLXV. 3. et CLVII. 7. Notandum est hic adesse titulum *Britannicus*, qui nullum locum habet in nostro; rationem expositam vide sis in Eckhel. vol. VII. p. 188. b.

INSCRIPTIONES ÆGYPTI,

EX

ALEXANDRIA, ATHRIBE, PANOPOLE, PHILIS, TAMIATHE, TENTYRIS, THEBIS;

CUM APPENDICE OASENARUM.



ΝΕΙΛΟΣ ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΣ.
CCCLV. a. 1.

ÆGYPTUS.

ALEXANDRIA (ال اسكندرية).

CCCL. a.

ΔΙΙΗΛΙωΜΕΓΑΛωϹΑΡΑΠΙΔΙΤω
ΕΝΚΑΝωΒωΚΑΙΠΑϹΙΤΟΙϹΘΕΟΙϹ
ΑΝΕΘΗΚΕΝϹΑΡΑΠΙωΝοΚΑΙΙϹΙΔωΡΟϹ
ΔΙΔΥΜΟΥΤΟΥΔΙΔΥΜΟΥΤωΝΕΞΑΝΤΙΝΟΟΥΙΕΡΟΙΙ
ωΝϹΥΝΙϹΙΤΙΤΗΚΑΙΕΥϹΕΒΕΙΑΚΑΙΓΕΝΤΙΑΝω
ΚΑΙϹΑΡΑΠΙΑΔΙΤΗΚΑΙΘΕΟΔωΡΑΚΑΙΦωΚΑΤΙ
. . . .
. . . .
ΕΠΙΠΟΜΑΙΝΙΟΥΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥΕΠΑΡΧΟΥΑΙΓΥΠΤΟΥ

Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι ἐν τῷ Κανώβῳ καὶ πᾶσι τοῖς θεοῖς ἀνέθηκεν Σαραπίων, ὁ καὶ Ἰσίδωρος, Διδύμου τοῦ Διδύμου, τῶν ἐξ Ἀντινόου ἱεροποιῶν, σὺν Ἴσιτι, τῇ καὶ Εὐσεβείᾳ, καὶ Γεντιανῷ καὶ Σαραπιάδι, τῇ καὶ Θεοδώρᾳ, καὶ Φωκάτι - - - - - - - - - - - - - - Ἐπὶ Ποπλίου Μαινίου Φλαουϊανοῦ, ἐπάρχου Αἰγύπτου.

Descripta de apographo Alexandrini apud quem diversabar in sede celebri commoratus, quique fecerat ex fragmine aræ inter parietinas veteris urbis effossæ. Erat fortasse Serapei a Strabone[k] memorati. Donarium addictum fuerat Jovi Soli Serapidi Canopensi

[k] Conf. xvii. 1. p. 428. T. Tacit. Hist. iv. 84.

diisque cunctis per Sarapionem, qui et *Isidorus* audivit, filium et nepotem Didymorum, hieropœorum Antinoi[l], quocum se junxerant Isis, quæ et *Eusebeia*, Gentianus, Serapias, quæ et *Theodora*, Phocatis: præfecturam Ægypti tenente Flaviano.

Ediderunt hunc titulum Hamiltonus[m] et (ex illo) Letronnius[n]. Video quoque v. 1. citatum ex Belleyo ab Eckhel.[o]

In exemplari Hamilt. desidero in v. 3. minusculum illud ante **ΚΑΙ**, quod recte supplevit Letronn. Omissum videtur a quadratario, deinde qua poterat solertia intrusum. Rectissime porro conjecit Letronn. in 4–5. **ΙЄΡΟΠΟΙѠΝ** ubi Hamilt. **ΙЄΡΟΝ – ѠΝ.** In 5. omisit Hamilt. **ΤΗ** ante **ΚΑΙ** in med. vers. Dein in fine habet **CЄΝΤΙΑΝѠ.** Præbet exemplar unde hausi mea magis notum **ΓЄΝΤΙΑΝѠ.** In 6. Accipio nom. **ΦѠΚΑΤΙ** pro feminino, ut **ΑΡΣΑΣΙ** in Lyciis obv. Conf. supr. CCXCVII. 5. In 7. 8. deerant in apogr. meo, sicut apud Hamilt., vestigia litt. quæ supplevit Letronn. rationibus satis probabilibus fretus, in suis minusc. *ἔτους - - - Αὐτοκράτορος Καίσαρος Μ. Αὐρ. = Κομμόδου Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ - - -*, neque habeo ipse melius quod proponam; quamquam duraverit usque

[l] De Bithynio juvene, amasio primum, deinde, ut perhibent, victima, Hadriani, in cujus memoriam positæ sunt ab adulantibus statuæ, templa exstructa, immo urbes conditæ, conf. in primis Dion. in *Hadrian.* LXIX. 11. Spartian. Id. c. XIV. Marcellin. *R. G.* XXII. 16. init. De Mantinensium in hac re studio adeas Pausan. VIII. 9. 4. Ἐνομίσθη δὲ καὶ Ἀντίνους σφίσιν εἶναι θεὸς κ. λ. Nummorum testimonia ex urbibus compluribus Græcis vide congesta in Eckhel. VI. pp. 530. ss.

· Ἱεροποιοὺς in h. v. vocabant Romani *sacrificulos*, contemptui habentes, ut in Sueton. *Domitian.* I. med. *Mane Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vanæ superstitionis - - - ita latuit*, etc. Vox desumpta est ex Atheniensium polit. Conf. Demosth. *Contr. Mid.* p. 552. 4. et *Delat. adv. Theocrin.* 1331. 5. Reiske.

[m] Conf. *Ægyptiac.* p. 405.

[n] Vid. *Inscript. Gr. et Lat. de l'Égypte*, tom. I. p. 444. n. XLVII.

[o] Conf. *Mémoires de l'Acad. des B. L.* tom. XXXVII. p. 405. cit. in *Doctr. Num.* IV. p. 31. b. Titulus fuerat Tournefortii.

ad ætatem Severi vesana illa de Antinoo superstitio[p], adeoque latius pateant conjectandi fines. In v. ult. init. Hamilt. ΠΟΛΛΑΝΙΟΥ, unde Letronn. in minusc. Ποβλίου Ἀλανίου. Erant *Manius* et *Mænius* bene nota inter Romanos, quorum ultimum præbat apogr. supradictum.

De religione Serapidis conf. Fasc. II. n. LXXXIX. 1. et not. in *Auctar.* necnon infr. titt. CCCLIX. *c.* CCCCXX. Dant porro nummi Eckheliani ΖΕΥΣ . ΣΑΡΑΠΙΣ et ΗΛΙΟΣ . ΣΑΡΑΡΙΣ. quandoque etiam cum typo Serapidis, ΗΛΙΟC[q]. Ex religione Canopica hic memorata possis concludere lapidem fuisse ab urbe ista Alexandriam asportatum: sed nihil opus: vidimus in titulo supra dicto Fasc. II. donarium in templo Gnidio suo Serapidi, etc., addictum ab homine Alexandrino; in nummis porro Juliani II. adoptiva cernitur epigr. ISIS . FARIA[r]. hoc est, *Alexandrina*. Erant fortasse *Serapio*, etc., cives Canopici qui in metropole commorantes numini patrio eorum aram sacraverant. Quod sequitur *πᾶσι τοῖς θεοῖς* illustrat Letronn. ex Pausania[s] et titt. Atheniens. Böckhii[t]: erat nempe formula solennis, ut in tit. Gnidio nostr. ΣΑΡΑΠΙΔΙ . ΙΣΙΔΙ . ΘΕΟΙΣ . ΠΑΣΙ. In v. 5. notabilis est forma ICITI pro ICIΔI, quod illustrat Letronnius per usum Τιόσπολις[u] pro Διόσπολις. Re ipsa latissime patere cernimus confusionem elementorum Δ et Τ, ex. c. *θέμιδος*, quod Attici efferebant *θέμιτος*, et vicissim *δεῖμα*, quod factum est *timor*. Copticum *Tamiatis* Arabes fecerunt دمياطي, Germanorum *Tag* nos *Day*. Ceterum in re subjecta Lacedæmoniorum erat *ἐξόχως* terminationes *ιδος*, *ιδι*,

[p] Conf. *Protrept.* Clem. Alexandr. p. 43. Oxon.

[q] Ubi supr. pp. 29–31.

[r] Id. tom. VIII. p. 140. a.

[s] Sc. I. 18. 9. II. 2. 8. etc.

[t] Corp. Inscr. vol. I. p. 463. n. 455. 1. Exinde restituit B. in n. 476. ubi deerant litt. maximam partem.

[u] Citato libr. Champoll. jun. *Égypte sous les Pharaons*, I. p. 50. Nimirum adamabant T Coptæ.

etc. in *ιτος*, *ιτι*, mutare[v]. In v. 6. **ΣΑΡΑΠΙΑΔΙ** esse femininum notat Letronn. quod ipsum patet ex restitutione quam feci. Vidimus quoque muliebre in Fasc. II. n. XCIX. 1.

CCCLI. b.

ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΟΝΠΟΛΙΟΥΧΟΝΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑϹ
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΝΤΟΝΜΕΓΙϹΤΟΝ
ΠΟΠΛΙΟϹΕΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Τὸν λαμπρότατον Αὐτοκράτορα, τὸν Πολιοῦχον Ἀλεξανδρείας, Διοκλητιανὸν, τὸν Μέγιστον, Πόπλιος, ἔπαρχος Αἰγύπτου, Εὐεργέτην.

De titulo celeberrimo videant lectores quæ summatim monui in Præfatione[w]. Restat ut pauca quædam de tentaminibus doctorum nunc subjiciam.

Savarii dicta aliquatenus admisit Denonus, opinatus vero Pompeium re vera extulisse simile monimentum in situ Alexandrino, quod labente ævo dirutum communiter tamquam in hoc tropæo Severi restitutum credebant. Clarkius contra ablegenda censuit nomina et Pompeii et Severi, intromissis Posthumi cujusdam et Hadriani. Dein Montacutus, recordatus quod structionis hujus nec Strabo nec Diodorus meminerint, Vespasianum ad partes vocabat, fretus indicio nummi alicujus quem juxta basim effossum secum reportaverat.

Mira hæc commenta profligarunt accuratior inspectio et describendi

[v] Conf. Kœn. *ad Gregor. Dialect.* p. 141. b. cit. a Matthiä. Gr. § 28. fin.

[w] Pag. 8. s.

diligentia. Lux prima (quatenus scio) affulsit ex conatu præstantissimi Leakii, qui monimentum Diocletiano restituit et in ceteris quoque bonam operam navavit[x]. Deinde sequutus Wilkinsonus[y] apographum qua poterat cura contexuit, pulvere cretaceo vestigiis litterarum quæ restant superinducto, quasi palpando iter permensus. Præiverat Hamiltonus[z]. Exemplar suum addidit et Vicecom. de Chateaubriand[a]. Sequitur horum, adjecto Clarkiano[b], recensus.

In v. 1. *Cl.* init. **TONTIMIѠTATON**. *L.* **TON . . . . ΩTATON.** *H.* **TO. . . . . ѠTATON**. *W.* Clarkio concinit. *Ch.* Πρὸς σοφώτατον. Villoisonus[c] commendavit **OCIѠTATON**. In v. 2. epith. **ΠΟΛΙΟΥΧΟΝ**, numinibus jure proprio tributum[d], ut Πολιάδα,

[x] Conf. *Diar. Classic. Lond.* vol. XIII. pp. 152–155. XV. 161. ss. ubi in Epistola ad Prevostum exponit rationes ejus inter describendum vir eximius: quin etiam in se clientelam tituli quem pro Jaubertiano ediderat et illustrarat Villoisonus in an. 1803. recipit.

[y] Conf. libr. *Topography of Thebes*, etc. not. p. 289. ubi statuit et mensuras columnæ quæ a Denonianis distant, pariterque ab iis quas dederat Montacutus. Scapum monolithum eximiæ pulcritudinis ætatis anterioris opus fuisse arbitratur Wilkins. Leakio consentiens; hoc sane cuivis vel mediocriter perspicaci, statim constat intuenti.

[z] Conf. *Ægyptiac.* p. 403.

[a] Vide *Œuvres*, tom. IX. p. 187. Subjicit exemplari suo vir illustr. *Ainsi tous les doutes sur la colonne de Pompée sont éclaircis.* Judicent eruditi.

[b] Conf. libr. *Travels*, etc. vol. V. pp. 348–366.

[c] Not. ad titul. Jauberti: vid. supr. not. *x*. Fidem Leakianam de hac materia confirmat Vicecom. de Chateaubr. ubi supr.

[d] Minerva ex numinibus erat sensu eminentiore dicta Πολιοῦχος, ut apud Chios (Herodot. I. 160.) Spartanosque qui ei sub hoc nomine cum Χαλκιοίκῳ eodem spectante conjuncto ædes in arce eorum dicarunt. Cf. Pausan. III. 17. 3. Obvium epitheton est et in Sueton. *Vitell.* XIII. *Hanc* (cœnam) *quoque exsuperavit ipse dedicatione patinæ quam ob immensam magnitudinem Clypeum* (sc. αἰγίδα) *Minervæ* Πολιούχου *dictitabat.* Typum porro nummi cujusdam Domitiani exscripsit Eckhel. sc. Pallas cum insignibus et epigr. ΠΟΛΙΟΥΧΟϹ, in vol. VI. p. 394. b. Ceterum Imperatorem nostrum, non modo ut Πολιοῦχον sed et Αἰγυπτοῦχον, quantis laudibus effert Eumenius videre est in *Panegyric.* IX. p. 121. Clamavere alii *pacem fecisse qui solitudinem.* Vid. not. *l.* infr.

Πολιέα, ab adulante profectum est, et apprime convenit sensui quem in **ΜЄΓΙCΤΟΝ**, v. 3. conspicere est. In hoc versu eadem dant exemplaria. In 3. discedit, ut monui supra, Clark., **ΑΔΡΙΑΝΟΝ**, in init. **ΔΙΟΝ**, in fin. **ΤΟΝCЄΒΑCΤΟΝ**. *L.* in fin. **ΤΟΝΑ . . . . ΤΟΝ**. Explevit *W.* **ΑΝΙΚΗΤΟΝ**, prorsus secundum Saltii tentamen cujus cum laude meminerat Leakius. Eandem lacunam expressere Hamilt. Chateaubr. *τὸν Αὔγουστον*. Quod dedi **ΜЄΓΙCΤΟΝ** congruit non modo vestigiis in lapide, sed et formulis in tali materia usitatis apud Romanos et Ægyptios. Nempe, summum numen illorum erat **OPT. MAX.**, quorum si prius Trajano[e] fuerit tributum, quidni et alterum Diocletiano? Vidimus porro adscitum existimationis augendæ causa, ut in CCCXXXV. CCCXLIX. supr. vv. 3. 7. Dein Ægyptii appellare assueti sunt suos reges *θεούς*, deosque haud paucos *μεγίστους*. Immo in titulo singulari habemus *Πτολεμαίου θεοῦ Ἐπιφανοῦς, Μεγάλου*[f]. In nostro, ex indiciis iterum atque iterum lustratis affirmare queo præivisse **ΤΟΝ**: si hoc non ita esset, pæne cogitassem de lect. **ΘЄΟΝΜЄΓΙCΤΟΝ**, secundum morem loquendi solennem in dedicationibus et donariis offerendis[g].

In v. 4. init. *Cl.* **ΠΟCΤΟΜΟC**. *L.* **ΠΟ . . . . ΟC**, probata lect. Clark. *H.* habet dumtaxat **ΠΟ** cum lacuna sex litt. *Ch.* *Πολλίων*. Verum attigit *Wilk.*, sed male scripto nomine, **ΠΟΥΒΛΙΟC**, quod accuratius *Ham.* **ΠΟΠΛΙΟC**, ex conjectura. In v. 5. deficiunt maxime exemplaria, ex ingenio quippe confecta. *Cl.* proposuit **ΚΑΙΟΙΑ ΠΟΜΗΤΡΟΠΟΛЄѠC**. *L.* **ΚΑΙΗΠΟΛΙCΑΝЄΘΗΚΑΝ**. *H.* **ΚΑΙΗΠΟ ΛΙC** (vel **ΟΔΗΜΟC**) **ЄΥЄΡΓЄΤΗΝ**, comparatis *Analect.* Br.[h] Nihil

[e] Conf. infr. n. CCCCXVIII. 2. et not.

[f] Vide Letronnii *Inscript.* ubi supr. tit. XXVIII. 1. 2. p. 377.

[g] Conf. infr. nn. CCCLII. 2. CCLIII. 4. CCCCXX. 1. etc. Addas in hoc de mea conjectura ΘЄΟΝ imperatorem superstitem appellari Δία in titt. infr. CCCLIX. c. CCCLXIV.

[h] Vid. Adesp. Byzant. n. XXIV. in vol. III. p. 138. Ἰουστῖνον κατὰ χρέος τὸν δεσπότην Ἰουλιανὸς ὕπαρχος, ὡς εὐεργέτην. *Ægyptiac.* p. 404.

præbet *Chateaubr.*, sed *Wilk.* ЄΠΑΓΑΘѠ, quod, ut solennis sit formula[i], lapis vetat. Patet ex his ita constitutis Hamiltonum propius accessisse ad veram tituli speciem[k].

Persuasum me habeo hanc columnam fuisse exstructam ad commemorandam victoriam Imperatoris in Achilleum qui tyrannidem Ægypti usurpaverat[l]. Hoc ex calculo Bandurii[m] actum est in an. U. C. 1049. epoch. nostr. 296.

ATHRIBIS (quæ et CROCODILOPOLIS). اتريب.

CCCLII. a.

ΚΑΙϹΑΡΟϹϹΕΒΑϹΤΟΥΘΕΟΥΥΙΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΚΑΙΙΟΥΛΙΑϹϹΕΒΑϹ
ΚΑΙΤΟΥΟΙΚΟΥΑΥΤΩΝΘΡΙΦΙΔΙΘΕΑΙΜΕΓΙϹΤΗΙΕΠΙΗΓΕΜΟΝΟϹΓΑΙΟΥΓΑΛΕΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΠΡΟϹΤΑΤΗϹΘΡΙΦΙΔΟϹ · LΘ̅ · ΤΙΒΕΡΙΟΥΚΑΙϹΑΡΟϹΦΑΜΕΝ

[i] Notanda est locut. ellipt. ἐπ' ἀγαθῷ in variis: ex. c. in titulo Auxumitico Saltii, v. 31. cf. *Diar. Classic. L.* vol. I. p. 86. Add. Letronn. ubi supra, n. L. 6. p. 452. vertente viro erud. *Pour un but utile.* Ceperim potius in sensu precatorio, ut toties τύχῃ ἀγαθῇ, quod reddere ausim, *Que soit la Fortune propice!*

[k] Exemplar Jauberti in superioribus prætermittendum censui ob rationem expositam in notis supr. *x. c.* Pocockianum sordibus oppletur et a scopo omnino aberrat.

[l] Conjecturam inivit Leakius (ubi supr. p. 155.), testibus Malala et Eumenio fretus, erectum fuisse monimentum clementiæ Imperatoris erga cives commemorandæ causa, nimirum qui excidium primo voverat, postea victis pepercit. Quam diversa tradunt alii de moribus Diocletiani in Ægyptios conferant legentes in Eutrop. IX. 15. Oros. VII. 25. p. 215.

Exinde crediderim non tam ævo debitum quam odio nominis exsecrati damnum huic titulo factum ita ut modico intervallo elementa pæne omnino effluxerint. Conf. Præfat. nostr. p. 8. Hinc ortæ lites de nominibus, ЄΥЄΡΓЄΤΗΝ in ult. omnino, nisi quatenus valeat conjectura, desperatum, et modo non deletum ΜЄΓΙϹΤΟΝ in 3. Accedit fortior ratio si credamus admissam fuisse in hoc v. appellationem ΘЄΟΝ Judæis adeo Christianisque impietatis ergo averruncandam.

[m] Conf. Eckhel. ubi supr. vol. IV. pp. 97. ss.

Ὑπὲρ Τιβερίου Καίσαρος Σεβαστοῦ, θεοῦ υἱου, Αὐτοκράτορος, καὶ Ἰουλίας Σεβαστῆς, τῆς νέας Ἴσιδος Ῥωμαίας, καὶ τοῦ οἴκου αὐτῶν· Θρίφιδι, θεᾷ μεγίστῃ, ἐπὶ Ἡγεμόνος Γαΐου Γαλερίου, τὸ πρόναον (ὁ δεῖνα) Ἀπολλωνίου, προστάτης Θρίφιδος, λυκάβαντι ἐννάτῳ Τιβερίου Καίσαρος, Φαμενὼθ (τῇ δεῖνι).

Descripta inter parietinas templi Athribensis, ad lævam ripam Nili, prope viculum *Sûhâg*, et Monasterium *Deir Ambâ Shnûd*, h. e. *S. Sennodii*[n]. Situm pronai designavit fractus lapis cui titulus insculptus fuerat. Narratur in eo dedicatio pronai deæ maximæ *Triphidi* vel (ut in inscr.) *Thriphidi*, decurrente anno nono Imp. Tiberii, hoc est, in an. P. C. 21. Initium sumpsit *Phamenoth* a V. Kal. Martias, at dies exactus effluxerat ex lapide.

Apographum Wilkinsoni, quod demptis paucis iisque levioris momenti mendis summa cura confectum reperi, edidit Letronnius[o] in opere antea laudato, instauratis porro lectionibus quæ hinc inde, prærupto monimento, evanuerant.

In v. 1. init. statim se offerunt supplenda **ΥΠΕΡΤΙΒ** (vel **ΤΙΒΕΡΙΟΥ**). Deinde **ΘΕΟΥΥΙΟΥ** ex vestigg. in lapide, collatis nummis[p]. Certe usitatior formula erat *Divi Aug. Fil.*, sed hic videmus fortasse causam singularem quare abest **ΣΕΒΑϹΤΟΥ** quod brevi adeo intervallo anteiverat. Reliqua supplevit Letronn. secundum formulas usitatas ita ut decurrant, **ΚΑΙΥΠΕΡΙΟΥΛΙΑϹϹΕΒΑϹΤΗϹΝΕΑϹΙϹΙΔΟϹ ΑΥΤΟΥΜΗΤΡΟϹ**. Illud **ΥΠΕΡ** meum apographum non agnoscit. Prælata quoque habui ex indiciis tituli Lacinensis in Fasc. II. scil. CXLIII. 5., quæ in minusculis dedi. **ΙϹΙΔΟϹ** certissimum est. Erat quoque Augusta, Ἥρα, Ἀφροδίτη, *Vesta*, Καρποφόρος, id est, *Ceres*[q],

[n] Meminit et hujus Wilkinson. in libr. *Topogr. of Thebes*, p. 392.

[o] Scil. tit. XXIV. p. 230. Exemplar ad simile confectum dedit Letronn. in Tab. VI. *c.*

[p] Conf. Eckhel. vol. VI. pp. 188. *b.* seq.

[q] Ibid. pp. 150. ss.

et apud Ægyptios honores amplissimos fuerat consequuta[r]. Censendi sunt in hoc loco eam ornasse gentilitia dignitate ut *Liviam* Ilienses in nostro, Fasc. II. n. CCVI. 11. In v. 2. med. habet Wilkinson. **ΘΕΑΠΕ ΓΙϹΤΗΙ**. Ablegavit sine causa **Ι** postcript. Letronn. In fine Wilkins. **ΓΛΟΥΓΛΕΙ**, indiciis sinceræ lectionis bene conservatis, quam ideo restituit editor ejus eruditus. Galerii, Præfecti Ægyptii, meminit Plinius[s]. Dein, certissimum est **ΠΡΟΝΑΟΝ**, monentibus intervallo et situ fragmenti. Conf. infr. CCCCXX. 4. In v. 3. habet *W.* **ΠΡΟϹ ΤΑΤΗΙ**, dein sub fin. **ϹϹΒΑϹΤΟΥ**. Hanc comparationem feci ex Tab. VI. *c.* operis Letronniani.

De numine *Triphide* conf. not. ad tit. prox. v. 4. Nomen conditoris deperditum est ob fracturam lapidis ad dextram partem, quæ et ceteros versus inscriptionis injuria affecerat. Quædam porro in opere ejus laudatissimo de Ægypto antiqua[t] habet Wilkinsonus quæ accuratiora requirentes abesse velint, qualia in primis sunt ab eo prolata de Julia Augusta in v. 1. Liquet nimirum ex dictis supra hic de Livia Drusilla agi quæ, superstite marito ejus Nerone, Augusto cessit, et post Imperatoris mortem, qui eam adoptaverat in gentem Juliam, *Julia Augusta* audivit. Erat et altera Julia Augusta, filia Augusti ex Scribonia, conjuxque primo Agrippæ, deinde Tiberii Imp., in primo cujus anno diem supremum obiit infamia ob impudicitiam notata[u]. Ideo ad hanc nequit titulus respicere, aliter tamen statuente Wilkinsono, qui exinde historicos vult correctos. Deinde a viro erudito vertitur προστάτης in v. 3. *Prefect*, Θρίφιδος, *of the city of Thriphis*, in quibus incuriam du-

[r] Conf. infr. n. CCCCXV. 3. Letronn. tit. IX. p. 81. Eckhel. IV. p. 49. a.

[s] Vide XIX. 1. 3. ubi de lini præstantia, exemplo a velis linteis capto, disserit: *In qua non occurret vitæ parte, quodve miraculum majus, herbam esse quæ admoveat Ægyptum Italiæ; in tantum, ut Galerius a freto Siciliæ Alexandriam septima die pervenerit, Babilius* (Balbillus, infr. CCCCXV. 28.) *sexta, ambo præfecti?*

[t] Conf. vol. IV. pp. 265. s.

[u] Vide Tacit. *Annal.* I. 53. Cf. et Zonaram.

plicem notes. *Prostates* est *summus sacerdos*, *ἀρχιερεύς*, ut in Papyro Leidens[v]. *τοῖς ἐπιστάταις τῶν ἱερῶν καὶ ἀρχιερεῦσι*, h. e. *Præsidibus templorum qui et Antistites erant*, fere ad exemplar notissimi *πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος* per quod efferebant Græci Romanum *legatus proprætore*. His ita intellectis concidit statim argumentum de urbis ipsius nomine. Videtur equidem cognominata fuisse a dea, non vero recepisse nomen ejus exactum. Erant re vera Athribes duæ: una erat caput nomi Bubastem inter Nilumque sita, de quo Geographi[w]. Altera (nostra) vocatur etiam nunc a Coptis, retenta appellatione veteri, *Athrébi*, Arab. اتريب, et sæpissime a templo, المدينة الشيش[x].

PANOPOLIS (quæ et CHEMMIS). الخميم.

CCCLIII a.

Descripta de monimento reperto inter parietinas veteris Panopolis, ubi nunc sita est *A'khmîm*[y]. Conjecit Pocockius illud partem fuisse

[v] Scil. in Reuvens. III. p. 38. citato a Letronn. ad tit. XXVII. p. 374.

[w] Scil. Ptolem. in IV. 5. Stephan. *De Urbb.* Strab. XVII. 1. pp. 440. 457. T. Plin. v. 9. 3. et 11. 5. Conf. Marcellin. in *R. G.* XXII. sub fin. et de reliquiis, Jomard. *Antiq. Descr.* tom. II. 22. in Letronn. ubi supr. p. 229. De Athribe nostra vide Wilkinson. ubi supr. vol. IV. p. 265. collat. cum v. p. 136. et *Topography of Thebes*, etc. pp. 392. ss.

[x] Wilkinson. vol. v. ubi supr.

[y] Scriptum ab *Abû 'l Fedâ* اخميم in *Descr. Ægypt.* p. 17. Ceterum in hoc manifesto latet *Chemmo* Ægyptiorum veterum, Χέμμις Herodoti, II. 91. In quibusdam codd. Diodori, I. 18., exstat Χέμμιν ἢ Χεμμώ, quorum illud jure improbavit Wesseling., collatis formis Κοπτώ, Λεοντώ, Ἀντινώ, (*Antinoû* in Marcellin. XXII. 16. init.), etc., in not. ad loc.

De Panopole, præter Diodorum in loc. cit., vide Strabon. XVII. 1. p. 457. T. qui vocat eam Πανῶν πόλιν. Ptolem. IV. 5. Plin. (de Nomo), v. 9. 3. (de Urbe) 11. 2. Perhibetur ibi natus auctor Dionysiacorum, Nonnus. Originem oppidi hodierni narrat *Abu 'l Fedâ*, ubi supra: tractat et Wilkinson. in libr. *Topogr. of Th.* pp. 394. s.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟCΚΑΙCΑΡΟCΝΕ.........ΝΟΥCΕΒΑCΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥ
ΚΑΙΤΟΥΠΑΝΤΟC..........ΠΑΝΙΘΕΩΙΜΕΓΙCΤΩΙ
ΤΙΒΕΡΙΟCΚΛΑΥΔΙΟCΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛ.......ΩΝΟCΥΙΟCΚΟΥΙΡΙΝΑΙΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙC
ΤΩΝΚΕΧΕΙΛΙΑΡΧΗΚΟΤΩΝ.......ΗCΤΡΙΦΙΔΟCΚΑΙΠΑΝΟCΘΕΩΝΜΕΓΙCΤΩΝ
ΟΥΚΙΟΥCΟΥ....ΙΟ........ΠΑΡΧΟΥΑ...Π.ΟΥΗΡΞΑΤΟΤΟΕΡΓ
CΥΝΕΤΕΛΕCΘΗΔΕ
L·ΙΒ·ΑΥΤΟΚΡΑΤ..................ΤΡΑΙΑΝΟΥCΕΒΑCΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥ...ΩΝ·ΙΕ

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Νερούα Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ, Γερμανικοῦ, Δακικοῦ,
καὶ τοῦ παντὸς οἴκου αὐτοῦ· Πανί, θεῷ μεγίστῳ,
Τιβέριος Κλαύδιος, Τιβερίου Κλαυδίου - - - ωνος υἱὸς, Κουϊρίνᾳ, Ἀπολλίναρις,
ὁ ἐκ τῶν κεχιλιαρχηκότων, Προστάτης Τρίφιδος καὶ Πανός, θεῶν μεγίστων,
Τὸ πρόπυλον, ἐπι Λουκίου Σουλπικίου Σιμίου, Ἐπάρχου Αἰγύπτου. Ἤρξατο τὸ ἔργον
τῆς οἰκοδομῆς ἔτει (τῷ δεῖνι), συνετελέσθη δὲ
ἔτει δωδεκάτῳ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Νερούα Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ, Γερμανικοῦ, Δακικοῦ, Παχὼν πεντεκαιδεκάτῃ.

propylæi ædium Soli dedicatarum, argumento petito a vestigiis hieroglyphicis illic in saxo repertis[1]. Hæc non mihi contigit videre ob causam brevi memorandam: probabile tamen reor in parte lapidis vel propylæi quæ jamdudum, vi barbarorum illata, evanuit, insculpta quædam exstitisse ob oculos ponentia vim Solis generativam, quæ ipsa in Ægyptiorum theogonia personam induit sub specie *Khem*[2], h. e. Panis. Minime vero intellexisse videtur Pocockius inscriptionem suam quæ diserte narrat seqq. Tiberium Claudium Apollinarem, summum sacerdotem Triphidis et Panis, struxisse (propylæum?) quod Pani, deo maximo, dicavit, opusque ad finem fuisse perductum in anno duodecimo imperii Trajani.

Incidi in monumentum perlustrans rudera quæ paucissima restant oppidi vetusti. Structura erat oblonga, rectis angulis definita, plus minus duodecim pedes habens longitudinis et semissem moduli istius latitudinis, introitum quoque arcuato similem qui factus fuerat disrupto a quodam vicanorum saxo ut vicem domicilii camera quæ intus

[1] Conf. *Descr. of the East*, vol. I. p. 277. Confirmant Pocockiana in plurimis recentiores citati a Letronnio ubi supra, pp. 104. s. nempe, Sanct. Genisius in *Descr. de l'Égypte*, tom. II. not. *Achmim*, pp. 22. s. Cailliaud. *Voy. à Méroé*, III. pp. 304. ss. Hamilt. in *Ægypt.* p. 263. Agnoscit Letronn. in narrationibus eorum sphæram in plano projectam (*Planisphère*) sc. Zodiacum, in quo species se produnt Scarabæi, h. e. *Cancri*, Centauri (*Sagittarii*), Capricorni, Tauri. Hinc explicata habemus quæ confusius tradidit Pocock. de indicato Solis cultu in ornatibus hierographicis. Aedes erant Panis, i. e. *Khêm:* attamen certissimum est consociatos fuisse *Khêm* et *Amun-Re*, Wilkinsono ipso fatente in vol. IV. p. 290. quam doctrinam attigit et Diodorus in libr. I. 11. ubi asserit Solem nuncupari *Osiridem* (cf. Plutarch. De *Is. et Os.* LI. alibique, et Macrob. *Saturn.* I. 21.), et in 25. Ὄσιριν - - - πολλοὶ Πᾶνα νενομίκασι. Diserte Macrob. ubi supr. c. 22. *Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu quo cernitur Solem se esse prudentioribus permittit intelligi.* Atqui inter Solem et Osiridem, quos invicem adeo confuderunt scriptt. Græci et Romani mythologiæ Ægypti parum scientes, distinguere solent penitiore doctrina instructi, pariterque inter Isidem et Lunam. Conf. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* vol. IV. ubi supra.

[2] Wilkins. *ibid.* pp. 210. 264. s.

patebat præstaret. Spatio peragrato ruinisque quæ circumquaque jacebant visendi studio lustratis, attentius saxi superficiem intuitus per gypsi involucrum quod a barbara manu obductum fuerat simulacra litterarum detexi quæ iterum atque iterum palpando, tactu re vera potius quam visu, ad speciem eorum pristinam revocavi. Partem vero centralem, quam lacunis deformatam edo, prorsus amissam dolebam per vim monimento illatam. Satis tamen manebat describenti monstrans quod juxta limites delubri Chemmitici versabar.

Ediderunt Pocockius, Hamiltonus, Francogallus L'Hôtius, recenter, collatis horum exemplaribus, Letronnius[b]. Cuncta hæc ipse, quum monimentum adii, ignorabam, id quod fortasse pretii quid exiguum laboribus meis in constituendis lectionibus confert. Deinde ad studia conversus Pocockianum primum conspexi, postmodum modico temporis intervallo cetera.

Decurrit *P.* in v. 1. [- - - - - ΟΙϹЄΚΑΙϹΑΚΙ - - - - - ΛΝΟΙϹЄΒ] ΑϹΤ [ΟΗ] ЄΡΜΑΝΙΚΟ [ΗΑ]. Notes menda hic orta ex usu litteræ postscriptæ minime a P. perspecto. Accuratiora præbent *H.* et *L'H.* finemque versus plura. In 2. extr. *P.* ΟϹ ab ΙΜЄΠΟ ab Ι. Hic et in seqq. per ab expressit *P.* insolitam formam litteræ Ω, parum quum fuerit sensus quadratarii gnarus. Plura, nempe quæ ipse reperi, in init. et fin. dant *H.* et *L'H.* In 3. pars post lacunam decurrit in *P.* bΝΟϹΥΙΟϹΚΟΥΡΙΝΑΑΠΟΛΙ[Ν]. Cetera apographa nostro conveniunt, nisi quod *H.* et *L'H.* sicut *P.* ΚΟΥΡΙΝΑ. In 4. pars ante lacun. eadem est in cunctis. In ult. *P.* ΙΙϹΤΡΙ a|b ΔΟϹΙϹΑΙΠΑΝΟ ΟϹ ab. Ν. Hic notes ΙϹ incuriose positum pro Κ, quod ipsum ex forma singulari hujus litteræ ortum quam in nostro habent studiosi

[b] Ubi supr. Tit. XIII. p. 106. Editus fuerat antea a viro erudito in libr. *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte*, cum obs. pp. 194–228. Loc. Pocock. est in libr. ubi supr. vol. I. p. 277. Hamilt. in *Ægypt.* p. 263. L'Hôtii in *Lettres, etc.*, p. 87. Conf. Letronn. p. 105. et ad sim. factum exemplar in Tab. VI. *b. f.*

expressam. Hanc partem satis ad amussim dederunt *H.* et *L'H.* In 5. init. *P.* habet **CYIIC - - - - Y[C] - - II.** In cet. lacuna est. *H.* **ЄΠΙΠ . . . . . . IOY . . . . ΑΡΧΟ . . . . ΗΡΞΑΤΟЄΡΓΟΝ.** Deficiunt prima in *L'H.* Ultima sic dantur; **ΠΑΡΧΟΥΑΜΥΠΤΟΙΗΡΞΑΤΟΤΟЄΡΓΟ.** In 6. prima pars abest ab omnibus: nimirum fuerat abscissa, aditu supra memorato ad interiora facto. Reliqua varie *P. H. L'H.* **CYNЄΤЄΛЄCOIIΔC, CYNЄΤЄ ΛЄCΑΝΔΟ, CYNЄΤЄΛЄCΘΗΛC.** Quod dedit *H.* necessario fert secum opus fuisse peractum sumptibus conlatitiis, atqui hoc vetat fides lapidis. In v. 7. *P.* **Π̄ ΒΑΥΤΟΚΡ,** etc. Dein **ΝЄΡΟΥ.** Sistit cum **ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΥ,** cui **ΔΑΚΙΚΟΥΥΠΑΡΧΞΣΝΤΟC** subjiciuntur ab *H.* Erant nempe intervalla ultra citraque nomen mensis quæ expleverat vir erud. illatis alienis.

Quædam explicandi gratia nunc tentanda sunt. Formula exordii notissima est: conf. Fasc. II. n. CCXLIII. vv. 1–6. ubi dantur explicatiora, collatis plurimis in hoc vol. CCCLII. CCCLXIV., etc. *Germanicus* audit Imperator: titulum agnoscas adoptivum a Nerva profectum[c]. In v. 2. secundum notata supra exspectaveris **CYNΠΑΝΤΟC.** In lacuna, quam sicut ceteras quæ sequuntur dimetiebar, desunt litteræ quasi duodecim: ideo explent satis quas interserui. Pani, id est *Khem,* deo maximo in Pantheio Ægyptiorum[d], dicatur propylæum. In v. 3. defectus erat litt. circiter tredecim, quem video suppletum in Tab. Letronn. supradict. per **ΝЄΡΞΣΝΟC,** quod sane prægressis optime quadrat. Conjeceram ipse **ΚΑΠΙΤΞΣΝΟC.** De tribu *Quirina* quæ sub extr. memoratur vide Fasc. II. tit. CVIII. 6. In v. 4. dicitur propylæi conditor fuisse *ἀπὸ* (vel *ἐκ*) *τῶν κεχιλιαρχηκότων*, quod ver-

[c] Conf. Plin. *Panegyric.* IX. 2. *Eidem, quum Germaniæ præsideret,* Germanici *nomen hinc missum:* nimirum, jure adoptionis, quo in omnes patris titulos successit. Eodem et postea Hadrianus. Vide Eckhel. VI. pp. 459. s.

[d] Conf. Herodot. II. 145. Παρ' Αἰγυπτίοισι δὲ Πὰν μὲν ἀρχαιότατος καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν. Add. Diodor. I. 13. et auctt. cit. in not. supr. z.

terim *Extribuno militum.* Constructionem notes eandem ac supr. CCCL. 4. *τῶν ἐξ ἱεροποιῶν*, ubi cf. Letronn.[e] De gradu militari vide Fasc. II. n. CCXXX. 8. speciatim de Chiliarchis in præfectura Ægypt. infr. CCCCXIV. 23. et Strabon. ibi citatum. Abscissæ fuerant post hæc plus minus octo vel novem litt. quæ lacuna bene expletur secundum Athribensem prægress. v. 3. inducto **ΠΡΟϹΤΑΤΗϹ**. Possis et **ЄΠΙϹΤΑΤΗϹ**, ut ibi monitum. Hic notes consociatos Triphidem et Panem, numina maximæ dignitatis. Huic vidimus qui in fastigio honoris statuebatur ab Ægyptiis titulum congruere, Triphidi quoque in prægresso, v. 2., fortassis ob hanc causam quod solenniter erat cum Pane (*Khem*) *σύνναος* vel *συννόμιος*. Conf. Oasen. infr. CCCCXIX. 2. Dolendum est vestigia tam pauca restare ædium, Athribensium quæ huic deæ fuerant dicatæ, aliter magis comperta haberemus ei in Ægyptiorum superstitione attributa: sed fortassis quæ sparsim nobis innotescunt indicia satis probabile faciunt eam fuisse cum Buto cui, in theogonia Græcorum, respondebat Λητώ (*Latona*), eandem; proinde repræsentasse Noctem, sociam Chai, primigeniam, *Γένεσιν πάντων*[f]. Hoc porro cum notionibus supra de Pane expositis

[e] Scil. citatis Spon. in *Miscell.* p. 343. et Pausan. v. 13. 2. Huc respiciunt formulæ in sacr. cod. ubi metonymiam agnoveris *Abstracti* pro *Concreto*, *οἱ ἐκ πίστεως*, *οἱ ἐκ περιτομῆς*, etc. in *Ep. ad Galat.* III. 7. et *Act. Ap.* X. 45. Adsciverunt et Latini: cf. Cicer. *Ep. ad Brutum*, XV. Solon *et sapientissimus ex septem et legum scriptor solus ex septem.* Ep. ad Divv. XIII. 3. *A. Fufium, unum ex meis intimis, etc.* Sic et Hebræi suum מִן.

[f] In loc. cit. supr. in not. *w.* refert Strabo Athribitas in honore habuisse *mygalen* (quam physici vocant *soricem myosurum, the shrew-mouse*), Herodotus autem in II. 67. scribit, *τὰς δὲ μυγαλᾶς καὶ τοὺς ἴρηκας ἀπάγουσι ἐς Βουτοῦν πόλιν.* Reddit, more suo, causam Plutarchus in *Symposiac.* IV. 5. 2., eamque haud discordem attributis deæ Buto, de quibus tractat Wilkinson. in *Ægypt.* IV. 273. v. 134. His una sumptis colligit vir eruditus neminem aliam nisi *Buto* fuisse Triphidem nostram, caputque leoninum effigiem ejus gestasse.

Si hoc verum sit, expendas annon melius expedire nomen *Triviam* Dianæ a Latinis tributum possimus quam per com-

optime convenit. In v. 5. habemus in principio, secundum formulam solennem, nominatum Præfectum, de quo nullus locus est dubitandi, quum notum sit Sulpicium Simium id dignitatis nactum fuisse in anno XII. imperantis Trajani[g], vestigiaque adeo manifesta sint istius nominis in apographo nostro. Prænomen possis statuere **ΠΟΠΛΙΟΥ** vel **ΛΟΥΚΙΟΥ**, sed hoc incertum. Sub finem v. *ἤρξατο* accipiendum reor intransitive dictum, *initium habuit*, sicut in loc. Gregor. laudat. a Stephano[h], dein sequuta esse in integro monimento, *τὸ ἔργον οἰκοδομήσεως*[i], vel (ut in CCCCXVIII. 4. infr.) *οἰκοδομῆς, ἔτει* (*τῷ δεῖνι*). Bene cum hoc quadrant quæ sine dubio prostabant in lapide, *συνετελέσθη δε*, hoc ritu declaratione facta anni in quo inchoatum fuerat opus et in quo finitum. Scio me in hoc Letronnium habere dissentientem, id quod fecit ut aliquantisper in supplendo hæserim. Prælata habuit vir erud. seqq. *Ἤρξατο τὸ ἔργον ποιεῖν ἐκ τῶν δημοσίων δαπανημάτων, συνετέλεσεν δὲ ἐκ τῶν ἰδίων*, quæ meo judicio in titulum quædam non aliunde cognita et gratuito dicta inferunt. Satius mihi videtur ponere Apollinarem[k], sicut ex proprio aggressus fuerat

menta Varronis in *L. L.* vol. I. p. 83. Bipont., scil. ex nutrice ejus Latona. Similem conjecturam de nomine *Tryphiodorus* cepit Letronn. ubi supr. p. 233.

[g] Conf. tit. Wilkinsoni in Letronn. ubi supr. p. 421.

[h] Scil. *De Theol.* I. Οὐκ ἄρχεται γὰρ (*initium habet*) ὑπὸ χρόνου ὁ χρόνων Δεσπότης. Expendas seqq. Xenoph. *Discipl. Cyr.* I. 2. 2. Οὗτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἄρχεσθαι τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελούμενοι οὐκ ἔνθεν, ὅθεν περ ταῖς πλείσταις πόλεσιν ἄρχονται, ubi notes eandem constructionem ac in vernac. nostr. participii. Cum *infinito* Aristoph. in *Nub.* 1351. 1353. Ἀλλ' ἐξ ὅτου τὸ πρῶτον ἤρξαθ' ἡ μάχη γενέσθαι Ἤδη λέγειν χρὴ πρὸς χορόν. Dein; Καὶ μὴν ὅθεν γε πρῶτον ἠρξάμεσθα λοιδορεῖσθαι Ἐγὼ φράσω. Hoc Letronnianum ἤρξατο ποιεῖν commendat, cui tamen non nihil adversatur συνετελέσθη δὲ quod procul dubio suadet monimentum. Si in nostro quis suppleat γενέσθαι vel γενόμενον, non adversor.

[i] Conf. Fasc. II. n. CCXXII. vv. 7–9. collat. cum XLV. 5. s.

[k] Nomen historicum est. Conf. Tacit. *Hist.* III. 57. 76. s. nempe in an. U. C. 823. ep. nostr. 70., flagrante bello inter Vitellium et Flavianos, memoratur Claudius Apollinaris, Præfectus classi Misenensi.

opus, ita et ad exitum perduxisse, occasionesque fuisse memoratas ut diligentiæ simul atque liberalitatis laudes consequeretur.

Reliqua satis in propatulo sunt. Tempus absoluti operis erat annus duodecimus Trajani qui imperare cœpit anno ineunte U.C. 851. epochæ nostr. 109. Versamur porro in mense *Pachon*, cujus diem *nonum* posui, hoc est, IV. Nonas Maias. Sin arrideant numerales Letronnii, scribere oportet vel VI. vel Pridie Idus.

PHILÆ. Πιλακϩ. الجزيرة البربة القصر.

CCCLIV. a.

ΒΑϹ	Βασιλέως Πτο-
ΛΕΜ	λεμαίου, τοῦ καὶ
ΑΛΕ	Ἀλεξάνδρου, τὸ
ΠΡΟϹ	προσκύνημα, καὶ
5 ΤΗϹ	τῆς Βασιλίσσης,
Α	καὶ τῶν τέκνων. Ἔτους
ΠΑ	(τοῦ δεῖνος), Παχὼν (τῇ δεῖνι),

Descripta de propylæo ædium Isidis apud Philas[1], ad partem dex-

Congruentia invicem nomina et tempora conjecturam satis probandam faciunt proditorem classis fuisse patrem nostri. Conf. Letronn. ubi supr, p. 111. not. 1.

Utrum ad hunc pertineant quæ narrantur in tit. Oasen. CCCCXIX. ambigendum duco. Conf. argum. vv. ll. in loco.

[1] De Philis adeas Strabon. XVII. 1. pp. 465. ss. T. Plin. V. 10. 10. Senec. *Quæst. Nat.* IV. 2. 3. Inter hodiernos, Madoxii libr. *Excursions*, etc. vol. I. p. 368. Wilkinson, *Ægypt. Antiq.* vol. III. p. 403. v. p. 53. His cum fructu addideris opp. doct. Francogall. Lancret, Jomard, Gau, etc.

Nomen a Coptis elatum erat Πιλακϩ, quod et Πιπ̄λακϩ, Μαπ̄λακϩ, indicantia omnia in *finibus* situm: conf. infr. CCCLIX. c. 11. s. et Wilkinson. *Topography of Thebes*, pp. 466–469. Addas Champollion, *Égypte sous les Pharaons*, tom. I. ch. 4. pp. 154–158. Quatremérii, *Mém. Géograph, de l'Égypte*, I. p. 384. Equidem patet ex dispari scribendi ratione Græcorum Φίλαι, Φύλαι, quæ et oxy-

tram. Simulacrum Isiacum quod proxime stabat, recentius sculptum, pleraque elementa tituli deleverat. Quæ restant vero satis edocent nos habere proscynema regnante Ptolemæo Alexandro I. factum, et ad formulam solemnem compositum, scil. commemoratione in primis facta regis ipsius, deinde conjugis et liberorum, apposita subinde nota temporis. Quæ descripsi omnia certissime constant præter illud ΠΑ in v. 7. pro quo chartis primum mandavi ΦΑ h. e. ΦΑΜΕΝΩΘ vel ΦΑΡΜΟΥΘΙ. Constiti in ΠΑ quod dicis caussa explevi ΠΑΧΩΝ.

Elementa ΑΛΕ in v. 3. luculenter indicant ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Duo erant Lagidæ ita appellati, nempe filius Evergetæ et Cleopatræ II. fraterque Soteris, qui regnum consiliis maternis ab Alexandrinis adeptus est in anno A. C. 107. tenuitque ad usque an. 90. quo tempore coactus est a civibus se imperio abdicare parricidium exsecrantibus[m]. Conjux ejus, in v. 5. procul dubio memorata, ἡ βασίλισσα, erat Cleopatra filia Soteris II.[n]

Alter, scil. Ptolemæus X., filius erat Alexandri I. et ad imperium vocatus est mortuo Sotere. Sed vetat brevissimum intervallum ne de hoc cogitemus, nam post diem undevicesimum in exsilium actus est ab Alexandrinis in quorum odia incurrerat propter cædem Berenices.

Titulum et hunc et sequentem cuidam anno inter 97. et 90. tribuerim. Hoc ob nomen matris omissum, quod ex actis publicis extrusum statuunt per totum illud intervallum[o].

tona aliquando proferuntur, originem eos agnovisse peregrinam.

[m] De his omnibus singillatim conferantur seqq. Pausan. I. 9. 1. s. Strab. II. 3. p. 156. T. Justin. XXXIX. 3. 1. et 4. 1–6. 5. 1.

[n] Hæc et *Berenice* audivit, et sub hoc nomine ponitur in recensu Eckheliano, vol. IV. p. 20. b. Eadem erat quam postea Alexander II., auctore Sulla, duxit atque in die regni XIX[a]. morti dedit. Appian. *Bell. Civil.* I. 102. Conf. Letronn. *Inscr. de l'Ég.* I. p. 69. et *Tab. Chronolog.* p. 79. cujus fidem sequutus sum in temporum ratione definienda hic et alibi.

[o] Letronn. ibid. pp. 76. s.

CCCLIV. b.

ΒΑCΙΛΕΩ	Βασιλέως Πτολεμαίου,
ΤΟΥΚΑΙΑ	τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου,
ΤΟΠΡΟCΙ	τὸ προσκύνημα,
ΚΑΙΤΗC	καὶ τῆς Βασιλίσσης,
ΚΑΙΤC	καὶ τῶν τέκνων,
ΠΑΡΑ	παρὰ Ἴσιδι τῇ κυρίᾳ·
ЄΓΡΑΨ	ἔγραψαν (ὁ δεῖνα)
Є . Π	Εὐπάτορος καὶ
ΑΙΡ	Χαιρέστρατος, ὁ υἱὸς
ΑΥ⁻	αὐτοῦ· Ἔτους (τοῦ δεῖνος),
ΜЄC	Μεσορή (τῇ δεῖνι).

Descripta de propylæo aditui proximo, sinistrorsum vergente. Plurima elementa absunt ob causam in argumento prægresso memoratam, sed in insignioribus facillime supplenda veniunt. Agnoscimus proscynema Ptolemæi IX., Reginæ ejus et liberorum, factum per quosdam aulicos in quodam anno intervalli A. C. 97–90. Adeas arg. prægr.[p]

Supplevi in v. 6. *παρὰ τῇ κυρίᾳ Ἴσιδι* secundum formulam usitatiorem: conf. CCCLIV. *e.* et al. Recentior erat *δεσποίνα*, ut in CCCLXI. *a.* v. 17. In v. 7. post *ἔγραψαν* sequutum est, ni fallar, nomen inscribentis, dein in 8. patris ejus, et in 9. filii. In 8. descripsi primum **C - -TP**, quasi fuerit *Σώστρατος*. Possis hæc omnia et ad hunc modum constituere : *Ἔγραψαν (ὁ δεῖνα), ὁ καὶ Σώστρατος, καὶ Χαιρέστρατος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ.* Sed levioris momenti est, ut et in v. 11. utrum legendum sit **MЄCOPH** an **MЄXЄIP**.

[p] Conf. Letronn. ibid. p. 77. ubi restituitur hic titulus usque ad v. 7.

CCCLIV. c.

ΒΑϹ . . . . ΑΙΟΥ	Βασιλέως Πτολεμαίου,
ΘЄ . . . . ΗΡΟϹ	θεοῦ, Φιλαδέλφου, Σωτῆρος,
ΤΟ . . . . ΚΥΝ . . . . . . ΠΟ	τὸ προσκύνημα, ὃ πεποίη-
Κ . . . ΡΑ . . . . ΙϹΙΔΙ	κε παρὰ τῇ κυρίᾳ Ἴσιδι κ. τ. λ.

Descripta de eadem parte propylæi ædium Isidis ac supra in n. CCCLIV. a. expressa, quorum ad verticem proxime stabant. Prorsus evanuerant media in vv. 1. 2. et, maximam partem, in 3. 4. opera sculpentis cujus memini in argumento tituli *a*; extrema dextrorsum manent in saxo inter corpus figuræ et brachium sinistrum. Commemoratum habemus adorandi actum a Ptolemæo VIII. qui et Soter II., de quo conf. argum. supradictum.

Notandæ sunt appellationes *θεός*, *φιλάδελφος*, quarum priorem passim videre est Lagidis, etiam superstitibus, attributam[q]. Citat Eckhelius[r] epigrapham nostri Ptolemæi, **ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΣΩ . ΘΕ.** Titulus *Φιλάδελφος*, quem æque ac *Ποθεινός*, regno Ægypti recuperato, Soteri cessisse probabile est, satis explicatur a verbis Justini[s]; *Nam ubi primum compertum est scelere filii* (scil. Alexandri I.) *matrem interfectam, concursu populi in exsilium agitur, revocatoque Ptolemæo* (Soteri) *regnum redditur; qui neque cum matre bellum gerere voluisset, nec a fratre armis repetere, quod prior possedisset.* Animus quoque fraternus erga sorores, a matre immiti adeo vexatas, perhibetur[t].

[q] Adeas id. in vol. I. nn. II. III. etc. in primis Rosettens. n. XXV. 5. et nostra ad CCCLI. 3. supr. p. 152.

[r] Doctr. Num. IV. p. 18. a. cf. p. 16. b. et al.

[s] Histor. XXXIX. 5. init.

[t] Justin. ibid. 3. § 2. *Compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram*, etc. Cf. Letronn. ubi supr. p. 66.

Deest huic titulo commemoratio usitata Βασιλίσσης vel Βασιλισσῶν, id quod limites ætatis ejus satis comprobat. Nimirum mater Cleopatra jamdudum fuerat exstincta, quæ porro sorores ejus, dein uxores factas, hanc ut Cyziceno, illam Grypo, matrimonio novo se jungerent, adegerat[u]. Redux ideo consortem thori nullam habuisse censendus est Soter II., hoc est, in intervallo ab 89. ad 81. A. C. quo anno mortem obiit.

CCCLIV. d.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟϹ	Καλλίμαχος, ὁ συγγενὴς
ΟϹΥΓΓЄΝΗϹΚΑΙЄΠΙ	καὶ ἐπιστράτηγος καὶ
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹΚΑΙϹΤΡΑ	στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς
ΤΗΓΟϹΤΗϹΙΝΔΙΚΗϹ	καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης,
ΚΑΙЄΡΥΘΡΑϹΘΑΛΑϹϹΗϹ	ἥκω πρὸς τὴν κυρίαν Ἶσιν
ΗΚωΠΡΟϹΤΗΝΚΥΡΙΑΝΙϹΙΝ	καὶ πεποίηκα τὸ προσ-
ΚΑΙΠЄΠΟΗΚΑΤΟ ΠΡΟϹΚΥΝΗΜΑ	κύνημα τοῦ κυρίου Βα-
ΤΟΥΚΥΡΙΟΥΒΑϹΙΛ ЄωϹΘЄΟΥΝЄΟΥ	σιλέως, θεοῦ, νέου Διο-
ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟϹ	νύσου, Φιλοπάτορος καὶ
ΛΦΟΥ	Φιλαδέλφου· Ἔτους ἐν-
LΘΠΑΧωΝЄ	νάτου, Παχὼν πέμπτῃ.

Descripta de parte propylæi juxta aditum. Commemoratur proscynema Ptolemæi XI., dicti et *Auletæ*, per Callimachum, in anno nono regni ejus (A. C. 72.) et die quinta mensis *Pachon* (Prid. Idus Maias).

Rex hic memoratus erat, ut norunt omnes, filius nothus Soteris II. de quo in prægressis disserui, quem cives Alexandrini cum fratre advocatum regem constituebant ne Romanorum fieret Ægyptus secun-

[u] Justin. ibid. et 4. § 4. *Cleopatra - - - ingentia Grypo auxilia, et Selenen uxorem nupturam hosti prioris mariti mittit.* Letronn. pp. 59. s.

dum testamentum Alexandri II. heredum regni nuncupatorum[v]. Eum pessimis accensuit Strabo[w] cognomento ejus *Aulete* compellatum, h. e. *tibicine*, quod vero a monimentis hujusmodi abest: non item **ΝΕΟϹ ΔΙΟΝΥϹΟϹ**, quod meruit propter studium ejus in cærimoniis Dionysiacis ornandis[x].

Regnum adiit in anno A. C. 81., favore Cæsaris conciliato: dein, amori fraterno parum obsequutus[y], ab Alexandrinis ejectus est XXIII. annis post, suffectis in locum filiabus Tryphæna et Berenice. Postea reversus auxilium conferente Gabinio, præside Syriæ, imperium recuperavit in an. 55. obiitque mortem in 52.

[v] Conf. Cicer. *Orat. de Leg. Agrar.* I. 1. init. II. 16. init. Posui hic *Alexandri* II. ex mente Eckhelii, cujus vero doctrinam vide sis impugnatam ab eruditissimo Maio (ex Appian. *Bell. Civil.* I. 102. Petav. *Rationar. Temp.* X. c. 48.) in nota ad Cicer. fragm. *De Rege Alexandrino*, Edit. Lemair. tom. penult. p. 151. Litem dirimere non est hujus loci.

[w] Conf. libr. XVII. 1. p. 430. et Athenæi v. 39. extr. Attamen nomen irrisorium æque Bacchum colenti convenit ac Νέος Διόνυσος, sicut patet ex descriptione pompæ Bacchicæ in Athen. v. p. 199. a. Ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. Conf. Potteri *Archæolog. Græc.* Libr. II. c. 20. § Διονύσια.

[x] Lucian. *De delatione non temere cred.* XVI. ab init. Παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι ἐγένετό τις ὃς διέβαλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνει, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις κ. λ. Conf. Clem. Alex. *Protrept.* p. 22. A. Spanheim. *Pr. N.* p. 435. Freinshem. *Suppl. Liv.* LXXXIX. 24. Eckhel. *D. N. V.* IV. p. 21. b. Asserit Eckhelius hoc nomen Auletæ fuisse tributum *vel per adulationem vel formæ illecebras*, sicut Antiocho VI. (cf. III. p. 232. b.) *causa venustatis*, ubi assentientem habet Viscontium in *Iconogr. Græc.* II. p. 336. Temere hoc: causam potius existimo quam in argumento statui, ut Mithradati Magno fuit in titt. Deliis Böckh. nn. 2277. *b.* et 2278. 2., Antonino in Osann. *Syllog. Inscr.* p. 205. Possis sane *vinolentiam* intelligere in eo quod de Antonio tradidit Plutarch. LX. extr. Προσῳκείου δ' ἑαυτὸν Ἀντώνιος - - - Διονύσῳ κατὰ τὸν τοῦ βίου ζῆλον, ὥσπερ εἴρηται, Διόνυσος Νέος προσαγορευόμενος. Conf. Letronn. *Recueil*, etc. I. n. XXXII. p. 394.

[y] Nempe, opem ferre contra Romanos Cyprum occupantes recusavit. De hoc Ptolemæo conf. Trog. in *Prolog. Hist. Philipp.* XL. 4. Ampliora dant Strabo in XIV. 6. ult. Cicer. *Orat. pro Sextio*, XXVI. sub. f. *Pro Dom.* etc.

Θεὸς appellatur in v. 8. sicut Ptolemæi ceteri: vide supr. CCCLIV. c. Φιλοπάτωρ in 9. studium erga memoriam patris Soteris II., in cujus locum, etsi nothus, successit, revocabat, et Φιλάδελφος in 10. dilectam a civibus et infelici sorte usam Cleopatram Berenicen. Minime probabile reor hunc titulum propter fratrem fuisse adscitum, cujus ditionem aliquot annis postea vi a Romanis occupatam animo tam æquo pertulit Auletes; leve sane indicium affectus fraterni.

Denique abesse notes ab hoc titulo mentionem Reginæ et prolis, unde concludendum videtur Ptolemæum XI. adhuc cœlibem fuisse.

Adorandi actus fiebat per Callimachum, sicut infra per Lysimachum et Theodotum. Designatur prior horum ὁ συγγενής, hoc est, Ptolemæi ipsius, idque non per affinitatem sanguinis sed appellatione honorifica. Re ipsa nobilitatis speciem præ se ferebat cognatio illa, sicut apud nos per titulum *cousins* designatur a regibus Proceres regni. Originem communiter ad Persas revocant[a]. Conf. infra CCCLVIII. a. b. Sequitur mentio Epistrategiæ, de quo munere conf. notata ad titt. CCCLXV. 2. CCCCXX. 5. Dein, Strategiæ Maris Indici et Erythri. Simplex horum expositio est, quod Epistrategus Thebaidis (talem enim fuisse Callimachum autumo, ut Geminus infr. CCCXCII. qui et Arabarchiam gessit) habebat aliquando jurisdictionem non modo per littorales partes Maris Rubri quæ intra limites Ægypti conclusæ sunt, sed meridialium adusque (ex. c.) *Angustias diras* (باب الماندب) ubi cum Erythræo, i. e. Indico sive Æthiopico, jungitur: in hoc sensu eum dici potuisse Strategum Indici et Rubri, non Indici

[a] Conf. Xenoph. *Discipl. Cyr.* I. 4. 27. Λέγεται, ὅτι Κῦρος ἀπῄει, καὶ ἀπηλλάττοντο ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς Συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ στόματι ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν νόμῳ Περσικῷ. Explicat Passov. citato Schneider. Συγγενής *war am Persischen Hofe ein Ehrentitel, den der König ausgezeichneten Männern ertheilte.* Illustrat amplius Diodor. XVI. 50. de Mentore et Bagoa. Hinc Macedones: ex. c. in Maccab. II. 11. 1. appellatur Lysias ἐπίτροπος καὶ συγγενὴς τοῦ Βασιλέως (Antiochi V.) idemque ἀδελφός in v. 22. Conf. Letronn. in tit. Philens. *Recueil,* etc. I. pp. 346. ss.

proprie dicti, sed propioris jam facti, modicoque intervallo ab hoc dissiti[a]. Hæc statuo, quia vix crediderim ultra limites Sinus Arabici excurrisse jurisdictionem Thebarchæ. Conf. infr. CCCLVII. a. 7. ss.

In v. 6. *Κυρία* audit Isis, ut Nemesis supra in CCCXXXVIII. 4. ubi cf. notam.

CCCLIV. e.

ΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕ	*Βασιλέως Πτολε-*
ΜΑΙΟΥΘΕΟΥΦΙΛΟ	*μαίου, θεοῦ, Φιλο-*
ΠΑΤΟΡΟΣΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ	*πάτορος, Φιλαδέλφου,*
ΚΑΙΤΗΣΒΑΣΙΛΙΣΗΣ	*καὶ τῆς Βασιλίσσης,*
ΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝ	*καὶ τῶν τέκνων,*
ΤΟΠΡΟΣΚΥΝΗΜΑ	*τὸ προσκύνημα*
ΠΑΡΑΤΗΙΙΣΙΔΙΤΗΙ	*παρὰ τῇ Ἴσιδι τῇ*
ΚΥΡΙΑΙ · ΕΓΡΑΨΕΝ	*κυρίᾳ· ἔγραψεν*
ΛΥΣΙΜΑΧΟΣΠΑΡΕΔΡΟΣ	*Λυσίμαχος πάρεδρος·*
LIBΜΕΣΟΡΗΓ	*Ἔτους ιβ´, Μεσορὴ γ´.*

Descripta de propylæo juxta aditum. Conf. prægress. Insculpta memini e regione figuræ sacerdotalis donaria quædam offerentis. Innotescit actus adorandi pro Ptolemæo XI. a Lysimacho *Paredro* factus in anno imperii duodecimo (A. C. 69.) et mensis *Mesoré* tertia (VI. Id. August.)

[a] Latiore sensu veteres usi videntur appellatione ἐρυθρᾶς θαλάσσης, nam in Diodor. *Hist.* II. 11. med. obvia sunt, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Βαβυλωνίαν διελόντες (scil. Tigris et Euphrates) εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγονται θάλασσαν, h. e. *sinum Persicum*: quo sensu et Polybius in *R. Syr.* V. 46. 7. Διογένην τὸν τῆς Σουσιανῆς ἔπαρχον, καὶ Πυθιάδην τὸν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης. Cf. 48. 13. In loc. Diodor. bene tuetur lect. receptam Wesseling. ex Strabon. XI. p. 801. B. et Herodot. I. 189. init. ubi conf. not. Larcheri, et ad IV. 39. init. In loco II. 159. init. αἱ δ' ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, luculenter hæc indicat τὴν νοτίην θ. in IV. 42. p. med. h. e. mare exterius quod Africam australem alluit. Vid. Wesseling ad loc.

De titulis regiis in 2. sq. vide argum. prægr. et omissum notes Νέου Διονύσου. In v. 4. memoratur Regina, in 5. Proles, secundum formulam solennem, quod indicio est Auleten jamdudum matrimonium contraxisse, ad minimum, decurrente anno undecimo regni (A. C. 72–71.) Hoc optime quadrat cum titulo prægr. Callimachi. Quænam fuerit ἡ Βασίλισσα non tradiderunt scriptores: prolem dumtaxat enumerant[b], quæ in ordine ætatum statuenda videtur, *Tryphæna*, *Berenice*, *Cleopatra*, *Arsinoë*, *Ptolemæus XII.*, *Ptolemæus XIII.* Ex his, quæ recensentur in primis *Tryphæna*, *Berenice*, erant, ut crediderim, τέκνα in v. 5. et notabiles sunt propter imperium ab iis capessitum in anno A. C. 58. eodemque XXIV[mo.] Auletæ, quo tempore furori subditorum cedere coactus est.

Insigniores erant procul dubio inter aulicos Lagidarum οἱ Πάρεδροι, *Assessores:* utrum vero *a consiliis* fuerint, an *convictores*, dijudicandum peritioribus linquo[c].

[b] Conf. Strab. XVII. 1. p. 430. T. Τριῶν δ' αὐτῷ (Auletæ) θυγατέρων οὐσῶν, ὧν μία γνησία ἡ πρεσβυτάτη, ταύτην ἀνέδειξαν βασίλισσαν· υἱοὶ δ' αὐτοῦ δύο νήπιοι τῆς τότε χρείας ἐξέπιπτον τελέως. Hæc regina nomen habuit *Berenicen* (Dion. XXXIX. 57. pr.) quam postea redux neci dedit: ibid. 58. fin. Ampliora dat Eckhelius, fortasse ex chronico Eusebiano; *Ptolemæos duos, qui successere, filias Tryphenen, Berenicen, famosam Cleopatram, et Arsinoen.* Doctr. N. IV. p. 21. b. De Arsinoë, quæ postmodum contra testamentum patris regnum occupavit conf. *Bell. Alexandr.* IV. Cæsar. *Bell. Civil.* III. 112. Dion. XLII. 108.

[c] Succurrit usus apud Alexandrinos ex quo fortasse argumentum pro sensu priore capere possis: ex. c. *Sapient. Solom.* VI. 14. Ὁ ὀρθρίσας ἐπ' αὐτὴν (σοφίαν) οὐ κοπιάσει, πάρεδρον γὰρ εὑρήσει τῶν πυλῶν αὐτοῦ. Add. IX. 4. Δός μοι τὴν τῶν σῶν θρόνων πάρεδρον σοφίαν. Porro notissimum est munus τῶν Παρέδρων apud Athenienses: conf. Demosth. *Contr. Theocrin.* p. 1332. 14. R. *Contr. Neær.* 1372. 24. et al. et Harpocrat. in voc. citato Aristot. *De Polit. Athen.* Λαμβάνουσι δὲ παρέδρους ὅ τε Ἄρχων καὶ ὁ Πολέμαρχος δύο ἑκάτερος, οὓς ἂν βούληται· καὶ οὗτοι δοκιμάζονται ἐν τῷ δικαστηρίῳ, πρὶν παρεδρεύειν, καὶ εὐθύνας διδόασιν, ἐπὰν παρεδρεύσωσιν. Similiter usurpat vocem Herodot. in VIII. 138. Sed *mensæ adsidentes* sunt πάρεδροι in v. 18. *Messmates.*

CCCLIV. f.

ΒΑϹΙΛΕΩϹΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ	Βασιλέως Πτολεμαίου, θεοῦ,
ΘΕΟΥΝΕΟΥΔΙΟΝΥϹΟΥ	νέου Διονύσου, Φιλοπάτορος
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟϹΚΑΙΦΙΛΑ	καὶ Φιλαδέλφου, καὶ τῶν
ΔΕΛΦΟΥΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝ	τέκνων, τὸ προσκύνημα παρὰ
ΤΟΠΡΟϹΚΥΝΗΜΑΠΑΡΑΤΗΙΚΥ	τῇ κυρίᾳ Ἴσιδι καὶ τοῖς συν-
ΡΙΑΙΙϹΙΔΙΚΑΙΤΟΙϹϹΥΝΝΑΟΙϹΘΕ	νάοις θεοῖς Θεόδοτος Ἀγησι-
ΟΙϹΘΕΟΔΟΤΟϹΑΓΗϹΙΦΩΝΤΟϹ	φῶντος, Ἀχαιὸς ἀπὸ Πατρῶν,
ΑΧΑΙΟϹΑΠΟΠΑΤΡΩΝΠΕΠΟΙ	πεποίηκε κ. τ. λ.

Descripta habui de basi obelisci stantis e regione ædiculæ Philensis meridionalis. Commemoratur proscynema Ptolemæi XI. liberorumque factum per Theodotum filium Agesiphontis, Patrensis, Isidi sociisque numinibus.

Retulit hunc titulum Hamiltonus[d] cum unico errore **ΑΧΔΙΟϹ** in v. 8.

De Rege et titulis ejus conf. argum. CCCLIV. d. Omissam notes mentionem Reginæ, procul dubio quia decesserat; quapropter post titulos Callimachi et Lysimachi disposui. De loquutione *Συννάοις θεοῖς* (qui in re præsenti erant Osiris et Horus[e]) conf. supr. n. CCCLIII. 3. Designatur in v. ult. minister regis Ἀχαιὸς ἀπὸ Πατρῶν, h. e. Achæus natus (vel fortasse, civitate donatus) apud Patras. Illustrantur hæc singillatim a seqq. Ἐς *δὲ πύκτην ἄνδρα, γένος μὲν* Ἀρκάδα *ἐκ* Παῤῥασίων, *Δάμαρχον δὲ ὄνομα κ. λ.*[f] quod efferri poterat et Ἀρ-

[d] Ægyptiac. p. 51.

[e] Wilkinson. *Topography*, etc. pp. 467. ss. Triadis hujusce eminentissima fuit Isis, *κυριωτάτη*, (cf. Inscr. Rosett. v. 39.), nomenque dedit templo: Osiris et Horus (qui et *Aroëris*) erant cum ea quasi Πάρεδροι, *Assessores dii*, ut Σύνναοι, *Contemplar*. Conf. Letronn. *Recueil*, etc. n. III. 2. p. 18. ubi supra.

[f] Pausan. VI. 8. 2. init.

κάδα Παῤῥάσιον, sicut in titulo Chandleri[g] Πτολεμαιεὺς Λιβύς. Obv. est in nostro CCLXXV. 5. Ἀπεῤῥαείτην ἀπὸ Ἀπολλωνίας, et in Fasc. II. XCI. 2. s. Κνίδιε ἀπὸ Ῥόδου, scil. qui jure civium potiti sunt apud Aperrhas et Cnidum.

CCCLV. a.

ΝΕΙΛΟΥΠΕΡΑϹΑϹΚΑΡΠΟΦΟΡΟΥΜΕΓΑΝΠΟΡΟΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟϹΗΚΩΠΡΟϹΜΕΓΑΛΗΝΙϹΙΝΘΕΑΝ
ΜΝΕΙΑΝΕΠΑΓΑΘΩΙΤΩΝΓΟΝΕΩΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟϹ
ΚΑΙΤΩΝΑΔΕΛΦΩΝΚΑΙΦΙΛΩΝΜΟΥΚΑΤΑΟΝΟΜΑ
ΕΤΟΥϹΔΕΥΤΕΡΟΥ ΜΕΧΕΙΡΔΕΚΑΤΗΙ

Νείλου περάσας καρποφόρου μέγαν πόρον,
Δημήτριος ἥκω πρὸς μεγάλην Ἶσιν θεάν,
Μνείαν, ἐπ' ἀγαθῷ, τῶν γονέων ποιούμενος
Καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ φίλων μου κατ' ὄνομα.
Ἔτους δευτέρου, Μεχεὶρ δεκάτῃ.

Descripta de parte læva propylæi, supra imaginem cum brachio extenso sculpta. Adoratio deæ Demetrii cujusdam commemoratur, tempore notato, scil. anno secundo, die *Mechír* decima, et, sicut crediderim, Auletæ, nam sculptum fuerat simulacrum cui adstat post tempora Ptolemæorum VIII. et IX. Conf. argumenta nn. CCCLIV. *a.* et *c.* Hinc ætas conjicienda est 79. A. C. et XI. Kal. Martias.

Notes in v. 1. Nilum vocatum *καρποφόρον*, quod Cereris videtur fuisse epitheton jure præcellenti[h]. Cognata vide sis in Æschy-

[g] Inscr. antiq. I. n. X. p. 5. cit. a Letronn. ubi supra, p. 393.

[h] Conf. Eckhel. in num. *Liviæ* ex Pellerinio, vol. VI. pp. 168. s. Sic et Agrippina *καρποφόρος* in Böckh. *C. Inscr.* nn. 2183. *A.* 4. Ceres ipsa in 2175. init. et *καρποφόρων Φιλιππίδων* in 2192. 2. s. Congruit designatio Isiaca in *Epigr. Adesp.*

lo[i]. De phrasi ἐπ' ἀγαθῷ cf. supr. CCCLI. not. *i.* Ceterum et erant solennia apud scriptores ἐπ' ἀγαθῷ μνήμη, μνησθῆναι, sicut et ἐπὶ κακῷ[k]; hic vero commemoratio erat cum *votis* conjuncta. In v. 4. κατ' ὄνομα est *ciens nomina singulorum*[l], ne quis forte memoria excideret. Locutio sacra est[m]: καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, et ἀσπάζου τοὺς φίλους κατ' ὄνομα. Aliter ὀνομαστί, sicut Longi illud; καὶ τὰς αἶγας προσεῖπε, καὶ τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί[n], *nominatim.*

Versus cuncti peccant contra leges exactiores trimetri in sedibus quartis, nec minus inconditum illud similisque farinæ carmen quod in libro Hamiltoni editum video mendisque non nihil fœdatum[o]. Instaurare possis ex nostro ad hunc modum: Νείλου περάσας καρποφόρου μέγαν πόρον, Σαραπίων Ἀριστομάχου ἥκω Πρὸς μεγάλην Εἶσιν θεὰν τὴν ἐν Φίλαις, Μνείαν, ἐπ' ἀγαθῷ, τῶν γονέων ποιούμενος.

CCCLV. b.

ΠΡΟϹΚΥΝΗΜΑѠΔЄΠΑΡΑΤΗΙΙϹΙΔΙЄΠΑ
ΓΑΘѠΙΚЄΦ.ΑѠΝΟϹΚΑΙΠΡѠΤΟΓЄΝΟΥϹ
L$\overline{\text{B}}$ ΜЄΧЄΙΡ$\overline{\text{I}}$

Προσκύνημα ὧδε παρὰ τῇ Ἴσιδι, ἐπ' ἀγαθῷ, Κεφάλωνος καὶ Πρωτογένους. Ἔτους δευτέρου, Μεχεὶρ δεκάτῃ.

Br. 271. Ἴσιδι καρποτόκῳ, ταχυμήτορι, μυριομόρφῳ.

De epitheto Niliaco instar commentantis audi Diodorum, I. 34. init. Ποταμόχωστος (Ægyptus) γὰρ οὖσα καὶ κατάρρυτος πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐκφέρει καρποὺς κ. λ. cf. 52. Egregie porro illustrat simulacrum dei ipsius in Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* Tab. 56. n. 1.

[i] Conf. *Supplic.* 833. Μήποτε πάλιν ἴδοιμ' Ἀλφεσίβοιον ὕδωρ. *Pers.* 33. s. Ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος ἔπεμψεν. Vid. h. l. Gloss. Blomf.

[k] Ex. c. Diodor. XIV. 1. fin. Conf. not. Wesseling. in I. 2. init.

[l] Tacit. *Annal.* I. 21.

[m] S. Johan. *Ev.* x. 3. *Epist. Cathol.* III. v. 15.

[n] Pastoral. IV. 19. fin.

[o] *Ægyptiaca*, p. 52.

Descripta indidem, et proscynema Cephalonis Protogenisque commemorantia eodem tempore factum. Sententia manca est: subaudiendum *ἐποιήθη*, vel, si quis alter pro C. et P. votum solverit, *πεποίηκα*.

CCCLVI. a.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗϹΟϹΥΓΓЄ	Ἀπολλωνίδης, ὁ Συγγενὴς καὶ
ΚΑΙϹΤΡΑΤΗΓΟϹΗΚΩΚΑΙΠΡΟϹΚЄ	Στρατηγὸς, ἥκω, καὶ προσκέκυ-
ΚΥΝΗΚΑΤΗΝΜЄΓΙϹΤΗΝΘЄΑΝ	νηκα τὴν μεγίστην θεὰν παν-
ΠΑΝϹΩΤΙΡΑΝΙϹΙΝΤΟΠΡΟϹΚΥΝΗ	σώτειραν Ἶσιν τὸ προσκύνημα
ΜΑΤΩΝΤЄΚΝΩΝΜΟΥΚΑΙΤΩΝ	τῶν τέκνων μου καὶ τῶν φιλούν-
ΛΟΥΝΤΩΝΜЄΛΗΜЄΧЄΙΡΚΑ	των με. Ἔτους ή, Μεχεὶρ κά.

Descripta de obelisco extra ambitum fani Isiaci stante, referentiaque adorationem numinis factam ab Apollonida, Cognato et Stratego, pro liberis ejus et amicis in anno regnantis (Auletæ?) octavo, die vicesima prima *Mechír*, quod in calendario Romano respondet anno 681. U. C. (73. A. C.), et Kalendis Martiis.

De titulo *Συγγενής* conf. dicta ad tit. CCCLIV. *d.* 1. Non dicitur cujusnam Nomi fuerit Strategus Apollonides, et conjecerim, ex præstantia designationis *ὁ Συγγενής*, Strategiam ejus fuisse gradus altioris, et, quod nos dicimus, *honorariam*. Notabilis quoque est epith. *Πανσώτειρα* Isidi tributa quæ *Σώτειρα* est in nostr. CCCLVIII. *a.* 7. et *b.* 5. fortasse ob medendi scientiam. Audi Diodorum[p]: *Φασὶ δ' Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν φαρμάκων τε πολλῶν πρὸς ὑγιείαν εὑρέτιν γεγονέναι, καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης μεγάλην ἔχειν ἐμπειρίαν, διὸ καὶ τυχοῦσαν ἀθανασίας, ἐπὶ ταῖς θεραπείαις τῶν ἀνθρώπων μάλιστα χαίρειν κ. λ.* Hinc credas profecta in tit. Letronn.[q] Ἴσιδι Λοχιάδι,

[p] Bibl. Hist. I. 25. post init.

[q] Recueil, etc. tom. I. p. 377. n. XXVIII. 3.

Σωτείρᾳ, Romanorum **SALVTARIS**[r], *Auxiliaris*[s], *posse mederi Picta docet templis multa tabella tuis*[t]: hinc quoque ædes ei exstructæ sub nomine *Ὑγιείᾳ* ab Epidauriis[u]. Idcirco donarium huic deæ potissimum a convalescente tributum vidimus in nostro, Fasc. II. n. LXXXIX., quæ ei fuit *Σώτειρα*, ut Meles *Σωτήρ* condenti tit. nostr. in Fasc. I. n. XXVIII. Omnino similis est explicatio appositorum nomini Isidis *χρηστή*, *ἐπήκοος*, *εὐάκοος* in titulis Böckhianis[v].

CCCLVI. b.

ΔΙΟΝΥϹΙ	*Διονύσι-*
ΟϹΗΡΑΚΛЄ	*ος Ἡρακλέ-*
ΟΥϹΗΚωΚΑΙ	*ους ἥκω καὶ*
ΠΡΟϹΚЄΚΥΝΗ	*προσκεκύνη-*
ΚΑΤΗΝΚΥΡΙΑΝ	*κα τὴν κυρίαν*
ΙϹΙΝΚΑΙΠЄΠΟ	*Ἶσιν καὶ πεποί-*
ΗΚΑΤΟΠΡΟϹ	*ηκα τὸ προσ-*
ΚΥ . . ΜΑΤ	*κύνημα*
ωΝΦΙΛΟΥΝ	*τῶν φιλούν-*
ΤωΝΜЄ	*των με.*
ЄΤΟΥϹΗ̄	*Ἔτους η´,*
ΜЄΧЄΙΡΚ̄Δ̄	Μεχεὶρ *κδ´*.

Descripta de propylæo Isiaco apud Philas, e regione imaginis sculptæ cujus memini in argum. n. CCCLIV. *a.* Proscynema pro amicis fecit et semetipso Dionysius filius Herculis in anno VIII[vo.] (Auletæ?), die XXIV[ta.] *Mechír*, h. e. IV. Non. Mart. Conf. argum. prægr.

[r] Gruter. *Thesaur.* p. LXXXIII. n. 15. Conf. Reines. Syntagm. Cl. I. 132.

[s] Ovid. *Metam.* IX. 698.

[t] Tibull. *Eleg.* I. 3. 27.

[u] Pausan. II. 27. 7.

[v] Corp. Inscr. Gr. II. nn. 2174, 2300. pp. 191. 243.

CCCLVII. a.

CΑΡΑΠΙѠΝΔΡΑΚΟΝΤΟC	Σαραπίων Δράκοντος ἥκω
ΗΚѠΙΠΡΟCΤΗΝΚΥΡΙΑΝΙCΙΝ	πρὸς τὴν κυρίαν Ἶσιν καὶ πε-
ΚΑΙΠЄΠΟΗΚΑΤΟΠΡΟCΚΥΝΗΜ	ποίηκα τὸ προσκύνημα Καλ-
ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥΚΑΙΤѠΝΤЄΚΝѠΝ	λιμάχου καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ
ΑΥΤΟΥΤΟΥCΥΓΓЄΝΟΥCΚΑΙ	τοῦ συγγενοῦς καὶ στρατηγοῦ
CΤΡΑΤΗΓΟΥΚΑΙЄΠΙCΤΡΑΤΗΓΟΥ	καὶ ἐπιστρατήγου καὶ θηβάρ-
ΚΑΙΘΗΒΑΡΧΟΥΤΗCΘΗΒΑΙΔΟC	χου τῆς Θηβαΐδος ἐπὶ τῆς
ЄΠΙΤΗCΙΝΔ . . . . ΚΑΙЄΡΥΘΡΑC	Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσ-
ΛΑCCΗC - - - - - - - ΙΡΚΔ	σης. Ἔτους - - Μεχεὶρ κδ'.

Descripta de propylæo sinistrorsum tendente, subterque CCCLIV. *b.* insculpta. Proscynema commemorant factum a quodam Sarapione pro Callimacho (conf. supr. CCCLIV. d.) et liberis ejus, imperium tenente (Auleta ?). Numerus anni exciderat ex lapide; mensis ultima dumtaxat discernere potui, qui erat *Mechír* XXIV.

De titulis Callimachi vide argum. et not. supra ad n. CCCLIV. *d.* Addita hic cernimus in 6. 7. Στρατηγοῦ, Θηβάρχου, quorum illud absolute ponitur, sicut in CCCLVI. *a.* 2., honorisque ergo, quum Præses Thebaicus[w] nunc factus fuerit Callimachus amplioremque ideo dignitatem nactus, præter eam quæ cum Strategia juncta fuerat, jurisdictionem in emporia maris Indici Rubrique, de qua conf. CCCLIV. *d.* 2–5. Probanda videtur constructio in vv. 7. s. τῆς Θηβαΐδος (τῆς) ἐπὶ τῆς Ινδικῆς κ. λ. ut in Xenoph.[x] πέμψας ἄγγελον κελεύει αὐτοῦ

[w] Scil. Diospolitæ magni, de quo Ptolemæus in IV. 5. Θηβῶν νομὸς καὶ μητρόπολις Διὸς πόλις μεγάλη, αἱ Θῆβαι. Concinit epigr. num. Hadrian. in Eckhel. IV. p. 106. a. ΔΙΟΠΟΛΙτης ΜΕγας L. ΙΑ. Constat ideo exstitisse non modo urbem ὑπὸ μὲν τῶν Αἰγυπτίων καλουμένην Διὸς πόλιν, ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων Θήβας (Diodor. I. 45. p. med.), sed et Nomum, cui suus magistratus (Θηβάρχης) præfuit. Conterminus erat *Pathyrites*, de quo infr. CCCLVIII. *b.* 3.

[x] Exped. Cyr. IV. 3. 28.

μεῖναι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ μὴ διαβάντας. Nimirum *Strategus* fuit; *Epistrategus*, h. e. copiis præfuit quæ in Thebaide dispositæ sunt; *Thebarches*, scil. nomi Diospolitæ Magni, Thebaidisque ditionis mariimæ.

CCCLVII. b.

ΚΡΟΝΙΟϹΚΑΛΛΙ	Κρόνιος Καλλιμάχου,
ΜΑΧΟΥΟϹΥΓΓЄΝΗϹ	ὁ Συγγενὴς, ἥκω πρὸς
ΗΚѠΠΡΟϹΤΗΝΚΥΡΙΑΝ	τὴν κυρίαν Ἶσιν. Ἔτους
ΙϹΙΝLĪΜЄΧЄΙΡĪ	δεκάτου, Μεχὶρ δεκάτῃ.

Hunc titulum reperi Callimacheo (CCCLIV. *d.*) proximum, et in loco inferiore inter duo simulacra insculptum quorum unum referebat deam Philensem Bubasti (*Pasht*) attributa gerentem[7], alterum erat Nectanebis (*Nakht-Nebo*) I.[8], dynastiæ tricesimæ Sebennyticæ, qui imperium tenebat per annos 387–340. A. C., donaria numini tutelari adferentis. Documentum insigne est originis antelagideiæ propylæi ipsius et ædiculæ quorum memini in argumento ad titulum prædictum.

Qui ante oculos est commemorat proscynema Cronii, filii Callimachi, in anno decimo (Auletæ?), decima quoque *Mechír*, h. e. in calend. Rom. U. C. 683. (A. C. 71.), XI. Kal. Martias.

Notabile est Συγγενὴς hic filio tributum, quod antea patris erat. Hoc vel favori principis tribuendum vel hereditario juri nobilium.

CCCLVII. c.

Descripta de propylæo Isiaco ad partes sinistras aditus. Proscynema memoratur Demetrii quod fecit, recordationis causa, pro paren-

[7] Conf. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* vol. IV. p. 384. et tab. 34.

[8] Wilkinson. ubi supra, I. p. 208. s. Plin. *N. H.* XXXVI. 14. 5. et 19. 5.

ΔΗΜΗΤΡΙΟCΔΗΜΗΤΡΙΟΥ	*Δημήτριος Δημητρίου*
ΗΚωΠΡΟCΤΗΝΚΥΡΙΑΝ	*ἥκω πρὸς τὴν κυρίαν*
ICINKAIΠΡΟCΚΥΝ . ΜΑ	*Ἶσιν, καὶ προσκύνημα,*
ЄΠΑΓΑΘωΜΝЄΙ _ _ ΠЄΠΟΙ	*ἐπ' ἀγαθῷ μνείαν, πεποί-*
ΜΟΥΤωΝΓΟΝЄωΝΚΑΙ	*ηκά μου τῶν γονέων καὶ*
ΑΔЄΛΦωΝΜΟΥ . . . ΦΙΛ	*ἀδελφῶν μου καὶ φιλούν-*
LĪ ΜЄΧЄΙΡĪ	*των με. Ἔτους ί, Μεχεὶρ ί.*

tibus, patribus, et amicis, decurrente anno x. (Auletæ?), dieque x. *Mechir.* Conf. prægress.

Constructio in 3–4. est, *πεποίηκα προσκύνημα, μνείαν ἐπ' ἀγαθῷ, μου τῶν γ.* etc. Nimirum actus adorandi ipse erat recordatio, ideo apposita invicem ponuntur; porro æque proba est conjunctio *ποιεῖν* vel *ποιεῖσθαι μνείαν* ac *ποιεῖν προσκύνημα.* Conf. supra CCCLV. *a.* 3. Interseritur *ἐπ' ἀγαθῷ*, voti instar et quasi per interclusionem, *παρένθετον.* Vide supra argum. ad fin. tit. CCCLI. et ad CCCLV. *a.* 3.

CCCLVIII. a.

ΠΤΟΛЄΜΑΙΟCΔΙΟΝΥ	*Πτολεμαῖος Διονυσί-*
CΙΟΥΟCΥΓΓЄΝΗCΚΑΙ	*ου, ὁ συγγενὴς καὶ*
CΤΡΑΤΗΓΟCΤΟΥΜΙ	*στρατηγὸς τοῦ μι-*
ΚΡΟΥΔΙΟCΠΟΛΙΤΟΥΗΚω	*κροῦ Διοσπολίτου,*
ΚΑΙΠΡΟCΚЄΚΥΝΗΚΑ	*ἥκω καὶ προσκεκύ-*
ΤΗΝΜЄΓΙCΤΗΝΘЄΑΝ	*νηκα τὴν μεγίστην*
ΚΥΡΙΑΝCωΤЄΙΡΑΝΙCΙΝ	*θεὰν κυρίαν σώτειρ-*
ΤΟΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΤωΝ	*αν Ἶσιν τὸ προσκύνη-*
ΤЄΚΝωΝΜΟΥΚΑΙΤωΝ	*μα τῶν τέκνων μου καὶ*
ΦΙΛΟΥΝΤωΝΜЄ	*τῶν φιλούντων με.*
LΙΑ Μ[ε] Η	*Ἔτους ιά, Μεχεὶρ ή.*

Descripta ibidem. Proscynema est Ptolemæi, filii Dionysii, Cognati, et Strategi minoris Diospolitæ, pro liberis et amicis, in anno XI. regnantis (Auletæ?), *Mechír* VIII. scil. U. C. 683. (A. C. 71.), XIV. Kal. Martias.

Tit. *Συγγενής* explicatum habent legentes supra ad n. CCCLIV. *d.* 2. Nomus in v. 4. erat in Thebaide, Tentyritæ conterminus Boream versus, cujus urbs primaria erat *Διὸς πόλις μικρά*[a]. Rudera adhuc restant ad ripam occidentalem Nili, prope vicum *Khâû.* In v. 6. designatur Isis *μεγίστη*, ut in Athribensi supra, CCCLII. 2. Thriphis, Pan (*Khem*) in CCCLIII. 4. ubi conf. not. Dein *κυρία σώτειρα*, de quibus adeas CCCLIV. *b.* 6. et CCCLVI. *a.* 4. In v. 5–8., ut in seq. 4–5., ne mireris constructionem *προσκεκύνηκα Ἶσιν τὸ προσκύνημα*, quum bonæ notæ sit[b].

CCCLVIII. b.

ΝΙΚΟΜΑΧΟϹΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΔΟΥΟϹΥΓΓЄΝΗϹΚΑΙϹΤΡΑΤΗΓΟϹ
ΤΟΥΠΑΘΥΡΙΤΟΥΚΑΙΛΑΤΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΗΚΩΚΑΙΠΡΟϹΚЄΚΥΝΗΚΑΤΗΝ
ΘЄΑΝϹΩΤЄΙΡΑΝΙϹΙΝΤΟΠΡΟϹΚΥ
ΜΑΔΙΟΝ . . . . . . Α\ΟΥϹ| . ΙΟϹϹΤΡΑΤΗΓΟΥ

Νικόμαχος Ἀπολλωνίδου, ὁ συγγενὴς καὶ στρατηγὸς τοῦ Παθυρίτου καὶ Λατοπολίτου, ἥκω καὶ προσκεκύνηκα τὴν θεὰν σώτειραν Ἶσιν τὸ προσκύνημα Διονυσίου Φανούφιος, στρατηγοῦ.

[a] Conf. Strabon. XVII. 1. p. 460. T. Ptolem. IV. 5. Agatharcid. apud Photium, Cod. 250. p. 1340. *Διὸς πόλιν, ἣν καὶ καλοῦσι μικράν, Τεντυρίτην κ. λ.* Plinius nomum in v. 9. 3. et in 11. 1. oppidum. Epigr. nummi citatur ab Eckkel. IV. p. 106. a. ΔΙΟΠολιτης L. ΙΑ. scil. Hadriani, quam judicat huc respicere, exsulante ΜЄ quod conspeximus supra in moneta Thebarum.

[b] Conf. *Troad.* 44. *Γαμεῖ βιαίως σκότιον Ἀγαμέμνων λέχος*, scil. *Κασάνδραν* in 42. In 359. *Ἑλένης γαμεῖ με δυστυχέστερον γάμον*, viz. *Ἀγαμέμνων* in seq.

Descripta de eadem parte propylæi ac CCCLIV. a. c. CCCLVI. b. supr. nempe facie muri dextrorsum positi. Isidi Salutari adorationem adfert pro amico Dionysio, filio (Phanuphis?), Nicomachus Apollonidæ. Tituli hujus memorantur, scil. **Συγγενής** (supra, CCCLV. b.) et **Στρατηγός** Nomorum *Pathyritæ* et *Latopolitæ*. Succurrit legenti hunc magistratum eundem fuisse in ævo Lagidarum ac **Ἑρμωνθίτου καὶ Λατοπολίτου** in recentiore: conf. infr. CCCLXII. b. CCCLXVII. b. CCCLXXVIII. n. Re ipsa, diserte testatur papyrus a Reuvensio[c] citatus oppidum *Hermonthem* ad nomum *Pathyritam* pertinuisse, unde et ex verbis Plinii[d] rite ordinatis sequitur eum a limitibus *Coptitæ* se porrexisse usque ad *Hermonthem*, hoc est, tractum occupasse qui recentius mutavit nomen factusque est *Hermonthites*. Causa mutati nominis fortasse erat, quod situs oppidi juxta ripam Nili commodior erat rebus fiscalibus transigendis quam vici mediterranei qualis fuit *Pathyris*[e].

Vestigia nominis se produnt apud Plinium, qui tamen ordinem justam corrumpit in recensu suo Nomorum Thebaidis, cui medicinam quivis admovere possit. Dein cernimus in eo quod memorat Euse-

[c] Conf. Papyr. Leidens. *Epist.* III. p. 30. ubi mentio oppidi Hermonthis ducit ad seqq. ἐν Ἑρμώνθει τοῦ Παθυρίτου τῆς Θηβαΐδος. Nomum fuisse diversum a Diopolita manifestum est ex Taurinens. VIII. XI. quod recte statutum video a Droyseno in *Museo Rhenens.* an. 1839.

[d] Libr. V. 9. 3. Hic ponas *Thiniten* post *Diospoliten*, ut procedat enumeratio, *Hermonthiten*, *Phaturiten*, *Coptiten*, etc. Notabile est Ptolemæum (IV. 5.) non admisisse nomen *Pathyritam*, meminisse vero *nomi Thebarum* et *Hermonthitæ*, id quod conclusionem nostram satis stabilit: neque re vera censendus est adversari Plinius, posito, quod facile credideris, eum oscitanter stiloque nimis festino pro *majore Diopolitano*, scripsisse *Phaturiten*. Conf. arg. infr.

[e] Conf. Ptolem. in Descr. Theb. ubi obvia sunt, *μεσόγειος κώμη Ταθυρίς*. Certo certius est hic errore librarii scriptum fuisse Τ pro Π, nam de regione Libyca agit Geographus ubi Metropolem *Pathyritæ* statuendam esse nemo ignorat. **Κώμη** facta erat, id quod amissos honores satis indicat. Conf. not. prox.

bius *de locis Hebræis:* **Φαθωρὶ χώρα Αἰγύπτου, ὡς ἐν Ἰεζηκιὴλ** (sc. XXIX. 14.) **καὶ ἐν Ἰερεμίᾳ** (XLIV. 1. 15.) **ἔνθα κατῴκησαν οἱ Ἰουδαῖοι,** agnoscitque S. Hieronymus ad primum horum metropolem Ægypti *Phaturem* seu *Phathurem*[f]. Proinde censendus est Plinius intellexisse per nomum suum *Phaturiten* Thebaicum ipsum quem supra conspeximus in n. CCCLVII. a., eoque magis quod et *Hermonthiten* admisit.

Appellationem censent fuisse ab *Athore* vel *Athyre* (conf. n. CCCLXV.) ductam, regionemque *Pathyrem* fuisse *quæ ad Athyrem pertinebat,* nempe Libycam partem Thebaidis[g].

In v. 5. Isis est **Σώτειρα,** de quo adeas supr. CCCLVI. a. 4. De construct. **προσκυνεῖν τὸ προσκύνημα,** vide argum. prægress. extr. Evanidæ factæ fuerant litteræ in medio v. 6. ubi nomen Patris dubitanter supplevi. **ΦΑΝΟΥΦΙϹ,** Ægyptium, alicubi obvium memini in quodam titulo. De Stratego, titulo honorario, conf. CCCLVI. a. 2.

CCCLIX. a.

ΙΟΥΛ - - - ΜΑΡΧΟϹΑΝЄ
ΘΗΚЄΝϹΥΝΟΔΩΙЄΙϹ
ΙΑΚΗΙΤΗΝΘЄΑΝ
L·ΙΗ̄·ΚΑΙϹΑΡΟϹ
ΘΩΥΘ·Θ̄

Ἰούλιος Τίμαρχος ἀνέθηκεν Συνόδῳ Ἰσιακῇ τὴν θεάν. Ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου Καίσαρος, Θωῦθ ἐννάτῃ.

[f] Conf. ad *Ezek.* XXIX. 14. Est in h. l. sicut in *Jerem.* et *Isai.* XI. 11. Hebr. פַּתְרוֹס, quod *Thebaidem* designasse putant interpp. doctissimi. Audi Poli *Synops.* tom. III. col. 1257. "פַּתְרוֹס *Græcis interpretibus est* Παθουρης *vel* Φαθώρης, *Hieronymo* Phethros, Patures *et* Phatures. *Inde Plinio* Phaturites Nomus *in Thebaide, et in Ptolemæo* Pathyris, *pro quo legitur* Ταθυρίς (cf. not. *e.* supr.); *sed in MSS.* Π *et* Τ *passim confundi docti observant.*"

[g] Conf. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* vol. IV. pp. 387. s.

Descripta de fragmine quadrato lapidis basaltici (quod vocant) inter cimelia Borrelliana Smyrnæ asservato. A Philis fuisse asportatum me edocuit vir amicissimus, venia cujus impetrata chartis inscriptionem mandavi; quapropter inter monimenta sedis Isiacæ repono.

Designatam crediderim basem statuæ (instar hermæ) numinis eponymi ædium grandiorum, quam donarii vice obtulerat quidam (Timarchus?) sacro conventui sacerdotum mystarumque Isidem colentium.

Vox *σύνοδος* in v. 2. interpretanda est ut in Smyrnæis[h] de Mystis, iis nimirum qui mysteriis sacrosanctis Isiacis intererant. De his, quorum solennitates tam enixe enarravit Apuleius[i], conferendi amplius sunt Pausanias[k] et Diodorus[l]. In 3. vocatur signum numinis *ἡ θεά*, ut *Echus* in CCCXXXIX. 1. supra. Usitatius fuit nomen ipsum apponere, ut *Ἔρωτας* in CLXXXIII. 4. *Νέμεσιν* in CCCXXXVIII. 4., sed hic omittitur ob ЄΙCΙΑΚΗΙ quod præit, et quia Isis erat *ἐξόχως* dea, non modo Mystarum, sed et totius Ægypti, *ἡ Βασίλισσα πάσης τῆς χώρας*[m]. Refert Herodotus[n]; *τὴν* (Isidem) *δ' ὦν μεγίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι, καὶ μεγίστην οἱ ὁρτὴν ἀνάγουσι.* Vocat Apuleius[o] illam, *præpotentem deam*, etc. *reginam cœli*, *primam cœlitum*.

[h] Conf. Fascic. nostr. II. p. 347.

[i] Metamorph. XI. pp. 259. ss. Bip.

[k] Scil. de Tithorensibus Phocidis agens in X. 32. 9.

[l] Bibl. Hist. I. 14. med. *De sacris Iseis.* Erant, ut obiter moneam, in honorem Isidis festa amplissima apud *Busiritas* celebrata, teste Herodoto in II. 59. Dein *Coptica* (in urbe Copto solennia), *Memphitica*, *Pharia*. Conf. Lucian. qui suo more irrisorie tractat in *Dial. deor.* III. fin. Apuleium, ubi supra, II. p. 44. Stat. in *Silv.* III. 2. 101. s. Notum est ЄΙCΙΔΙ. ΦΑΡΙΑΙ ex Gruter. p. LXXIV. n. 1. et ex num. Juliani II. ISIS. FARIA, referente Eckhel. in IV. p. 32. b. Conf. Bandur. in Julian. p. 427. Letronnium, ubi supr. n. XLV. 1. p. 434. Philensia optime illustrat hic titulus.

[m] Conf. Diodor. de Columna Isiaca, in I. 27.

[n] Libr. II. 40. init.

[o] Ubi supra, XI. pp. 254. ss. Huc possis revocare epigr. Constant. Cephal. in Suid. (Kuster.) sub voce *Κιγχλίτισιν*. Vide Reiskei *Antholog.* p. 34. *Antholog.* (Br.),

Indicatur hoc loco fortasse *Isis-Sothis*, scil. dea rediviva in Sothide (*Sirio*), ex quo annus Sothicus, cujus symbolum hierographicum erat *quadratum*[p], nuncupabatur. Certe Sothidis quandam rationem fuisse habitam probabilius fit eo quod primus mensis anni Ægyptiaci titulo adnectitur, is nimirum in quo ortum heliacum Sothidis (*Caniculæ*) agnoscimus. Constat vero deam ipsam habuisse in mythologia Ægyptiorum relationem metempsychosis cum Sothide, adeo ut evaserit, quam dixi, *Isis-Sothis;* et sic repræsentatum memini ipse in loco versatus sideris ipsius ortum inter Memnonia in planitie Thebaica (القرن) ut referat speciem divæ[q]. Ideo parum abest quin crediderim hoc ipso tempore fuisse habitum conventum Mystarum Isiacorum, Timarchique nostri, ipsius fortasse sodalis, donarium opportune collegio addictum.

Notatur tempus in v. 5., annus XVIII. Augusti, *Thoÿth* IX., hoc est, in calendario Romanorum, U. C. 726. (A. C. 28.), VIII. Idus Septembres[r].

II. p. 314. Excitat Wilkinson. in *Ægypt. Antiq.* vol. IV. p. 386.

[p] Conf. Horapoll. citat. a Wilkinson. ibid. p. 374.

[q] Ibid. pp. 371. 378.

[r] Initium hic sumo a tempore interitus Julii Cæsaris, quod, ut norunt omnes, erat Idus Mart. in anno U. C. 710. (A. C. 44.). Diem mensis appono secundum calendarium *fixum* Alexandrinorum; quod si *vagum* intellexeris, pauci ei addendi sunt.

Epocha Alexandrina diversa fuit. Decurrebat a tempore finiti Lagidarum imperii, exstincta Cleopatra, hoc est, a mense Sextili, U. C. 724. (A. C. 30.). Conf. Dion. LI. 19. sub f. Prodiret, hac ratione, in titulo nostro L. Γ̄. ΚΑΙCΑΡΟϹ, initio sumpto a neomenia *Thoÿth* in U. C. 724., et, computo utroque dato, L. ΙΗ̄ ΤΟΥ ΚΑΙΓ̄, secundum formulam exactiorem Papii in tit. proximo, v. 13.

Potuerit equidem Julius noster, quem origine Græca ortum fuisse crediderim, ad epocham Alexandrinam tantummodo respexisse; quo posito, evadente tempore hic notato, anno U. C. 741. (A. C. 13.), patet in ordine chronologica locum eminentiorem sibi vindicare quod sequitur, proscynema Papii.

CCCLIX. b.

ΓΑΙΟϹΙΟΥΛΙΟϹΠΑΠΕΙΟϹΕΠΑΡΧΟϹ
ΗΚΩΙΚΑΙΠΡΟϹΚΕΚΥΝΗΚΑΤΗΝΚΥΡΙ
ΑΝΙϹΙΝϹΥΝΙΟΥΛΙΩΙΤΩΙΥΙΩΙΚΑΙΥ
ΠΕΡ.ΑΙΩΝΟϹΤΟΥΝΕΩΤΕΡΟΥΥΙΟΥ
ΕΤΙΔΕΚΑΙϹΥΝΤΟΙϹΦΙΛΟΙϹΚΑΙϹΥΝ
ΑΠΟΔΗΜΟΙϹϹΥΜΜΑΧΩΙΚΑΙΕΥΜΕΝΕΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΩΙΧΑΡΗΤΟϹΚΑΙΥΙΩΙΑΠΕΛΛΑΙ
ΚΑΙΑΠΙΩΝΙ - - - - - ΚΑΙΛΥϹΙΜΑ - - - - - ΚΑΙ
ΚΕΝΤΟΡΙΩϹΙΡΟΥΦΩΙΔΗΜΗΤΡΙΩΙΝΙΓΡΩΙ
ΟΥΑΛΕΡΙΩΙΛΑΒΕΩΝΙΤΕΡΕΝΤΙΩΙ
ΝΙΚΑΝΟΡΙΒΑΡΩΝΑΤΙΚΑΙΤΩΝΠΑΙΔΑΡΙ
ΩΝΜΟΥΠΑΝΤΩΝ
L К̄ † ΚΑΙ Ε̄ ΦΑΜ Λ̄

Γάϊος Ἰούλιος Πάπειος, ἔπαρχος, ἥκω καὶ προσκεκύνηκα τὴν κυρίαν Ἶσιν, σὺν Ἰουλίῳ τῷ υἱῷ, καὶ ὑπὲρ Γαίωνος τοῦ νεωτέρου υἱοῦ [ἔτι δὲ καὶ σὺν τοῖς φίλοις καὶ συναποδήμοις, Συμμάχῳ, Εὐμένει, τῷ καὶ Ἀπολλωνίῳ, Χάρητος, καὶ υἱῷ Ἀπελλᾷ, καὶ Ἀπίωνι (τοῦ δεῖνος), καὶ Λυσιμάχῳ (τοῦ δεῖνος), καὶ κεντορίωσι Ῥούφῳ, Δημητρίῳ, Νίγρῳ, Οὐαλερίῳ, Λαβέωνι, Τερεντίῳ, Νικάνορι, Βαρωνᾶτι] καὶ τῶν παιδαρίων μου πάντων. Ἔτους εἰκοστοῦ, τοῦ καὶ πέμπτου, Φαμενὼθ τριακοστῇ.

Descripta de eadem parte (scil. extrema) propylæi ac n. CCCLVII. c. supr., e regione simulacri prægrandis regii. Lapidi mandavit memoriam adventus sui ad ædes Isiacas Papius, præfectus, cum filio ejus Julio, amicisque qui secum peregre profecti fuerant, Symmacho,

etc. et centurionibus Rufo, etc. adorationisque pro semetipso, pro Caione, minimo natu filio, ceterisque parvulis: hoc in anno vicesimo[s] Augusti, *Phamenoth* XXX. id est, in calendario Romano, U. C. 729. (A. C. 25.), VII. Kal. Apriles.

Edidit hunc titulum bifariam sectum, scil. vv. 1–7. et 8–13. Hamiltonus[t], cum nom. **ΠΑΠΕΙC** in 1. Dein in 6. fin. omisit **ΕΥΜΕΝΕΙ.** In ult. levi errore **ΙΚ.**

Nomen *Papius* bene notum erat inter Romanos vel ex lege celebri de qua Cicero in pluribus[u]. Ἔπαρχος in fin. v. gradum militarem certissime notat, ut in Fasc. II. n. CCXXI. 4. CCXXX. 6. et *Præfectus* in CLXXXIX. 10. Latius equidem patuit significatio vocis (ibid. CCXIX. 6.), sed manifestum est ex Strabonis[v] testimonio Eparchiam Ægypti non tenuisse nostrum. Notes **ΗΚΩΙ** in v. 2. init., scriptionem mendosam quæ alibi obvia est, præcipue in Oasenis. In 4. init. nomen erat procul dubio **ΓΑΙΩΝ**, a paterno **ΓΑΙΟC**, fere ut **ΚΑΙCΑΡΙΩΝ** a **ΚΑΙCΑΡ**, effictumque ad exemplar Græcorum qui a **ΚΡΟΝΟΣ** habuerunt tam **ΚΡΟΝΙΩΝ** quam **ΚΡΟΝΙΔΗΣ**. Sic in v. 8. obv. **ΑΠΙΩΝ** ex **ΑΠΙC**. A v. 4. transgreditur constructio ad 11. ut sit *ὑπὲρ Γαΐωνος, καὶ τῶν παιδαρίων*, etc. Quæ interseruntur excipere debebant *υἱῷ* in v. 3. fin., festinans vero in justo loco omiserat præfectus. In v. 7. fin. erat *Apellas* (conf. n. LXXIV. 1. 5.) filius Apollonii. In 8. conjicere possis Ἀπίων τοῦ Ἄπιος, et *Apis* proprium, ut Ἶσις in CCCL. 5. supr. In v. 9. init. *latinizat* Papius, dicto *κεντορίωσι* pro *ἑκατοντ-*

[s] Duplex epocha notatur, hæc ab interitu Cæsaris, altera ex debellata Ægypto: vide not. prægr. et de hac consuetudine in aliquibus nummis observata, Eckhel. III. pp. 268. 446. 452. IV. 403.

[t] Ægyptiac. p. 52.

[u] Conf. *Orat. pro Archia*, v. *pro Balbo*, XXIII. *Epist. ad Attic.* IV. 14. *Offic.* III. 11. Add. Dion. XXXVII. 46.

[v] Conf. XVII. 1. p. 468. s. T. ubi recensentur in ordine temporis tres primi Præfecti, Cornelius Gallus, Petronius, Ælius Gallus, quorum secundum opinor nunc magistratum obire. Conf. Dion. LI. 17. LIII. 29.

ἀρχαῖς, cujus adsunt exempla[v]. In hoc loco (9–11.) enumeratos notes octo, quod ipsum gradum eminentiorem Papii arguit.

CCCLIX. c.

ΚΑΙϹΑΡΙΠΟΝΤΟΜΕΔΟΝΤΙΚΑΙΑΠΕΙΡΩΝΚΡΑΤΕΟΝΤΙ
ΖΑΝΙΤΩΙΕΚΖΑΝΟϹΠΑΤΡΟϹΕΛΕΥΘΕΡΙΩΙ
ΔΕϹΠΟΤΑΙΕΥΡΩΠΑϹΤΕΚΑΙΑϹΙΔΟϹΑϹΤΡΩΙΑΠΑϹΑϹ
ΕΛΛΑΔΟϹΟϹϹΩΤΗΡΖΕΥϹΑΝΕΤΕΙΛΕΜΕΓΑϹ
Δ - - ΕΝΕΙ - - - Κ - - ΑΤΙΛΙΟϹΑΓΝΟΝΕΘΗΚΕ
ΓΡΑΜΜΑ - - ΑΠ - - - - ΔΕΥΡΟΜΟΛΩΝΠΟΛΙΟϹ
ΚΑΙΜΕΓΑΝΕ . ΜΕΓΑΛ - - - ΤΟΥΡΡΑΝΙΟΝΑΝΔΡΑΔΙΚΑΙΟΝ
ΑΙΓΥΠΤΩΠΑϹΑϹΦΕΡΤΑΤΟΝΑΓΕΜΟΝΑ
ϹΤΑΛΑΙΕΝΕϹΤΑΛΩϹΕΝΙΝΕΙϹΤΟΔΕΝΑϹΩΕΔΕΘΛΟΝ
ΠΑϹΟΜΟΛΩΝΥΜΝΗΙΤΟΝΧΘΟΝΟϹΟΛΒΟΔΟΤΑΝ
ΤΑΙΔΕΦΙΛΑΙΦΩΝΕΥΝΤΙΚΑΛΟΝΠΕΡΑϹΑΙΓΥΠΤΟΙΟ
ΕΜΜΙΚΑΙΑΙΘΙΟΠΩΝΓΑϹΟΡΙΟΝΝΕΑΤΑϹ

ΚΑΤΙΛΙΟΥΤΟΥΚΑΙ
ΝΙΚΑΝΟΡΟϹ
ΤΟΥΝΙΚΑΝΟΡΟϹ
L· ΚΓ ΚΑΙϹΑΡΟϹ
ΦΑΜΕΝΩΘ ΙΒ
ΕΠΙΝΕΙΛΟΥϹΤΡΑΤΗΓΟΥ

Καίσαρι ποντομέδοντι καὶ ἀπείρων κρατέοντι
Ζανὶ τῷ ἐκ Ζανὸς πατρὸς Ἐλευθερίῳ,
Δεσπότᾳ Εὐρώπας τε καὶ Ἀσίδος, ἄστρῳ ἁπάσας
Ἑλλάδος, ὃς σωτὴρ Ζεὺς ἀνέτειλε μέγας,

[v] S. Marc. xv. 39. (et alibi), Ἰδὼν δὲ ὁ Κεντυρίων κ. λ. Græcam vocem adsciscit S. Luc. in *Act.* x. 1. Conf. Letronn. *Recueil*, etc. ad n. xxxviii. 10.

Ἕδρᾳ ἐν Ἰσιακᾷ Κατίλιος ἁγνὸν ἔθηκε
Γράμμα Σαραπιακᾶς δεῦρο μολὼν πόλιος,
Καὶ μέγαν ἐν μεγάλοις Τουῤῥάνιον, ἄνδρα δίκαιον,
Αἰγύπτω πάσας φέρτατον ἀγεμόνα,
Στάλᾳ ἐνεστάλωσεν, ἵν' εἰς τόδε νάσω ἔδεθλον
Πᾶς ὁ μολὼν ὑμνῇ τὸν χθονὸς ὀλβοδόταν,
Τᾷδε Φίλαι φωνεῦντι, Καλὸν πέρας Αἰγύπτοιο
Ἐμμὶ, καὶ Αἰθιόπων γᾶς ὅριον νεάτας.

Κατιλίου, τοῦ καὶ Νικάνορος, τοῦ Νικάνορος. Ἔτους εἰκοστοῦ τρίτου Καίσαρος, Φαμενὼθ δωδεκάτῃ, ἐπὶ Νείλου στρατηγοῦ.

Descripta de parte extrema propylæi, sinistrorsum vergente, juxta frontem simulacri prægrandis regii de quo respicias ad nn. CCCLVII. *c.* CCCLIX. *b.* Catilius, qui et *Nicanor* audivit, honorifice adloquitur Augustum, quem Rectorem terrarum orbis, Jovem Liberatorem, Dominum Europæ et Asiæ, Astrum totius Græciæ, Sospitatorem ortum, prædicat, subjicitque se in confiniis Æthiopum, eo ab Alexandria profectum, sacrum carmen in decus imperatorium contexuisse, necnon columellam Turranio Præfecto extulisse cui inscriptæ fuerunt laudes ejus ob Ægyptum eo præside auctam. Hæc excipiunt versus de situ geographico Philarum: dein, in oratione pedestri, apponuntur nomina condentis patrisque ejus, et tituli ipsius ætas[x], quæ erat an. U. C. 747. (A. C. 7.), Phamenoth XII. (VIII. Id. Martias.)

Ediderunt Hamiltonus[y], ex quo schedisque Gauianis collatis Letronnius. Notanda veniunt præcipue seqq. In v. 1. *H.* **IANI**, dein

[x] Initium hic sumendum a neomenia *Thoÿth* in an. U. C. 724. Conf. supr. not. *r.* Computo Romano usi, incideremus in an. 732. quo tempore præfecturam gessit *Ælius Gallus.*

[y] *Ægyptiaca*, p. 52. Locc. Letronn. sunt in *Journ. des Sav.* Juin, 1821. Mai, 1824. Cf. *Diar. Class. Lond.* T. XXXII. pp. 298. s.

IANOC. In v. 4. recte se habent quæ expressit *H.* sed lacunas miror. Certe vestigia satis se prodebant in lapide, quæ tamen sordibus oppleta dedit *G.* scil. **COCωTHPΙΕXCANCTCAC**. In v. 5. desunt prima in *H.* et *G.*, dein *H.* **AΠΛΙOC**. In 6. init. *H.* **ΠAMMAΠ**, ad fin. **MONωN**. In 7. a med. *H.* **TOYPANNION**. In 8. fin. *H.* **HΓEMONA**. In 9. fin. *H.* **EΛωΛON**, quod *G.* **EΔEOΛON**, proximum vero. In 10. sub med. *H.* **YMNHIA**, etc., ad fin. **CABOΔOTAN**. In 11. sub init. *H.* **ΦYΛΛI**, nescio annon recte, nam in hac parte litteræ erant subobscuræ. Porro Græcorum erant **ΦYΛAI** et **ΦIΛAI**, quod ipsum arguit vocem alienigenam fuisse. Conf. infr. ad v. 12. In med. vers. lacunam admisit *H.* quam explevit Letronn. **KAΛON**. Dubito an recte. Descripsi ipse **AMATO**, hæsitabundus vero inter exoleta. Si lectio justa sit, comparaveris **ΦωNEYNTIAMA**, quoad metrum, cum **ΠANTAOPA** in n. CCCV. 7. supr. In 12. init. *H.* **OMMI**, dein in ult. **NEAΠA**, quod accuratius expressit *G.* In 16. init. *H.* **K . . KAIC**, etc. Hic exaravi in primis **LKB**, sed verius judico quod dedi.

Adloquitur in exordio Imperatorem adulans, sed non sine gravibus exemplis[1]. Instar Neptuni est Augustus, *ποντομέδων*[a], κ. λ.

[1] Conf. Dion. LI. 20. Appian. *Bell. Civil.* V. 132. init. Sueton. *August.* LII. Tacit. *Annal.* I. 10. (ad q. l. vide Lipsii *Excurs.*) Lucan. *Pharsal.* VII. 458. *Deus* Maronis, et familiaris ejus *Præsens divus*, norunt omnes.

Inter monimenta adeas *Marm. Cymens.* in Cayl. *Recueil des Antiq.* II. P. III. tab. 56–58. Böckh. n. 3524. 55. s. et Fascic. II. nostr. p. 402.

[a] Conf. *Hippolyt.* 741. Ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνας Ναύταις οὐκέθ' ὁδὸν νέμει. Mosch. *Idyll.* II. 145. Ἀλλὰ σύ μοι μεδέων πολιῆς ἁλὸς, ἐννοσίγαιε, Ἵλαος ἀντιάσειας. Orphic. *H.* 16. Κλῦθι Ποσείδαον, γαιήοχε, κυανοχαῖτα, κ. λ. Ποντομέδων, ἁλίδουπε, βαρύκτυπος, ἐννοσίγαιε. Quæ in nostro adduntur, καὶ ἀπείρ. κρ., complent Neptuno attributa juxta Epigr. ὦ πόντου βασιλεῦ, καὶ κοίρανε γαίης, immo Jovis ipsius imaginem quæ in nummis refertur cum epigr. IOVI. PRAEsidi. ORBIS. Conf. Eckhel. VII. p. 155. b. 168. a.

Hic poetice adumbrata de Augusto habemus quæ postea Hadriano addixerunt adulantes, τὸν γῆς καὶ θαλάσσης ἄρχοντα, in

Deinde in v. 2. prodit **Ζεὺς Ἐλευθέριος**, cognomentum ex Græcorum antiquitate adscitum[b], quodque iteratum conspicimus in Tentyritico infr. CCCLXIV. 1. Est quoque *ἐκ Ζανός*, (nempe Patre adoptivo, Julio, quem nomine Optimi Maximi compellaverant adulantes[c],) et

Pergam. Fasc. nostr. I. n. XIX. 7. s. Sic Severus et Caracalla erant *Δεσπόται γ. και θ.* Conf. Böckh. vol. II. nn. 2181. 4. s. 3485. init.

[b] Conf. Thucyd. II. 71. a med. *Παυσανίας ὁ Κλεομβρότου - - - - - θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ Διὶ Ἐλευθερίῳ ἱερὰ, καὶ ξυγκαλέσας πάντας τοὺς ξυμμάχους, ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι - - - - - αὐτονόμους οἰκεῖν.* Cf. Pausan. IX. 2. 4. et Aristid. *Panath.* p. 257. Pariter Siculi, sublata Thrasybuli dominatione, *πάντες ὁμογνωμόνως ἐψηφίσαντο, Διὸς μὲν Ἐλευθερίου κολοσσιαῖον ἀνδριάντα κατασκευάσαι κ. λ.* referente Diodoro, XI. 72. a. med., quod ipsum vide sis a nummis Syracusanis præclare illustratum quibus epigr. est ΞΕΥC. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟC. etc. Cf. Eckhel. I. p. 243. b. et Gyrald. *De diis Gent. Syntagm.* II. p. 108. Concinit porro in *Olymp.* XII. init. Pindar. *Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου = Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμ = φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.* Seriem claudat *Rhes.* 353. ss. *Νῦν, ὦ πατρίς, ὦ Φρυγία, = ξὺν θεῷ νῦν σοι τὸν Ἐλευθέριον = Ζῆνα πάρεστιν εἰπεῖν.*

Erat et Romanis suus Jupiter Liberator, de quo cf. Tacit. *Annal.* XV. 64. XVI. ult. et not. prox. de Augusto Jove.

[c] Conf. Dion. XLIV. 6. fin. *Καὶ τέλος Δία τε αὐτὸν* (Julium) *ἄντικρυς Ἰούλιον προσηγόρευσαν, καὶ ναὸν αὐτῷ τῇ ἐπιεικείᾳ αὐτοῦ τεμενισθῆναι ἔγνωσαν*, scil. *Clementiæ Cæsaris* in Eckhel. VI. p. 9. a. ubi cf. scriptt. cit. Pergit Dio; *ἱερέα σφίσι τὸν Ἀντώνιον, ὥσπερ τινὰ Διάλιον, προχειρισάμενοι.* Respicias ad libr. XLIII. 14. sub fin. ubi primordia hujus adulationis deificæ enarrantur. Concinit marm. Ephesin. ΑΠΟ . ΑΡΕΩΣ . ΚΑΙ . ΑΦΡΟΔΕΙΤΗΣ . ΘΕΟΝ . ΕΠΙΦΑΝΗ. κ. λ. in Pocock. Inscr. Antiq., II. 10. p. 18. n. 2. Cf. Böckh. n. 2957. His non abludunt quæ a Suetonio traduntur in *Jul.* LXXVI. a. med., ad quæ instar commentarii sint Ciceronis in Philipp. II. 43.

Hæc de Patre. Simili adulatione Filius *Ζεὺς Αἰνειάδης* audit in Epigr. Antholog. (Jacobs.) II. 228., ex quo cognomentum factum est quasi imperatorium: ex. c. *Caligula* vocabatur *Jupiter Latiaris*: cf. Sueton. *C.* XXII. med. Dion. LIX. 28. *Nero*, ΖΕΥΣ . ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ . in num. Magnes. Sipylen. cf. Eckhel. III. p. 107. a. *Trajanus*, ΖΕΥC . ΦΙΛΙΟC . in Pergamen. ibid. II. p. 465. a. *Antonino* litabant Spartani ut ΖΑΝΙ . ΕΛΕΥΘΕΡΙΩΙ ΣΩΤΗΡΙ . in tit. Böckh. I. n. 1314. p. 645. Huc respiciunt congesta ex Dionys. Perieg., Oppiano, etc. a Passovio in *Enchirid. Gr.* I. p. 996. a. sub *Ζεύς*. Adeo late patebat adulandi studium quod instar maculæ degenerum adhæsit indoli, Græculorum maxime, cujus exemplum capere licet ex præcone suavissimo laudum Patroni: *Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βουκολέοντα Ἐσθλὰ, τά που καὶ Ζανὸς ἐπὶ θρό-*

blanditia repetita ex v. 1., Imperator utriusque continentis. Astrum Helladis (v. 3. fin.) totius appellatur, in primis, ob benevolum ejus animum erga Græcos[d], hoc est, *φῶς, σωτηρία*, exortus iis Sospitatoris specie indutus. Convenire porro dixerim, sensu penitiore, appellationem Imperanti, cujus ad summas res capessendas adventum insignivit *Dionæi Cæsaris astrum*[e], quod ipsum ad nummos illico translatum cernimus[f]. Hic censendus est homo, prosapia Græca oriundus, occasionem adripuisse fausta omnia de popularibus suis ominandi, nam Ἑλλάδος est *Abstractum* pro Ἑλλήνων. Quapropter Σωτὴρ Ζεὺς audit Augustus, quasi addicto nomine, non ὄκως, ut doctiss. Letronnio arrisisse video[g]. Enimvero, omisso quod ævum Lagidarum ab utroque revocatur, immo adjuncto *μέγας*[h], Augustus

νιν ἄγαγε φάμα. Idyll. VII. 91. ss. Ζεὺς hic est Ptolemæus II.

Quæ hunc versum excipiunt, Δεσπότᾳ, etc. vide egregie illustrata a typo num. in Eckhel. VI. p. 109. a.

[d] Probe his conveniunt de Augusto, qui ineunte imperio in Græcos adeo benigne se gesserat, prædicata in Dion. LI. 4. init. Sueton. XCIII. Hinc porro vis eximia verbi ἀνέτειλε in v. prox. Per *astrum* indicatur *spes, salus, gloria*, ut in Virgiliano, *Lux Dardaniæ*, neque abludunt ea quæ in Oaseno, CCCCXV. infr. de Galba proferuntur, v. 7., ὁ ἐπιλάμψας ἡμῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ κ. λ. Pari sensu vocantur Impp. in nummis, Eckhel. II. pp. 517. b. 520. a. ΗΛΙΟΙ. ΝΕΟΙ. nec omiserim egregiam comparationem in *Phœniss.* 848. s. Ἡγοῦ πάροιθε, θύγατερ· ὡς τυφλῷ ποδὶ Ὀφθαλμὸς εἶ σύ, ναυτίλοισιν ἄστρον ὥς.

[e] Virg. *Eclog.* IX. 47. Conf. Dion. XLV. 7. sub init. Plutarch. *Cæsar.* LXIX. init. Sueton. *Id.* LXXXVIII. Plin. II. 23. 4. Nimirum *animam* Julii visui objectam vulgo credebant. Hinc solent expedire Statiana in *Silv.* I. 1. 97. ss. *Ibit in amplexus natus fraterque paterque Et soror; una locum cervix dabit omnibus astris.*

[f] Vindicatur Augusto nimirum typus paternus: cf. Eckhel. VI. pp. 18. b. 80. a. 102. a.

[g] Conf. not. *Diar. Class. Lond.* ubi supra, p. 303. excerpt. ex libr. *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte*, etc. Respondendum videtur nihil facilius fuisse auctori *sideris* adumbrationem adsciscenti quam versum ad hunc modum instaurare, Ἑλλάδος ὃς Σωτὴρ Ζεὺς ἀνέτειλεν ὄκως. Atqui dicitur Imperator ἀνατείλας, quia ἄστρον, Ζεὺς vero, quippe *divus* ipse et *divo* natus, jure proprio et persona.

[h] Exemplum capias ex titul. Letronn. *Recueil*, etc. vol. I. n. VIII. de Cleopatra Selene et Ptolemæo VIII. Βασίλισσα Κλεο-

ipse vocabatur in nummis *Imp. Servator*[i], eratque quasi alter *Olympius*, instauratis ædibus apud Athenienses[k]. In v. 5. init. supplevit Letronn., egregie quoad sensum, Ἴσιδος ἐν νάσῳ, prælatum vero habui quod dedi ex conspecto marmore. Videtur porro ἕδρᾳ melius congruere occasioni quam νάσῳ, quod nimis *generale* est, quum credere liceat inscriptionem quamdam (γράμμα) fuisse in sede ipsa sacra, fano Isidis, a Catilio positam in laudes Imperatoris, senarios fortasse quorum meminit ipse Letronnius[l], vel hanc de qua agitur, cui notioni convenit optime usus aoristi ἔθηκε, opere *quod jamjam fit* indicato, quod vero tanquam *præteritum* habetur, utpote fixum et determinatum[m]. Suppleas ideo in h. l. **ΕΔΡΑΙΕΝΕΙCΙΑΚΑΙ**. Dein proprium, de quo in primis videtur dubitasse vir erud., est certissime *Catilius*, non *C. Atilius*, nam Græci semper, quantum scio, scribere consuescebant Γάϊος, non Κάϊος. Γράμμα erat ἁγνόν, quod accipias ut ἱερόν solenniter usurpatum; namque carmen erat in honorem numinis et in ædibus sacris constitutum, vel ut Musarum στόματα dicuntur ἁγνά, scil. *sancta*, *pura*, *casta*[n]. In v. 6. lacuna erat in lapide ex quo ef-

πάτρα καὶ Βασιλεὺς Πτολεμαῖος, θεοὶ μεγάλοι, φιλομήτορες καὶ σωτῆρες κ. λ. Opinor Alexandrinum nostrum habuisse ante oculos formulas usitatas in honorem Ptolemæorum; ex. c. *Epiphanis* in Rosettens. vv. 2. 3. Βασιλέως καθάπερ ὁ Ἥλιος, μέγας Βασιλεύς - - - - εἰκόνος ζώσης τοῦ Διός κ. λ.

[i] Conf. Eckhel. ubi supra, p. 303.

[k] Sueton. *August.* LX. *Reges amici atque socii - - - - - cuncti simul ædem Jovis Olympii, Athenis inchoatam antiquitus, perficere communi sumptu destinaverunt, Genioque ejus dedicare.* Vide hoc ope nummorum præclare illustratum in Eckhel. ubi supra, p. 122. b.

[l] Conf. *Diar. Classic. excerpt.* ubi supra, pp. 299. 305.

[m] Vide Hermann. *De emend. gramm.* p. 194. s. et *ad Viger. Idiotism. Gr.* II. 3. 12. not. 162. Matthiä. *Ausführl. Gr.* § 506. 1. citatis *Orest.* 1688. s.

[n] Conf. Æschyl. *Suppl.* 696. Dindorf. Lucem fenerari videntur nostra ex *Epist. ad Timoth.* II. 3. 15. ubi γράμματα dicuntur ἱερά tam ob *locum* (scil. Templum) in quo adservabantur, quam ob *materiam* in iis tractatam. Ita quoque adpellare quæ in ædibus sacris reposita sunt et ad sacros usus destinata solenne erat Ethnicis: conf. Lysiæ *Orat. adv. Andocid.* p. 255. 5. Reisk.

fluxerant fere cuncta inter ΓΡΑΜΜΑ et ΔΕΥΡΟ. In supplendi ratione etiam nunc hæreo, etsi Letronnius tentaverit (quoad sensum optime) ἀπ' Ἀλεξάνδρου. Atqui non videtur mihi hoc ab omni parte congruere litterarum ductibus quos superstites adhuc in monimento inter tractandum subodoratus sum. Intuli Σαραπιακᾶς (poteram Σαραπείας, Σαραπιάδος), quod bene cum mentione *sedis Isiacæ* quadrat, civium insuper religioni, qui feruntur *Sarapin atque Isin cultu pæne attonitæ venerationis observasse*[o]. Immo urbs eorum poterat dici Σαραπιακὴ vel ob templum instar omnium ornatum in honorem numinis advenæ[p]. Abesse præpositionem ne mireris, quum hæc aliquando subauditur[q]. In v. 7. supplet Letronn. ἐκ μεγάλων, cui non temere obnitor, quum certissimum sit plures fuisse Turranios, insignes viros, quorum meminerunt auctores, Varro, Cicero, etc.[r] Nostrum crediderim fuisse Caium istum qui præfecturam annonæ primus post Imperatorem ipsum[s]; hoc fortasse, quia ei fuerat antea

[o] Conf. Macrob. *Saturnal.* I. 20. p. 310. Bip. Eckhel. IV. p. 32. b.

[p] Vide Dionys. *Orb. Terr. Descr.* 255. Ἔνθα Σινωπίταο Διὸς μεγάλοιο μέλαθρον. Serapeii meminit quoque Ammianus, Romanorum Capitolio ob magnificentiam comparati, in *R. G.* XII. 16. p. 327. Bip. Cf. supr. CCCL. not. *k.* et Fasc. II. p. 335.

[q] Ex. c. *Androm.* 811. τῶν γὰρ ἠθάδων Φίλων νέοι μολόντες εὐπειθέστεροι, Cf. *Hecub.* 916. Ἀνὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν, ubi Schol. εἰς δὲ τὴν πόλιν. *Rhes.* 223. Ἥξω πρὸς οἴκους πρὶν φάος μολεῖν χθόνα.

[r] Obv. *Caius* in Tacit. *Annal.* I. 7. ineunte imp. Tiber. et in XI. 31. regnante Claudio. In Seneca quoque, *De Brevit. Vit.* XX. 2. ubi vero conf. not. Lips. Tres Turranios invicem diversos in his locis agnoscit Letronn. in not. ubi supr. p. 306. Deinde *Manius*, cum elogio memoratus a Cicer. in *Philipp.* III. 10. *Decius*, aut *Decimus*, ab eod. in *Epist. ad Attic.* I. 6. VI. 9. de quo et Ovid. in *Pontic.* IV. 16. 29. vir Musarum amicus. *Niger*, in Varron. *De Re Rust.* II. procem. et 11. fin. et III. 1. s. fin. a quo fortasse *pira Turraniana* in Plin. XV. 16. 2., qui et alterius meminit in III. 1. 4. cui cognomen erat *Gracilis;* cf. IX. 4. 3. XVIII. 15. 1. Hi cuncti, in sermone Græculi ad exemplar popularium comparato, μεγάλοι vocari possint.

[s] Cf. Tacit. ubi supra: *Tum potissimum quemque amicorum vocat, primumque rei frumentariæ præfectum, Turranium.* Sed in hoc loco maluerunt quidam accipere *primum* in sensu adverbiali, *primo, in*

commissa *horrei* Romanorum administratio. In 11. statim se prodit explicatio verborum *στάλᾳ ἐνεστάλωσεν*. *Ἐνστηλῶσαί τινα* est *sistere aliquem in stela*, h. e. præconia ejus ei inscribere. Additur *ex abundanti* *στάλᾳ*, nisi malis accipere *ἐνστηλόω* in sensu generali simplicis *στηλόω*, scil. *ἵστημι*, *pono*, *statuo*[t]: sed ad priorem proclivis sum, hac præcipue de causa, quod columellæ seu cippi inscripti vocabantur speciatim *στῆλαι*[u]. Caveas ideo ne accipias Τουῤῥάνιον pro *ἀνδριάντα* Τουῤῥανίου, quasi meminerit Catilius statuæ ab eo aliquando positæ in honorem Præfecti: est *nomen*, *laudes Turranii*, ut in loc. Herodot.[v] *τούτοισι μὲν στῆλας ἐνίστη ἐς τὰς χώρας, διὰ γραμμάτων λεγούσας τό τε ἑωυτοῦ ὄνομα κ. λ.* Poterat h. l. historicus scripsisse *τούτους μὲν στήλῃσι ἐνίστη*, ut hic Catilius, hypallage nota usus, prorsus ut in Anthologia *εἰκόνι τινὰ στῆσαι, ἀναθεῖναι*, plus semel[w]. In fine v. 9. *νάσω ἕδεθλον* est templum Isiacum

primis. Opinatus est Ernestius (not. ad *Annal.* I. 7.) Augustum tenuisse præfecturam dum vixit, aut saltem paulo ante obitum in locum ejus Turranium suffecisse. Conf. not. ad XI. 31.

In hoc T. video et stetisse Letronnium in not. supra cit.

[t] Notes vers. LXX. in Sam. II. 8. 14. ubi נצבים redditur ἐνστηλωμένους (sec. Complut. al. ἐστηλωμένους), h. e. *constitutos*, in sensu generali, sicut indicatur a rad. יצב, nisi cogitandum sit de more inscribendi in stelis nomina magistratuum.

Obiter hic notanda est vox synonyma in Targ. Jonath. אסטרטיגין, quæ nihil aliud est nisi Græc. Στρατηγοί ore Shemitico expressum.

[u] Cf. Passov. in voc. II. p. 958. a. *jede von Staatswegen aufgerichtete Säule, gew. mit einer Inschrift, Gesetze u. dgl. enthaltend, Ehrensäule, u. s. w.* Cf. Martian Capell. *De Nupt. Philolog.* II. p. 35. Plin. v. 32. 8. et 34. 5. Herodot. II. 102. p. med.

Hic quis non meminerit exquisiti usus vocis in Pind. *Nem.* IV. 131. Εἰ δὲ τοι = Μάτρωΐ μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις = Στάλαν θέμεν, Παρίου = Λίθου λευκοτέραν· = Ὁ χρυσὸς ἑψόμενος = Αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας· = Ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν = Ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰ = σοδαίμονα τεύχει = Φῶτα. Haud dissimiliter in VIII. 80. appellat carmen laudativum λάβρον λίθον μοισαῖον.

[v] In II. indicato supr. cf. c. 106. et IV. 87.

[w] Cf. Jacobs. *Anthol. Palat. Append.* 128, 163. et al.

in Philis. Vox est, similiter ac ἕδος, poetica, ut in Callimacheo[x], Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τό γε πρώτιστον ἕδεθλον, et ἐδέθλιον, ibid. Ἠ, καὶ ὑπὸ χρύσειον ἐδέθλιον ἷζε, κύων ὥς. In v. 10. vocat T. ὀλβοδόταν χθονός, qui divitiis Ægyptum auxerat[y]. In 11. τᾷδε est *ubi, in quo loco*, scil. ἐν νάσῳ. Conf. quæ de supplemento in hoc v. dixi in argum. vv. LL. Quoad sensum, vult dicere auctor tituli insulam sacram fuisse in confiniis positam inter Ægyptum et Æthiopiam: adeas Geographos[z]. In 13–15. habemus quædam de conditore quæ comparare queant legentes cum traditis a Suetonio de filiis Arei, qui Alexandrinus fuit, et Augusti in artibus liberalibus institutor: *Deinde eruditione etiam varia repletus est per Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii et Nicanoris, contubernium*[a]. Ultimum horum notabile est, quippe bis in nostro obvium, patris et filii, probabilemque judico conjecturam quam dudum ceperat Letronnius, ex hoc loco collatisque Dione et Plutarcho, filium Arei fuisse patrem Catilii, qui recordatione grata motus titulum Philensem contexuit. Quod tempora bene congruunt certissimum est, referente Tranquillo Augustum adhuc juvenem fuisse quum magistro disciplinæ usus fuerat Areo.

[x] Add. Lycophr. 987. Refert Pausan. in VIII. 25. 3. Antimachi vers. Δήμητρος τόθι φασὶν Ἐρινύος εἶναι ἕδεθλον, scil. *ædes* vel *habitaculum* Cereris, quæ et Furia.

[y] Illustr. *Bacch.* 570. ss. Διαβὰς (Bacchus) Ἄξιον εἱλισσομένας μαινάδας ἄξει, = Λυδίαν τε, τὸν εὐδαιμονίας = Βροτοῖς ὀλβοδόταν. Antea in 419. Φιλεῖ δ' ὀλβοδότειραν Εἰρήναν, κουροτρόφον θεάν. Congrua sunt epith. πλουτοδότης, in Hesiod. *Opp.* 125. πλουτοδότειρα in Orphic. *Hymn.* 39. quin et ὀλβιοδῶτις ibid. sc. *Ceres.*

[z] Scil. Strabon. XVII. 1. p. 465. T. Τοῦ δὲ καταῤῥάκτου μικρὸν ἐπάνω τὰς Φίλας εἶναι συμβαίνει, κοινὴν κατοικίαν Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων κατεσκευασμένην, ὥσπερ καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, κ. λ. Cf. Plin. v. 9. 10. s. Apprime congruunt verba Lucani in *Pharsal.* x. 312. s. *Qua dirimunt Arabum populis Ægyptia rura Regni claustra Philæ.* Ad hunc loc. et de Coptica origine nominis cf. Champollion. cit. in not. *l.* supr. n. CCCLIV. a. Græca Senecæ (*Q. N.* IV. 2. 3.) nihili est.

[a] Vide *August.* LXXXIX. init. Præceptoris ergo et dei Serapidis Conditorisque Magni dicitur Imperator Alexandrinis pepercisse: Dion. LI. 16. p. med. Meminit Arei et Plutarchus ob festive ab eo dictum de Cæsarione in *Anton.* LXXI. fin.

CCCLIX. d.

ΚΑΜΕΤΟΝΕΥΤΕΧΝΟΥΦΩΤΟϹϹΤΙΧΟΝΩΦΙΛΕΒΗΜΑ
ΤΙΜΙΟΝΑΜΠΑΥϹΑϹΕΥΜΑΘΕΚΑΙΧΑΡΙϹΑΙ
ΛΙΤΑΙϹΙϹΤΟΡΙΑΙϹΛΙΤΟΝΠΟΝΟΝΟΙΑΠΕΠΑΙΓΜΑΙ
ΟΥΚΕΝΑΜΗΝΥΩΝΟΥΠΕΡΕΦΥΝΓΕΝΕΤΟΥ
ΤΟΥΔΕΚΑΛΟΥΠΛΩϹΑϹΦΗϹΙΞΕΝΕΚΥΜΑΤΑΝΕΙΛΟΥ
ΚΑΙΡΟΝΕΧΩΦΩΝΕΙΝΧΑΙΡΕΤΕΠΟΛΛΑΦΙΛΑΙ
ΝΙΚΩΜΑΙΠΕΤΡΑΙϹΤΕΚΑΙΟΥΡΕϹΙΝΩΚΑΤΑΡΑΚΤΑΙ
ΚΑΓΩΕΧΩΤΕΥΧΕΙΝΙϹΤΟΡΙΚΗΝϹΕΛΙΔΑ
ΝΟϹΤΗϹΑϹΚΑΙΙΔΩΝΝΙΚΑΝΟΡΑΚΑΙΓΕΝΟϹΑΛΛΟ
ΡΟϹΚΑΤΑΛΟΙΠΟΝΕΧΩΤΟΥΤΟΓΑΡΕϹΤΙΤΕΛΟϹ

Κἀμὲ τὸν εὐτέχνου φωτὸς στίχον, ὦ φίλε, βῆμα
Τίμιον ἀμπαύσας εὖ μάθε, καὶ χάρισαι
Λιταῖς ἱστορίαις λιτὸν πόνον, οἷα πέπαιγμαι,
Οὐ κενὰ μηνύων οὗπερ ἔφυν γενέτου.
Τοῦδε καλοῦ πλώσας, φησὶ, ξένε, κύματα Νείλου
Καιρὸν ἔχω φωνεῖν, Χαίρετε πολλὰ, Φίλαι·
Νικῶμαι πέτραις τε καὶ οὔρεσιν, ὦ Καταράκται·
Κἀγὼ ἔχω τεύχειν ἱστορικὴν σελίδα
Νοστήσας καὶ ἰδὼν Νικάνορα καὶ γένος. Ἄλλο
Ρος κατάλοιπον ἔχω, τοῦτο γάρ ἐστι τέλος.

Descripta indidem, juxta pedes imaginis cujus in argumento prægr. ineunte memini. Stilo haud inficeto usus conditor, versuque ipso, instar præconis, constituto, hospitem amicum, qui parumper gradum sustinuerit, adloquitur, ut narratiunculam suam benigno animo exceptam perpendat; se (h. e. versum) non, inani studio motum, prosapiam (scil. scriptoris nomen) declaraturum; hoc dumtaxat, verba ejus (auctoris) referentem; Nili fluenta transgressum, se Philas valere

iterum atque iterum jubere, modo non exanimem factum difficultatibus viæ salebrosæ: verum hoc solaminis adesse, et ipsum narrationi itineris contexendæ parem esse, quum semel reversus Nicanorem familiamque ejus viserit. Denique se **POC**, clausulæ instar, carmini apponere.

Pro hoc **POC**, quod in primis sensu omni cassum judicavi, gratias ago ænigmatistæ.

Editum video in libro Hamiltoni, omissis vv. 9. 10., et cum mendis in 1–4. quæ sensum profligant: scil. **ΚΑΛΛΟΤΟΝ**, dein in 2. init. **ΤΙΜЄΟΝΑΜΠΑΥCΑΙ**, in fin. **ΧΑΙΡΙCΑΙ**. In 3. **ΑΥΤΑΙC** et **ΑΥΤΟΝ**, in 4. **ΟΥ ΚЄΝ ΑΜΗΝ ΥѠΝ**, justa serie disjecta. In 6. fin. **ΦΥΛΑΙ**. Conf. supr. vv. ll. ad CCCLIX. *c.* 11.

In *κἀμὲ* prosopopœia est, ut antea notavi. Epith. *εὐτέχνου* videtur innuere quemdam ex Museo (cf. infr. CCCLXXXIX.) huc profectum. Sensus primarii exemplum capere possis ex *Analectis*[b]. Pariter ac in nostro Latini adsciverunt sensum tralaticium *artifex, artificiosus*[c].

In v. 2. conf. *ἀμπαύσας* (*ἀναπαύσας*) Callimacheo, *καὶ οὐκ ἀνέπαυσε διωκτύν*[d]. In vv. 2–3. *χάρισαι*[e] *λιταῖς* etc. inest quid obscuri. Positum videtur *ἱστορία, opus*, pro *ἱστορικῷ, opifice*, Abstractum pro Concreto.

[b] Br. vol. II. 11. ex Antip. Sidon. *Εὐτέχνων ἐρατὸν σκυτοτόμων κάματον*. Congruit nostro sens. *εὐτεχνίας* in *Epigr. Adesp.* 302. *Ὃς λίθον εἰς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ*. Habemus *εὐτέχνητον Ἔρωτα* ex Tull. Gem. ubi supra, 279. Scite hoc dictum, et fortasse experiendo comprobatum a misello. Adest vero medicamen: *Otia si tollas, periere Cupidinis artes!*

[c] Conf. Plin. VIII. 21. 2. *Nihil non persuasurus vir tam artificis ingenii videbatur.* Cicer. *De Invent.* I. 35. s. fin. *Deinde a rhetoribus iis, qui elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt.*

[d] Hymn. III. 194. Add. *Orphic.* 441. (ex lect. Schneider.) *ἐγὼ δ' ἄμπαυον ἀοιδήν.*

[e] Affatim illustratur hæc vox, quæ notæ optimæ est, ex sacr. Cf. LXX. in libr. *Esther.* VIII. 7. et in *N. T.* S. Luc. VII. 21. Epist. ad Rom. VIII. 32. Galat. III. 18.

Festivo suo more adsciscit Comicus in *Equit.* 52. ss. *εἶτ' ἀναρπάσας* "*Ὅ τι ἂν τις ἡμῶν σκευάσῃ, τῷ δεσπότῃ Παφλαγὼν κεχάρισται τοῦτο.*

creto[f], ut aiunt; dein *πόνος* pro carmine ipso, adeo ut versio sit, *pusillo scriptori condona pusillum opus.* Sic ex parte Virgilius, *hunc, Arethusa, mihi concede laborem.* Epith. *λιτός*[g] modestiam arguit, ut exordium, *In tenui labor*, quod tamen rependit statim sequutum, *at tenuis non gloria.* Jure hoc additum! Ceterum *λιτῷ πόνῳ* bene congruit *παῖγμα*[h] in fin., quasi versiculi sint merus *lusus* ingenii, atque ita contexti ut nomen auctoris (*γενέτου*) lateat, *οὐ κενὰ μηνύων*, etc. Hæc non sine inrisione festiva conlaborantium, qui in prosapia declaranda adeo soliciti erant. Verteris *κενά inania* vel *infructuosa*[i]. In 6. init. *καιρὸν ἔχω* est *occasionem nactus sum*, vel *tempus est:* hoc bene cohæret sequentibus, Νικῶμαι πέτραις, etc. q. d. *jam tempus abire, sodales!* Ideo valere jubet Philas; *Χαίρετε πολλὰ, Φ.*[k] *Concordia fata duorum!* aiebam, *νικηθεὶς* et ipse, monimentum perlustrans: sed *stu-*

[f] De hoc tropo adeas Matthiä. *Gr.* § 429. Sic in Fasc. I. n. VIII. 11. videntur *τέχναι* poni pro *τεχνῖται*, (cf. Fasc. II. p. 173. not. *e.*): certe in Phædr. III. *Prol.* 18. *Tonanti sancta Mnemosyne Jovi Fecunda novies Artium peperit chorum*, scil. *novem Musas.*

[g] Aeque convenit actori et opusculo epith. Homines *λιτοί* sunt, qui *simplices, pusillo ingenio præditi;* cf. Callimach. II. 11. Ὀψόμεθ', ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὔποτε λιτοί: Res, quæ *tenues* sunt, *parum ornatu instructæ*, ut *λιτοὶ λόγοι* in Aristot. *Rhetor.* III., *δεῖπνον οὐ σφόδρα λιτόν*, apud Lucian. in *Lucio*, III. p. med. ubi exponunt *εὐτελές*, et apud Euripid. *Epist.* III. 15. *ἐν οὕτω πάνυ λιτῇ τινι ἐλπίδι τεθειμένος τὴν σωτηρίαν τῶν παίδων, in spe adeo pusilla.* Voce utuntur LXX. ut רֵיקִים Hebr. in sensu male ominato in *Judic.* XI. 3. ubi et legunt *κενοί.*

[h] Conf. Herodot. IV. 77. sub. f. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἄλλως πέπαισται ὑπ' αὐτῶν Ἑλλήνων. Cf. Polluc. *Onomast.* V. 45.

[i] Vid. *Odyss.* χ'. 249. Μέντωρ μὲν ἔβη κενὰ εὔγματα εἰπών. In sacr. *Act. Apost.* IV. 25. (ex LXX. Ps. II. 1.), καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά.

[k] Conf. Theocr. *Idyll.* I. 144. Σπείσω ταῖς Μοίσαις· ὦ χαίρετε πολλάκι, Μοῖσαι. Sic Βουκολικαὶ Μῶσαι, μάλα χαίρετε in IX. 28. Ciceronis sunt ad Atticum, V. 20. s. fin. *etiam atque etiam vale!*

Erat Græcorum et *μακρὰ χαῖρε*, quod suum fecerunt Virgil. et Claudian. Cf. *Eclog.* III. 79. *Rapt. Pr.* II. 234.

De Catarractis in V. prox. cf. Ptolem. IV. 5. Philostrat. *Vit. Apollon.* V. 26. Senec. *Q. N.* IV. 2. 4. Lucan. X. 318. Add. Jomard. in *Descr. de l'Égypte*, tom. II.

dium fallit labores. In 8. init. κἀγὼ videtur innuere jam antehac fuisse compositam narrationem itineris quale se suscepturum promittit noster. Τεύχειν[l] est *fabricari, struere, apparare, componere* seu *contexere,* ut h. l. Dein σελὶς est *pagina.* Additur ἱστορικὴ ad designandam *historiam,* h. e. descriptiunculam viæ[m]. Hanc sibi proponit conficiendam domum reverso: in v. penult. νοστήσας, etc. Ideo verisimile duxi *Nicanorem* hic memoratum neminem alium fuisse quam conditorem ipsum versuum: hoc primum: dein **POC** adjectum vidi in ult., quod diserte reddit. τέλος[n], idque non modo

[l] Norunt omnes ex Homero *τεύχειν δῶμα, δαῖτα, δόρπον, κήδεα,* etc. Propiora nostro sunt Hesiodi in *Opp.* 79. *Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος Τεῦξεν κ. λ.* Notabilis est gloss. Hesych. *Τεῦχος, βίβλιον,* et Lex. Vet. *volumen.* Secundum hoc reddita habemus גִּלָּיוֹן in Isai. VIII. 1. et מְגִלַּת in Psalm. XL. 8. per *τεῦχος* in vers. Symmachi.

[m] Pariter, in Chio quodam nostro, quem apud Böckhium, n. 2237. cerno, obv. *Καὶ σελίσιν Μουσῶν ἤλυθεν εἰς Ἀΐδαν.* Hic Poesis indicatur. Sic in carmine Posidippi (ap. Athenæum, XIII. p. 596. d.) v. 5. s. *Σαπφῷαι δὲ μένουσι φίλης ἔτι, καὶ μενέουσι, Ὠιδῆς αἱ λευκαὶ φθεγγόμεναι σελίδες.* Huc refer verba *Ὁμηρείη σελίς* in *Anthol. Palat.* Append. 109. *Adesp.* Citat Forsterus ad fin. libr. *de Accentu, etc.* Musuri Eleg. cujus versus est, *Ὅσσα θεοπνεύστοις ταῖσδ' ἀνέθου σελίσι.* Adde Zenodot. cit. apud Laërtium, VII. 30. *Εἰ δὲ πάτρα Φοίνιξ σὺ, τίς ὁ φθόνος; οὐ καὶ ὁ Κάδμος Κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα,* ex restitut. Porsoni ad *Phœniss.* v. 1613.

Periphrasim ipsi quoque agnoscimus vertentes *ἱστορικὴν σελίδα, the historic page, the page of history:* antea Romani, ut in Plin. VIII. 77. 5. *Hinc censoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina,* etc.

Notabile est Alexandrinos vocem admisisse in sensu simplice in Jerem. XXXVI. 23., et in Habakk. II. 2., ubi LXX. vertunt *εἰς πυξίον,* prætulisse Symmach. *ἐπὶ σελίδων,* secundum Hebr. עַל־הַלֻּחוֹת. Recte. Porro, quod Thema vocis *σελίς* probatissimum mihi videtur esse דֶּלֶת, *pagina,* in v. Jerem. supra cit.

[n] Rectissime, quum claudat nomen, quod celatum vult, versumque quem in ultimo loco statuit. Hic *τέλος* est *finis.* Est vero, Græcorum ore elatum, Shemiticum ראשׁ (راس), *caput, summa, κεφάλαιον* (LXX. Num. XXXI. 26.), quod ipsum et *τέλος* est, ex. c. in Timoth. I. 1. 5. *τὸ δὲ Τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν Ἀγάπη,* etc. et S. Petr. I. 3. 8. *τὸ δὲ Τέλος, ut summatim loquar.* Sic LXX. in Ecclesiast. XII. 13. *Τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε· τὸν Θεὸν φοβοῦ,* h. e. *finis* seu *summa præceptorum.* Ludere

carminis, quod valde inficetum foret, sed et genitivi Νικάνορος. Hoc pacto, exordiis versuum lustratis, in aperto erat griphum dissolvere; carmen erat procul dubio ejusdem Κατιλίου, τοῦ καὶ Νικάνορος, cujus habemus in prægresso ingenii fetum.

CCCLIX. e.

ΗΛΘΟΜΕΝΑΙΓΥΠΤΟΙΟΠΕΡΑΣΠΕΡΙΚΑΛΛΕΑΝΗΣΟΝ
ΙΣΙΔΟΣΙΝΑΧΙΗΣΓΑΙΑΝΕΠΟΨΟΜΕΝΟΙ
ΚΑΙΝΕΙΛΟΥΒΑΘΥΧΕΥΜΑΟΣΑΙΓΥΠΤΟΝ . . ΛΥΟΛΒ
ΑΙΕΝΕΤΟΣΣΩΞΕΙΚΑΙΣΑΡΟΣΕΥΤΥΧΙΑΙΣ
ΧΑΙΡΕΑΝΑΣΣΑΦΙΛΩΝΧΑΙΡΟΙΣΘΑΜΑΚΑΙΣΥΣΑΡΑΠΙ
ΓΑΙΑΝ . ΝΑΝΤΙΠΕΡ . ΝΑΙΩΝΑΒΑΤ . . ΠΟΛΥΣΕΜΝΟΝ
ΚΑΙΠΕΜΨΑΙΣΗΜ . . ΣΩΟΥ . ΕΣΚΡΟΝ . . ΕΜΠΟΡΙΟΝ

Ἦλθομεν, Αἰγύπτοιο πέρας, περικαλλέα νῆσον,
Ἴσιδος Ἰναχίης γαῖαν, ἐποψόμενοι,
Καὶ Νείλου βαθὺ χεῦμα ὃς Αἴγυπτον πολύολβον
Αἰὲν ἔτος σώζει Καίσαρος εὐτυχίαις.
Χαῖρε, Ἄνασσα Φιλῶν, χαίροις θ' ἅμα καὶ σὺ, Σάραπι,
Γαῖαν ἐναντιπέρα ναίων, Ἄβατον πολύσεμνον,
Καὶ πέμψαις ἡμᾶς σώους ἐς Κρόνου ἐμπόριον.

Descripta de eadem parte propylæi ac nn. CCCLIV. *a. c.* etc. supr. Prolusio est poetica quæ *voluntatem* magis quam *peritiam* arguit. Iter a quibusdam susceptum declaratur ut Philas viserent Nilumque ibi inter loca salebrosa fundentem aquas. Sequitur proscynema Isidis, cui consociatur Serapis, quem precantur ut eos *salvos* deducat ad *emporium* (h. e. *urbem*, *ditionem*) Saturni.

ideo censendus est ænigmatista in syllaba, quæ *carmini* imponit coronidem simul ac *nomini*.

In vv. 1. 2. constructio videtur esse Ἤλθομεν, ἐποψόμενοι (τὸ) πέρας Αἰγύπτου (CCCLIX. c. 11.) quod et περικαλλὴς νῆσος (ibid. καλὸν πέρας) et γαῖα Ἴσιδος Ἰναχίης. Nempe, quum Græci turbatum ibant mythologiam Ægyptiorum, admista sua, Isidem in Io, Inachi Argivi filiam, mutarunt, quam οἰστροπλῆγα, pererrato orbe, finxerunt Ægyptum demum petiisse ibique requiem et divinitatem nactam[o]. Hoc pacto quæ Ius propria erant, Ἰναχίη, Ἰναχίς, Ἰνάχου κόρη, etc., ad Isidem transtulerunt[p]. Hoc fortasse quia in sculpturis sacris deam Ægyptiorum cornigeram[q] videbant, ideoque statim adsimilabant παρθένῳ βουκέρῳ, κερασφόρῳ, πόρτι, sensu ei haud absimili quo in Ape conspexerunt numen eorum Brachmanicum Sipahæ nostri[r]. In v. 3. epith. βαθὺ illustrari possit ex Callimach. IV. 208. s. πλήθοντι ῥεέθρῳ Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος, vel ornantis loco sumendum est: fortassis ad speciem fluminis respicit

[o] Conf. Nonn. in Dionysiac. III. Ἤλυθε δ' ἐς Αἴγυπτον, ὅπη βοέην παρὰ μορφὴν Δαιμονίης ἴνδαλμα μεταλλάξασα κεραίης, Ἔσκε Φερέκαρπος, scil. *Isis.* Conf. Æschyl. *Prometh.* 832. ss. 871. ss. Flacc. in *Argonaut.* IV. 416. ss. *Hæc procul Io spectat ab arce poli, jam divis addita, jamque Aspide cincta comas, et ovanti persona sistro*, h. e. insignia Isidis ferens: Jablonsk. in *Panth. Ægypt.* P. I. p. 108. Mythum iterat Valerius, ubi supra, VII. 111–113.

[p] Conf. Æschyl. *Prom.* v. 730. s. Σύ τ' Ἰνάχειον σπέρμα, τοὺς ἐμοὺς λόγους Θυμῷ βάλ' κ. λ. Sophocl. *Electr.* 5. Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης. Mosch. *Idyll.* II. 44. 50–52. Ἐν μὲν χρυσοῖο τετυγμένη Ἰναχὶς Ἰώ.—Ἐν δ' ἦν Ζεὺς Κρονίδης, ἐπαφώμενος ἠρέμα χερσὶ Πόρτιος Ἰναχίης, τὴν ἑπταπόρῳ παρὰ Νείλῳ Ἐκ βοὸς εὐκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα. Transtulit Flacc. ubi supr. IV. 350. 357. *Inachis, Inachia juvenca*, et ad Isidem epith. Callimach. in *Epigr.* 61. Ἰναχίης - - - - - Ἴσιδος. Sic credo Propertium in II. 33. 3. s. *Atque utinam Nilo pereat quæ sacra tepente Misit matronis Inachis Ausoniis.* Conf. I. 3. 20. II. 28. 17. s. ubi *Io* liquido intelligitur. Sed notandum est antiquiores Græcos hanc transformationem Irachidis in deam Ægyptiam penitus ignorasse: ex. c. Æschylum cit. supr.

[q] Conf. Wilkinson. *Æg. Antiq.* IV. p. 383. Agnoscit Diodor. I. 11. med. cui loco cf. Plutarch. *De Iside*, etc. XLIII. De Io cornigera conf. Æsch. ubi supra, 608. Eurip. *Phœniss.* 255. 842.

[r] Vide Schlegel. *Geschichte d. Literatur*, B. I. S. 201. Erat *Juvenca Athoris*, referente Wilkins. *Æg. Antiq.* IV. p. 393.

scriptor in alveo arctiori facto volventis aquas, qualem conspicere est in regione Blemmyum sive Dodecaschœno, cautibus in tractu ripensi invicem accedentibus[s]. In hoc v. N. est πολύολβος[t], *dives opum:* cf. supr. CCCLV. a. 1. CCCLIX. c. 10. In v. 4. init. ἔτος est κατ' ἔτος. Deest præpositio[u], ut in titulis solenniter ἔτους, ἔτει, h. e. ἐπ' ἔτους, ἐν ἔτει. Sermo hic manifesto est de 'Αναβάσεσι Nili. Construas fin. ἐπὶ, vel σὺν, εὐτυχίαις, notesque adulantem, quasi adscensus qui servant Ægyptum facti sint Cæsaris gratia, vel adnuente felici ejus fortuna, ut in Hom. σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθμεν[v]. In 5. vocatur Tutelaris Philensis Ἄνασσα Φ. prorsus ut Horat. *O Venus, Regina Cnidi Paphique*[w]; et Serapis, ναίων Ἄβατον, scil. rupem præruptam quæ stat exadversum ædes Isiacas, hod. *Shnem* (الجزيرة الشنم.)[x]. Nempe hic fabulabantur fuisse positum sepulcrum Osiridis, in cujus locum, recentiore theogonia, successerat Serapis, quapropter πολύσεμνος dicitur, *omni religione colenda.* Est plerumque, ut simpl. σεμνός, epith. personæ; ex. c. Κλῦθί μοι, ὦ πολύσεμνε θεά, πολυώνυμε δαῖμον[y]. In v. ult. hæreo. Submonuit quidam amicus eruditus Serapidem Græcorum Plutoni respondisse utpote Judicem *Amenthes* inter Ægypt-

[s] Wilkinson. *Æg. Antiq.* IV. pp. 117. s.

[t] Conf. Orphic. *Hymn.* 2, 12. 31, 8.

[u] Pariter ante ἡμέραν, χρόνον, ὥραν, notante Bos. in *Ellips. Græc.* p. 442. Ed. Hal. Sic Demosth. τέτταρας μῆνας pro κατὰ τ. μ. in loc. ibi cit. Illustrant amplius seqq. Herodot. II. 2. *m.* ἐντυλάμενος - - - - - - τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας. In I. 181. *f.* νύκτα. In Hesiod. *Opp.* 174. ἦμαρ, et sic, in Apollon. Β'. 406. *Iliad.* φ'. 111.

[v] Conf. *Iliad.* ι'. 49. λ'. 792. etc.

[w] Carm. I. 30. 1. quæ in 3. 1. est *diva potens Cypri.* Stat. *Silv.* III. 2. 101. s. *Isi, Phoroneis quondam stabulata sub antris, nunc regina Phari.* Conf. Eurip. *Iph. Aul.* 433. s. 'Αρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεάνιδα Αὐλίδος ἀνάσσῃ.

[x] De Abato conf. Senec. *Q. N.* IV. 2. 7. Lucan. *Ph.* X. 323. ss. Servium ad *Æneid.* VI. 154. Inter hodiern. Champollion. *Lettr. écr. d'Égypte*, pp. 166–9. cit. a Letronn. *Rec.* I. p. 340. Alterum nomen est *El Bégeh*, notante Champoll. supr.

[y] Orphic. *Hymn.* I. 1. Conf. Homerid. *H.* IV. 486. XII. 1. et al. Aristoph. *Thesmoph.* 224.

ios[a]; se porro in verbis Κρόνου ἐμπόριον agnoscere *insulas felices*, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει[a]; proinde Abati numen hic alloqui scriptorem ut Σωτῆρα post mortem animasque deducentem, **INVICTVM . DEVM . SERAPEM . SERVATOREM**[b]. Sed adeo ingeniose explicata ne adsciscam obstat vox ἐμπόριον, quod in tali sensu valde inficeta foret. Quid enim? Nihil facilius erat quam scribere ἀγν' ἐς ἕδεθλα Κρόνου, vel quid simile, hujusmodi specie menti obversante. Præstat, ni falsus sim, accipere dicta pro felice reditu in patriam, sub tutela Serapidis, et per *emporium Saturni* intelligere urbem in qua degebant, talemque qualem jure dixeris *forum nundinarium, religionique adstrictam Saturniæ*. His convenire dixerim, ipso nomine spectato, *Sebennytum*, conflatam ex *Seb* (Saturno) et *Neith* (Minerva), vel, si mavis, *Netpe* (Rhea), quam ipsius *Seb* conjugem fuisse finxerunt, idcirco dignam quæ cum eo consociaretur ut Σύνναος[c]. Quin etiam erat *Seb* pater *Osiridis*[d]; quapropter convenienter preces factæ ut ad Genitorem revertentes tueretur Filius.

Notanda est imperitia auctoris in hoc versu hypermetro facto, quem facillime instauraveris avulso ἡμᾶς, vel σώους, quorum alterutrum exsulare potest sine sensus dispendio; hoc, quia per orationis colorem satis indicatur, illud ob ἤλθομεν in v. 1. Sed ingenio hebeti aureum illud *Ne quid nimis* nihili est.

[a] Conf. Plutarch. *De Isid.* etc. XXVII. ss. Diodor. I. 25. Wilkinson. ubi supra, pp. 315. 363.

[a] Conf. Hesiod. *Opp.* 166. ss. Epigr. Marcell. in *Analect.* II. 302. αὐτὴ δὲ μεθ' ἡρώνησι νένασται Ἐν μακάρων νήσοισι, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει. Pind. *Olymp.* II. 127. ss. ἔτειλαν (scil. *justi*) Διὸς = Ὀδὸν παρὰ Κρόνου τύρ = σιν (mœnia), ἔνθα μακάρων = Νᾶσον ὠκεανίδες = Αὖραι περιπνέουσιν. Fateor hic me movere non nihil Lyrici τύρσιν.

[b] Vide Gruter. p. LXXXV. n. 8.

[c] De Saturno (*Seb*) in theogonia Ægyptt. conf. Diodor. I. 13. p. med. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* IV. pp. 228. s. 308–312. De *Netpe*, 312. ss. et *Neith*, numine Saitico, unde Græcorum *Athene*, 282–287. Illustrant ejusdem operis Tabb. 28. 31, 1. 32.

[d] Wilkinson. ibid. et p. 323. Cf. Diodor. ubi supra.

CCCLIX. f.

ΑΛΛΟ

ΝΗϹΟΝΕΝΑΙΓΥΠΤΩΙ . ΟΠΕΡΑϹΠΕΡΙΚΑΛΛΕΑϹΕΜΝΗΝ
ΙϹΙΔΟϹΑΙΘΙΟΠΩΝΠΡΟϹΘΕΝΑΦΙΞΑΜΕΝΟΙ
ΕΙΔΟΜΕΝΕΝΝΕΙΛΩΙΠΟΤΑΜΩΙΝΕΑϹΩΚΥΠΟΡΟΥϹΑϹ
ΑΞΙΘΕΟΥϹΑΙΝΑΟΥϹΗΓΑΓΟΝΑΙΘΙΟΠΩΝ
ΓΑΙΑΝΕϹΗΜΕΤΕΡΗΝΠΥΡΗΦΟΡΟΝΑΞΙΘ . ΩΡΟΝ
ΝΤΕϹΒΡΟΤΟΙ . . ΔΡΕϹΕΠΙΧΘΟΝΙϹΕΜΙ . . ΝΟΥϹΙΝ

Ἄλλο.

Νῆσον, ἐν Αἰγύπτῳ τὸ πέρας, περικαλλέα, σεμνὴν,
Ἴσιδος, Αἰθιόπων πρόσθεν, ἀφιξάμενοι,
Εἴδομεν ἐν Νείλῳ ποταμῷ νέας ὠκυπορούσας
Ἀξιθέους αἳ ναοὺς ἤγαγον Αἰθιόπων
Γαῖαν ἐς ἡμετέρην, πυρηφόρον, ἀξιθέωρον,
Ἣν πάντες βροτοὶ ἄνδρες ἐπὶ χθονὶ σεμνύνουσιν.

Descripta indidem, prægressis in CCCLIX. *e.* supposita. Referunt quidam se ad Philas adpulisse spectaculumque ibi miratos ædituorum Æthiopum redeuntium ad Ægyptum cum ædiculis numinum quos a templis eorum ad festa solennia panegyresque asportaverant.

In edit. Welcker.[e] video in v. 1. ΠΕΡΑϹΙΝ, quod metrum pessum dat nisi legas (quod lapis vetat) ΑΙΓΥΠΤΟΥ. De *πέρας, περικαλλέα*, cf. prægress. 1. et *σεμνήν*, v. 6. In v. 2. situs Philarum declaratur, *Αἰθιόπων πρόσθεν*, ut in CCCLIX. *c.* 12. De adverbio, et synonym. *προπάροιθε*, vide Homer. passim[f]. In 3–5. *εἴδομεν* - - - - - - - - *ἡμετέρην* expedienda sunt ex Diodoro[g] qua parte tractat mythorum Homeri-

[e] Vid. *Syllog. Epigr.* n. 195.

[f] Conf. *Iliad*, χ'. 464. τ'. 13. ψ'. 877. In ξ'. 297. et Hesiod. *Opp.* 291. post casum suum stat *προπάροιθε*, ut hic *πρόσθεν*.

[g] B. H. I. 97. fin.

corum originem Ægyptiam: *Τά τε περὶ τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν μυθολογούμενα περὶ τῆς συνουσίας* (Iliad. ξ'. 346. ss.), *καὶ τὴν εἰς Αἰθιοπίαν ἐκδημίαν* (ibid. α'. 423. s.) *ἐκεῖθεν αὐτὸν μετενεγκεῖν. κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τὸν νεὼν τοῦ Διὸς περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς πάλιν ἐπιστρέφειν, ὡς ἐξ Αἰθιοπίας τοῦ θεοῦ παρόντος. τήν τε συνουσίαν τῶν θεῶν τούτων ἐν ταῖς πανηγύρεσι, τῶν ναῶν ἀνακομιζομένων ἀμφοτέρων εἰς ὄρος ἄνθεσι παντοίοις ὑπὸ τῶν ἱερέων κατεστρωμένον.* Quæ de sacello sive adyto (*σηκῷ*) Jovis hic narrat Diodorus, videtur noster ad plures extendere, scil. simulacra eorum una cum Diali avecta fuisse, Isidis sine dubio inter cetera: et hoc est quod Poeta diserte profert; *Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.* Dein reditus ad templa Thebaidis adumbratur in seq. *Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖτις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε*, h. e. post festa panegyresque habita apud Æthiopes[h]. In v. extr. *νέας ὠκυπορούσας* cf. cum Homer. ubi supra, 421. Hic indicantur naviculæ quas vocabant *θαλαμηγούς*, scil. *θαλάμους* seu *παστοὺς* ferentes in quibus asservatæ sunt numinum imagines[i]. Æditui erant *παστοφόροι*. In v. 4. *ἀξιθέους* est pro *ἀξιοθέους*, *spectatu* (vel *diis*) *dignas*[k]. Pariter in 5. *ἀξιθέωρον*. Hic nulla *synizesis* est, sed *syncope*, quæ in excultiore lingua admissa est dumtaxat ante vocalem, ex. c. *ἀξιάγαστος, ἀξιέραστος, ἀξιόρατος.*

[h] Conf. Eustath. ad loc. Homer. p. 128. 10. Ceterum ingeniosa conjectatio est hæc festa et asportationem deorum ad Æthiopicos tractus commemorasse fugam in eos Ægyptiorum, Pastoribus (*Hyksos*) ingruentibus: dein, in reditu eorum adumbratas conspici victorias Amenophis et Rhampsis: Conf. Joseph. (ex Manetho), *Contra Apion.* I. 27. sub init.

[i] Conf. Diodor. I. 29. 85. Θαλαμηγοὺς vocabant Romani *cubiculatas* (Sueton. *Cæs.* LII. Senec. *De Benefic.* VII. 20.) quibus in flumine utebantur: conf. Strabon. XVII. 1. p. 436. T.

[k] Vox, in priore signif., æquiparanda est Herodoteæ, ἀξιοθέητος, in pluribus locis; ex. c. I. 14. *m.* 184. *f.* II. 111. *f.* etc. Obv. ἀξιόθεος in Alciphr. III. 55.

In medio versu *synizesis* est, monosyllabo facto *ναούς*, ac si fuerit Atticum *νεώς*[l], quod vero imperitiam arguit transitumque ad leges pronuntiandi quæ sermonem hodiernum Græcorum adeo corruperunt. *Αἰθιόπων* in h. v. est *ἐξ Αἰθ.*[m], quum de revehentibus ædiculas sermo sit, subaudita præpositione sicut monui supra in nota ad CCCLIX. c. 6. Attamen struere possumus *Αἰθιόπων* cum *νέας* in v. prægr. Æthiopes hic sunt quorum erant templa ad usque Catarractam majorem, scil. apud *Pselcin*[n], *Parembolen*[o], *Hierasycaminon*, etc. apud quæ panegyres habebantur diebus festis. In v. penult. verba *γαῖαν ἐς ἡμετέρην* luculenter Græco-Ægyptios fuisse evincunt qui hunc titulum et prægressum contexuere, id quod non nihil virium addit dictis supra ad CCCLIX. e. 7., et in epith. *πυρηφόρον* Homericum rursus conspicimus[p]. In ult. *σεμνύνω* est *veneror*, *colo*, ut *σεμνόω* in v. Euripid.[q] *Θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμὸν αἰθέρος μυχῶν.*

CCCLX. a.

ΘΕΟΜΝΗCΤΟCΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥCΤΡΑΤΗΓΟCΦΙΛΩΝΗΛΘΟΝ
ΚΑΙΠΡΟCΕΚΥΝΗCΑΤΗΝΜΥΡΙΩΝΥΜΟΝΙCΙΝΚΑΙΤΟΥC
ΕΝΤΩΙΑΒΑΤΩΙΘΕΟΥCΚΑΙΤΟΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΕΠΟΙΗCΑ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΚΑΙΔΙΟΝΥCΙΟΥΕΠΙΦΑΝΕΙΩΝΤΩΝΕΜΩΝ
ΕΠΙCΤΑΤΩΝΚΑΙΤΩΝΤΟΥΤΩΝΤΕΚΝΩΝΚΑΙΓΥΝΑΙΚΩΝ
ΚΑΙΤΩΝΗΜΕΤΕΡΩΝΠΑΝΤΩΝ·L- - - - - - - - - - - - -

Θεόμνηστος Πτολεμαίου, *Στρατηγὸς Φιλῶν, ἦλθον καὶ προσεκύνησα τὴν μυριώνυμον* Ἶσιν *καὶ τοὺς ἐν τῷ* Ἀβάτῳ *θεούς, καὶ τὸ*

[l] Conf. Hermann. *Elem. Doctr. Metr.* I. 10. 12.

[m] Scil. congruenter Diodoro in loc. supr. cit. ὡς ἐξ Αἰθιοπίας τοῦ θεοῦ παρόντος.

[n] Vide Letronn. *Recueil, etc.* I. pp. 38. s.

[o] Ibid. p. 12.

[p] Conf. *Iliad.* μ'. 314. *Odyss.* γ'. 495.

[q] Helen. 866. Legunt alii σέμνον, sc. in voce act. ut hic σεμνύνουσι.

προσκύνημα ἐποίησα Ἀπολλωνίου καὶ Διονυσίου, Ἐπιφανίων, τῶν ἐμῶν Ἐπιστατῶν, καὶ τῶν τούτων τέκνων καὶ γυναικῶν καὶ τῶν ἡμετέρων πάντων· Ἔτους κ. τ. λ.

Descripta de muro columnationis quæ ab ædicula meridionali (cf. argum. n. CCCLIV. *f.*) propylæum versus templi grandioris Isiaci porrecta est. Commemoratur proscynema Theomnesti, filii Ptolemæi, Strategi Philensis, ad Isidem deosque Abati factum pro se et liberis, adjunctis Epistatis ejus Apollonio et Dionysio cum prole eorum et uxoribus. Deinde, ex formula solenni, sequuta est ætas tituli; cuncta vero post siglum **L** (*λυκάβαντος* i. e. *ἔτους*) effluxerant, vel potius, quatenus discernere potui, scalprum malevoli cujusdam senserant. Conf. supra, CCCL. 7. 8. et in Fascic. II. titt. XLIV. 1. 4. XLVI. 5. Supplere possis **L---ΚΟΜΜΟΔΟΥΚΑΙCΑΡΟC**, quæ cum intervallo post **TωN** satis quadrant, nisi de *Caio*, *Nerone*, *Domitiano*, cogitandum putes. Illud vero prætulerim, propter odia in defunctum Patrum, Populi, totius orbis Romani[r].

In v. 1. vocatur Theomnestus *Strategus Philarum:* hoc fortasse ob præstantiam loci, nam jurisdictioni Ombitæ subditi erant Philenses. In v. 2. Isis est *Multinominis*, quippe appellationum numerum pæne infinitum sortita, cujus rationem adfert Plutarch.[s] *ὑπὸ τῶν πολλῶν Μυριώνυμος κέκληται, διὰ τὸ πάσας ὑπὸ τοῦ λόγου τρεπομένη μορφὰς*[t] *δέχεσθαι καὶ ἰδέας.* Hic *οἱ πολλοί*, inter ceteros, sunt inscriptionum conditores, apud quos appellatio ubique obvia est. De *Abato* in v. 3. antea dictum est ad CCCLIX. e. 6. *Θεοὺς τοὺς ἐν Ἀβ.* puto

[r] Vide Dion. LXXIII. 2. init.

[s] De Iside, etc. LIII. init. Illustrant et §§ IX. XXVII. LII. LVI. et Apul. in *Metamorph.* XI. p. 257. Bip. Obv. in titulo Montis Porphyritæ verba ЄΙCΙΔΙ. ΜΥΡΙωΝΥΜω, de quibus adeas Letronn. I. p. 434. Ceterum ex Apuleio versionem *Multinominis* accepi.

[t] Hinc in *Epigr. Adesp.* 271. Ἴσιδι καρποτόκῳ, ταχυμήτορι, μυριομόρφῳ.

esse *Osiridem* et *Horum*, qui cum Iside faciunt triadem Philensem. In v. 4. dicitur Ἀπολλωνίου καὶ Διονυσίου Ἐπιφανίων ut in Fasc. II. n. XLIV. 16. Αὐρήλιοι Θεόδωρος καὶ Ὀνήσιμος, cui conf. LXXIV. 5. Hos nuncupat Theomnestus Ἐπιστάτας, secum consociatos in Nomo administrando, proinde erant Ἐπιστάται τοῦ Νομοῦ quorum erat jura et leges tueri[u]. Sic habebant Romani *Prætores*, nos, *Assistant Barristers*, *Chairmen of Counties*, Scoti, *Sheriffs*.

CCCLXI. a.

Hic titulus insculptus fuerat juxta aditum conclavis in parte summa ædium Isidis, commemoratque adorationem cujusdam *Smetchém*, principis vestiariorum, cui pater erat propheta *Pachûm*, et mater *Tsensmét*. Tempus notatur in quo munus suum iniverat, sc. annus epochæ Diocletiani 165.; deinde fratris ejus *Smét* meminit, qui in locum prophetæ *Smetchîs*, filii prophetæ *Pachûm*, successerat, cum quo adiverat Philas ad officia sua transigenda. Precatur Isidem et Osiridem ut sibi fausta et felicia ominentur.

Annus diesque in integro titulo apparebant, quorum prior effluxit: hic, in calendario fixo erat XIV. Cal. Januarias.

In v. 1. προσκυνημα pendet de εποιησε, quod subauditur, nisi malis admittere syntaxim prave constitutam, πρωτοστολιστὴς pro πρωτοστολιστοῦ, quod sane ignoscendum est scribenti in 11–13 ἅμα τοῦ ἀδελφοῦ - - - - ὁ διάτοχος. *Smetchém* (ⲤⲘⲎⲦ-ϪⲎⲘ) præerat vestitoribus sacris (στολισταῖς) quorum officium erat simulacra deorum in templis vestimentis ornare quum festa seu panegyres haberentur. Hinc in Rosettensi[v] vocantur, οἱ εἰς τὸ ἄδυτον εἰσπο-

[u] Vide Letronn. ad tit. Philens. XXVI. 5. ubi supra, p. 342. et Peyron. ad Papyr. Taurin. ibi citat.

[v] Scil. vv. 6–7. Vid. not. Letr. ubi supra, p. 267.

ΤΟΠΡΟϹΚΥΝΗΜΑ	Τὸ προσκύνημα
ϹΜΗΤΧΗΜΟΠΡѠΤΟ	Σμητχὴμ ὁ πρωτο-
ϹΤΟΛΙϹΤΗϹЄΚΠΑΤΡΟϹ	στολιστὴς, ἐκ πατρὸς
ΠΑΧΟΥΜΤΟΥΠΡΟΦΗ	Παχοὺμ, τοῦ προφή-
ΤΟΥΜΗΤΡΟϹΤϹЄΝ	του, μητρὸς Τσεν-
ϹΜΗΤЄΓЄΝΑΜΗΝ	σμήτ· ἐγενάμην
ΠΡѠΤΟϹΤΟΛΙϹΤΗϹ	πρωτοστολιστὴς
ЄΠΙΡ̅Ξ̅Є̅ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝ	ἐπὶ ρξέ Διοκλητιανοῦ·
ΗΛΘΑЄΝΤΑΥΘΑ	ἦλθα ἐνταῦθα
ΚΑΙЄΠΟΙΗϹΑΤΟ	καὶ ἐποίησα τὸ
ЄΡΓΟΝΜΟΥΑΜΑ	ἔργον μου ἅμα
ΚΑΙΤΟΥΑΔЄΛΦΟΥ	καὶ τοῦ ἀδελφοῦ
ΜΟΥϹΜΗΤΟΔΙΑΤΟ	μου Σμὴτ, ὁ διάτο-
ΧΟϹΤΟΥΠΡΟΦΗΤΟΥ	χος τοῦ προφήτου
ϹΜΗΤΧΙΟϹΠΑΧΟΥΜΤΟΥ	Σμήτχιος, Παχοὺμ τοῦ
ΠΡΟΦΗΤΟΥЄΜ.ΙΧΑ..Ϲ	προφήτου· ἐμοὶ χαρίσ-
ΝΤ	αιντο ἡ Δέσποινα
ΗΜѠΝΙϹΙϹΚΑΙΟΔЄϹ	ἡμῶν Ἶσις καὶ ὁ Δεσ-
ΠΟΤΗϹΗΜ.Ν.ϹΙΡΙϹ	πότης ἡμῶν Ὄσιρις
ЄΠΑΓΑΘѠЄ _ _ ΡΟΝ	ἐπ᾽ ἀγαθῷ (εὔφρονες?).
ΧΟΙΑΚΚ̅Γ̅	Χοϊὰκ κγ΄, ἐπὶ - - -
ΚΛΗΤΙΑΝΟΥ	Διοκλητιανοῦ.

ρευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν, per periphrasim. In 3–6. memorat archistolista prosapiam suam per patrem, ut Græci, *Pachûm* (Πⲁ̀ϫⲟⲩⲙ, Πⲁϩⲱⲙ?) matremque, more Lyciorum[w], *Tsensmét* (Ⲧϣⲉⲛⲥⲙⲏⲧ), ipsam *filiam Smét*. Pater erat *Propheta*, ex ordine sacerdotali cui commissa est interpretatio codicum sacrorum, effatorumque a divis[x]. In Rosettensi (ubi supra) locum tenent post *ἀρχιερεῖς*.

[w] Conf. supr. n. CCLXXXIX. 4. not.

[x] Letronn. ubi supr. p. 266. citato Schmidt. De Sacerdott. Ægyptiis, pp. 106–128.

In *ἐγενάμην*, v. 6. pro *ἐγενόμην* conspicimus dialectum, fortasse Alexandrinam, ut in titulo Hierapolensi[y], *πρὸς τὸ δίδοσθαι ἀπ' αὐτοῦ τὸν ἐτήσιον τόκον τοῖς παραγεναμένοις*. Accedit forma *ἐγεινάμην*, ab antiq. ΓΕΝΩ, quæ in usu erat inter Atticos[z]. In v. 8. notatur tempus, in anno CLXV. Diocletiani h. e. P. C. 449. regnante Theodosio II. quum epocha ista, quæ et *Martyrum* vocabatur, exordium habuit in neomenia Thoÿth anni salutis 284. Ethnicis in usu erat ad memoriam conservandam Imperatoris in nomen Christianum sævissimi, et in recentiore ætate, quum summa rerum penes Khalîfas erat, apud ipsos Christianos, Indictionibus posthabitis, ob utilitatem ejus in computo paschali[a]. In *ἦλθα*, pro *ἦλθον*, apparet iterum dialectus[b], nisi pro *ἤλυθα* statutum ponas. In 11. *ἔργον* est *munus*, *officium*, ut in Herodian. I. 10. init. *πείσας ἑτέρους ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἔργων συναποδρᾶν*. Pariter apud LXX. *ἔργα* sunt *ministeria*[c]. In cett. notes anacoluthon casus: pro *διατόχῳ* habemus *διάτοχος*: debebant ad hunc modum procedere; *ἅμα καὶ τῷ ἀδελφῷ μου Σμήτ, τῷ διαδόχῳ κ. λ.* De τ

[y] Vid. Franz. *C. Inscr.* n. 3919. 7. s. ex Richter. *Itin.* p. 594. In minusculis suis mutat v. d. in παραγεινομένοις.


[z] Cf. Xenoph. *Memorab.* I. 4. 7. Ἐμφῦσαι δὲ ταῖς γειναμέναις ἔρωτα τοῦ ἐκτρέφειν. De *forma* sermo est, non de *sensu*, qui a nostro alienus est. Sed conf. not. *b.* infr.

[a] Conf. Eutych. p. 585. Victor. *Epit. Hist. Aug.* p. 524. opusque eximium Ideleri, *Handbuch der mathem. und technisch. Chronolog.* Th. II. S. 231. s. Causa adscitæ a Coptis designationis per *Martyres* nimis in propatulo est ut legentes moneam.

[b] Sic ἦλθαν, ἐξῆλθαν, in LXX. notante Sturzio pp. 32. s. Sed hæc forma aoristi 2[di.] non erat Macedonum aut Alexandrinorum dumtaxat propria, habemus enim εἶδα, ἔλιπαν, ἔλαβαν, ἔφυγαν, scil. cum terminatione primi, (Valckenar. ad Herodot. p. 649, 91.), εὑράμην, εἱλάμην, ab εὗρα, εἷλα, (Wolf. *ad Orat. Leptin.* p. 216. D'Orvill. *ad Chariton.* p. 402. s.), ἤνεγκα, προσήνεγκα, (Sophocl. *Electr.* 13. Xenoph. *Inst. C.* VII. 1. 1.), εἶπα, εἶπαν, εἰπόν, εἰπάτω, εἴπας, εἴπαντα, εἰπάντων, (Herodot. I. 86. *m.* 120. IV. 15. *m.* III. 22. *a.* Æschyl. *Suppl.* 341. Xen. *Inst. C.* VI. 3. 20. Conf. Gregor. *Dial. Ion*, § LII. Valckenar. ubi supra.).

[c] Conf. LXX. in *Paralipom.* I. 9. 33. Xenoph. *I. C.* I. 2. 13. Ὅσα φρονοῦντες τι ἤδη ἔργα ἐστὶ καὶ ἔτι δυναμένων.

pro *δ* inter Coptas conf. supr. ad n. CCCL. 5. Dein in v. 15. obv. nomen *Smetchis* (Cⲙⲏⲧ-ϫic). Crediderim hunc fuisse fratrem germanum prophetæ in v. 4. et cum utrisque arcta necessitudine conjunctam *Tsenmét* in 5., fortassis ad hunc modum:



In 16. de *χαρίσαιντο*, conf. supr. ad n. CCCLIX. d. 2. Hic intelligitur *τὸ ζῆν* ut in Maccab. II. 3. 33. vel *τὰ μέγιστα*, ut in Herodian I. 4. p. med. Amplior est constructio in Athenæo[d]: *Πάλιν ὁ Δημοκλῆς ἔφη· Χαρίσαιο δ' ἄν μοί τι, Διονύσιε, κελεύσας τινὶ τῶν ἐπισταμένων διδάξαί με κ. λ.* Angl. *I beseech you to gratify me by commanding, etc.* Hic post *τί* venit *κελεύσας*, etc. tanquam exegesis. Nostra vero Homerica[e] magis attingunt: *Ζεῦ πάτερ - - - - - - - σέο δ' ἐκ τάδε πάντα πέλονται· Οἷον δὴ ἄνδρεσσι χαρίζεαι ὑβριστῆσι Τρωσίν.* In v. 17. supplevi *Δέσποινα* (non *Κυρία*, ut magis solent proscynetæ) ob *Δεσπότης* in 18. s. Conf. supr. n. CCXCVIII. argum. et not. *g*. Quæ ibi notantur de Proserpina apprime Isidi conveniunt quam *Περσέφασσαν* fuisse eorum ferebant Græci[f]. Serapidem porro Æsculapio (inter ceteros) adsimilabant[g], quem adloquitur Orphic.

[d] Libr. VI. 56. sub f.

[e] Iliad. ν'. 631. ss.

[f] Plutarch. *De Iside, etc.* XXVII. fin. Apul. *Metam.* XI. pp. 255. 257. Bip.

[g] Tacit. *Hist.* IV. 84. sub f.

Ἰητὴρ πάντων, Ἀσκλήπιε, δέσποτα Παιάν[h]. Conf. supra, n. CCCXXVII. 9. In v. 20. ubi cuncta fere ex fine effluxerant, supplevi dubitanter *εὔφρονες*, vel *εὐφρόνως*.

CCCLXII. a.

ΑΠΟΛΛωΝΙΔΗCΑΠΟΛΛωΝΙ	*Ἀπολλωνίδης Ἀπολλωνί-*
ΔΟΥΟCΤΡΑΤΗΓΟCΤΟΥЄΡ	*δου, ὁ στρατηγὸς τοῦ*
ΜωΝΘЄΙΤΟΥΚΑΙΛΑΤΟΠΟ	*Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπο-*
ΛЄΙΤΟΥΗΚωΚΑΙ	*λείτου, ἥκω καὶ προσκε-*
ΤΗΝΚΥΡΙΑΝΘЄΑΝЄΙ	*κύνηκα τὴν κυρίαν θεὰν Ἶσιν.*

Descripta de facie propylæi minoris templi Isiaci pronao obversa. Commemorant fanum ab Apollonida, filio Apollonidæ, stratego Hermonthitæ et Latopolitæ, petitum, factamque ab eo adorationem.

Nulla huic titulo temporis nota suberat, sed facile intelligitur ex observatis supra ad n. CCCLVIII. *b*. magistratum imperatorium, non Lagidarum, fuisse Apollonidam. Conf. infra CCCLXVII. 2. s. CCCLXXVIII. 2. et, ex supplemento probabili, CCCLXXX. 2. s. Hinc explicatum habemus quod videtur Eckhelio[i] scrupulum injecisse, scil. neminem veterum *Latopolitæ* meminisse. Certe exstiterat, at Hermonthitæ (*Pathyritæ* in ætate Ptolemæia) conjunctus adeo ut utriusque efficeretur jurisdictio singularis, quod et aliquatenus notum fecerat Ptolemæus[k], Latopole in nomo Hermonthita posita. Meminisse Latopolitæ in recensu suo Plinius[l] videtur, sed hic manifesto vult intelligi *Letopolitam*, scil. urbis Latonæ, (Λητοῦς, Ægypt. Βουτοῦς), quæ in regione inferiori sita est.

Jacebant hæc oppida, nunc *Erment* (ارمنت)[m] et *Esnâ* (اسنا), inter

[h] Hymn. 66. Baccho, quem Osiridi æquiparandum censebant Græci, notes titulum attributum ab Aristoph. *Acharn.* 247. Καὶ μὴν καλόν γ' ἔστ', ὦ Διόνυσε δέσποτα, Κεχαρισμένως σοι τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ - - - - - ἀγαγεῖν.

[i] Doctr. N. V. IV. p. 108. a.

[k] Geogr. IV. 5.

[l] Libr. V. 9. 3.

[m] Conf. Abu'l Fed. *Descr. Ægypt.* p. 19.

Thebas et Syenen (السوان)[n], dein superius, Apollinopolis (الدفو), quæ a Ptolemæo in *Hermonthita* locata est, quasi Nomis conjunctis, quod in his inscriptt. minime agnoscimus[o].

Editum video in libr. Hamilton.[p] cum lacunis quibusdam quarum facilis est ex nostris instauratio. Restituerat jampridem Letronnius[q].

CCCLXII. b.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΣΖΗΝΩΝΟΣ	Ἡλιόδωρος Ζήνωνος
ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣΠΑΝΙΑΔΟΣ	Καισαρείας Πανιάδος,
ΗΛΘΟΝΚΑΙΤΟΠΡΟΣΚΥΝΗ	ἦλθον καὶ τὸ προσκύνη-
ΜΑΕΠΟΙΗΣΑΤΩΝΑΔΕΛ	μα ἐποίησα τῶν ἀδελ-
ΦΩΝΖΗΝΩΝΟΣΚΑΙΑΙΑΝΟΥ	φῶν Ζήνωνος και Αἰανοῦ.

Descripta de eadem parte propylæi meridialis ac CCCLVII. c. et CCCLIX. b. supr. Commemorant proscynema factum ab Heliodoro,

[n] Id. Ibid. اسوان, p. 1. scil. secundum legem pronuntiandi, exsulante *Lâm*.

[o] Neque videtur agnovisse Plinius, qui specialem locum huic Nomo cum urbe ejus tribuit in v. 9. 3. et 11. 1. Conf. Strab. XVII. I. p. 464. T.

De *Hermonthe* adeas Wilkinson. *Topogr. Theb.* etc. p. 423. *Ægypt. Antiq.* III. p. 402. Russelli libell. *Conspect. Ægypt. antiq. et hod.* p. 231. Inter vett. Strab. ubi supra; Μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμωνθὶς πόλις, ἐν ᾗ ὅ τε Ἀπόλλων τιμᾶται καὶ ὁ Ζεύς, de quo cultu cf. Macrob. *Saturn.* I. 21. sub f., unde sua Wilkinson. in v. ubi supr. p. 198. Veneris (Ἀφροδίτης, *Athyr*) quoque religio indicatur in papyr. apud Reuvens. *Epist.* III. p. 30. citat. in Wilkinson. IV. p. 388. not. Latopolis memoratur a Strab. ubi supra: Μετὰ ταῦτα Λατόπολις τιμῶσα Ἀθηνᾶν καὶ τὸν Λάτον, scil. piscem Niliacum, de quo Athenæus in VII. p. 311. f. Vide sis speciem ejus expressam ex sculptt. in libr. Wilkinson. v. p. 253. Exstat quoque in nummis urbis: cf. Eckhel. IV. p. 108. a.

De celebri monimento, Zodiaco Latopolensi, conf. Wilkinson. Russell. et al., in primis *Diar. Classic. Lond.* T. XXIV. pp. 151. 251. ss. XXV. pp. 63. 284. ss. ubi instituitur comparatio cum Tentyritico.

[p] Ægyptiac. p. 51.

[q] In libr. *Recherches pour servir à l'hist. de l'Ég.* p. 269.

filio Zenonis, et cive urbis Cæsareæ Paniadis, pro fratribus Zenone et Æano. Temporis nota abest ab hoc æque ac a Memnonio infr. CCCXCI. cujus recordatio menti obversans me ad hunc traxerat. Postmodum ab Hamiltono[r] editum reperi, deinde Letronnio[s].

De *C. Paneade* (vel, ut hic, *Paniade*) conf. n. CCCXXXVIII. not. *r*. In v. 5. liquido apparuit ΑΙΑΝΟΥ, sicut in Memnonio, in quo primum hæseram suspicatus lapsum opificis pro ΑΙΛΙΑΝΟΥ: at vere Græcum est[t], ut Μέλας (unde fortasse Rom. *Mela*), Σκοτεινός[u], etc., Rom. *Niger*, *Fuscus*, unde *Nigrinus*, *Fuscinus*. Talia, *cognomenta* in primis, postea fiebant *propria*. Ex. c. nostrum Protostolistam (supr. CCCLXI. a.) dixisset Græcus Σμῆτιν, τὸν καὶ Αἰανόν.

TAMIATHIS. Ⲧⲁⲙⲓⲁⲧⲓ. פְּתֹם?

ٮمياطي, Abu 'l Fedâ ٮمياط.

CCCLXIII. a.

ΜΗΗϹΘΗΤΗΜΟ	ΜΝΗϹΘΗΤΗ . ΜΟ
ΚϾΕΝΤΗΒΑϹΙ (ΕΛΕ above)	ΚϾ . ЄΝ . ΤΗ . ΒΑϹΙ (ЄΛЄ above)
ΤΟΝϹΟΝΔΟΥΛΟΝ	ΤΟΝ . ϹΟΝ . ΔΟΥΛΟΝ
ΓЄⲰΡΓΙΟΝ	ΓЄⲰΡΓΙΟΝ

Μνήσθητί μου, Κύριε· ἐλέησον, Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου τὸν σὸν δοῦλον Γεώργιον.

Titulus descriptus de columna templi Muhammedani dum commorabar apud Tamiathem[v], quæ ad ecclesiam Christianam olim

[r] Ægyptiac. ubi supra.

[s] In *Recherches*, etc. p. 467.

[t] Conf. Sophocl. *Electr.* 506. Pind. *Pyth.* I. 161.

[u] Conf. Senec. *Epist.* XII. a med. Sed h. l. certe pro *cognomento* accipiendum est.

[v] Memorat in recensu suo urbium *Tamiathem* Stephanus Byzant., oppidum pri-

pertinuerat. Contexitur ad notam formulam, (conf. Fasc. I. n. XXXIV.), estque precatio pro salute animæ cujusdam Georgii, fortasse sacerdotis. Desumpta in utroque horum verba agnoscas ex sacr.[w] *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.*

Editum video in libr. Vicecom. de Valentia[x], cui minus perspectæ videntur fuisse litterarum colligationes in vv. 1. 2. Ætas est manifesta, scil. recentior Byzantina. Referunt pæne vv. 1. 5. epigrapham nummi Imp. Theophili (qui et typo venerando signatur), **CYRIE. BOHΘH. TO. SO. DOVLO**[y].

mo mediocre, sed postmodum, labente Pelusio, opulentia ob mercatores ibi congregantes auctum. Bis excidium passa est; in primis ab Arabibus in anno epochæ illorum (السنة الهجرة) 644. vel 648., deinde quod hi condiderant parvo intervallo dissitum, bello flagrante cum Francogallis. Antiquius illud tractat Abu 'l Fedâ in *Descr. Ægypt.* pp. 29. s. nempe, cecidisse in an. 648. et ad id coactos fuisse Mûhammedanos ob Francos eo toties adpellentes: dein oppidum nomen mutasse, appellatum منشية. Conf. ex Savario et Niebuhrio congesta in Cycl. Reesii sub nom. *Damietta*, et Itinerar. Vicecomitis de Valentia, vol. III. p. 417.

Nomen a Stephano relatum erat Copticum, quod in litteris hierographicis prostat apud sedem Thebaicam *El Qarnâq* insculptum. Significatio est *habitaculum claustri*, litteræque primæ referre putantur, argumento satis idoneo, Hebraicum *Pithôm*, de quo conf. *Exod.* I. 11. Curaverat nimirum Sethos I. ut in hac regione Ægypti exstrueretur propugnaculum contra gentes bellicosas quæ tractus Niliacos adeo vexaverant, jeceratque, opera Israëlitarum usus, fundamenta oppidi Phatnitici. Adeas de his exposita ab erudito viro Osbornio in libr. nuper ed. *The Bible connected with Egyptian History.*

[w] S. Luc. *Evangel.* XXIII. 42.

' Notandæ sunt minusculæ post hunc versum intrusæ, quod arbitror factum post insculptum titulum ad vitandum anacoluthon *μνήσθητί μου ---- τὸν σὸν δοῦλον* a quadratario ipso vel quodam litteratiore. Cf. simile supra in n. CCCLXI. a. 13.

[x] Scil. *Voyages and Travels*, etc. vol. III. Tab. p. 420. n. 1. Repetitum videas in minusculis a quodam in *Diar. Classic. L.* vol. I. p. 93.

Apographum expresserat Saltius satis ad amussim, dempto quod in vv. 2. 6. dedit C pro Є errore ex lapidis tritu orto. Quæ scripsit vir nobilis De Valentia de expressione cabalistica et a Græcis abhorrente elementorum specie facile quis condonaverit strenuo in primis atque eleganti ingenio.

[y] Conf. Eckhel. VIII. p. 240. a.

CCCLXIV. a.

ΥΠΕΡΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥΥΙΟΥΔΙΟΣΕΛΕ........ΕΒΑΣΤΟΥ.ΠΙ.ΟΠΛΙΟΥΟΚΤΑΟΥΙΟΥΗΓΕΜΟΝΟΣΚΑΙ
ΜΑΡΚΟΥΚΛΩΔΙΟΥΠΟΣΤΟΜΟΥΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥΤΡΥΦΩΝΟΣΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣΟΙΑΠΟΤΗΣΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ
ΥΝΟΜΟΥΤΟΠΡΟΠΥΛΟΝΙΣΙΔΙΘΕΑΙΜΕΓΙΣΤΗΙΚΑΙΤΟΙΣΣΥΝΝΑΟΙΣΘΕΟΙΣΕΤΟΥΣΛ̅Α̅ΚΑΙΣΑΡΟΣΘΩΥΘΣΕΒΑΣΤΗΙ

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος, *θεοῦ υἱοῦ*, Διὸς Ἐλευθερίου, Σεβαστοῦ· Ἐπὶ Ποπλίου Ὀκταουΐου, Ἡγεμόνος, καὶ Μάρκου Κλωδίου Ποστόμου, Ἐπιστρατήγου, Τρύφωνος *στρατηγοῦντος, οἱ ἀπὸ τῆς* Μητροπόλεως *καὶ τοῦ* Νομοῦ *τὸ πρόπυλον* Ἴσιδι, *θεᾷ μεγίστῃ, καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς.* Ἔτους *τριακοστοῦ πρώτου* Καίσαρος, Θωῢθ Σεβαστῇ.

CCCLXV. b.

ΕΡΑΥΤoΚΡΑΤoΡoϹΤΙΒΕΡΙoΥΚΑΙϹΑΡoϹΝΕoΥϹΕΒΑϹΤoΥ•ΕoΥϹΕΒΑϹΤoΥΥΙoΥΕΠΙΛ.....Υ....Λ.....ΛΑ...ΥΗ
ϹΚΑΙΓ...ΥΙoΥ...ΥΠΡΕ..ΚoΥΕΠ....ΑΤ...ΥϹΑΡΑΠΙωΝoϹΤΡΥΧΑΜΒoΥϹΤΡΑΤΗΓoΥΝΤoϹoΙΑΠoΤΗϹΜΗΤΡo
ϹΚΑΙΤoΥΝoΜoΥΤoΠΡoΝΑoΙ.ΑΦΡ...ΙΤΗΙ•ΕΑΙΜΕΓΙϹΤΗΙΚΑΙΤoΙϹϹΥΝΝΑoΙϹ•ΕoΙϹL....ΒΕ....Κ......Ϲ

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Τιβερίου Καίσαρος, *νέου* Σεβαστοῦ, *τοῦ θεοῦ* Σεβαστοῦ *υἱοῦ·* Ἐπὶ Λουκίου Ἀουϊλλίου Φλάκκου, Ἡγεμόνος, *καὶ* Γαΐου Ἰουλίου Πρίσκου, Ἐπιστρατήγου, Σαραπίωνος Τρυχάμβου *στρατηγοῦντος, οἱ ἀπὸ τῆς* Μητροπόλεως *καὶ τοῦ* Νομοῦ *τὸ πρόναον* Ἀφροδίτῃ, *θεᾷ μεγίστῃ, καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς.* Ἔτους *εἰκοστοῦ* Τιβερίου Καίσαρος, Ἀθὺρ *εἰκοστῇ.*

TENTYRIS. Ⲧⲛⲛⲧⲱⲣ. دندره.

CCCLXIV. a.

Descripta de coronide propylæi orientalis templi Isiaci Tentyrensis[1]. Indicant dedicationem ejus Reginæ Ægyptiæ sociisque numinibus a civibus Urbis et Nomi. In exordio stat precationis pro salute Augusti formula solennis, in fine ætas tituli, scil. an. XXXI. imperii, et mensis *Thoÿth* XXVI., de quibus infra dicemus.

Ediderunt hunc titulum varii; Denonus, Hamiltonus, Auctores libr. *Descript. de Dendérah*, ex quibus nuper Letronnius[a]. Lectiones

[1] Propylæum unde hunc titulum desumpsi erat procul dubio aditus ad partes orientales ædium Isidis positus, quarum parietinæ adhuc manent brevi intervallo dissitæ meridiem versus a templo grandiore Aphroditæ, de quo adeas proxime sequentem.

Quum hæc fuerit *Athyr* Ægyptiorum, supervacat dicere quam probe cultui religioso convenit nomen antiquum urbis. Nimirum in *Tentyra* statim credideris delitescere *Athyr* seu *Athor*, vel ex ipsa specie: ideo conjecit dudum Wilkinsonus fuisse illud, ad elementa sua redactum, *Téi-ñ-Athyr*, h. e. *habitaculum Athyris*, quod ipsum vicissim erat *Téi-Hor*, *domus Hori*. Comparet ideo cum Iside affinitas, quam in sculptis ipsis agnovi, recordatus quoque quod Isidi attributa credebantur adeo competiisse Athyri ut pro una eademque quidam utrasque harum spectaverint. Conf. *Isid. et Osir.* LVI. fin. Ἡ δὲ Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ Μοὺθ καὶ πάλιν Ἄθυρι καὶ Μεθύερ προσαγορεύεται. σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν ὀνομάτων, Μητέρα, τῷ δὲ δευτέρῳ, Οἶκον Ὥρου κόσμιον, κ. λ. Addas his Apuleii *Metamorph.* XI. p. 257. Bip. Superius dicta conf. in Wilkinson. *Æg. Antiq.* IV. pp. 387. 391. *Topogr. Theb.* p. 402. not.

Hinc in sede Tentyrensi templorum invicem proximitas, quod diserte testatur Strabo in XVII. 1. pp. 460. s. T. Τιμῶσι (sc. Tentyritæ) δὲ Ἀφροδίτην. Ὄπισθεν δὲ τοῦ νεὼ τῆς Ἀφροδίτης Ἴσιδός ἐστιν ἱερόν· εἶτα Τυφώνια καλούμενα. De his Typhoniis, quorum rudera diligentius ipse perlustravi, adeas Wilkins. ubi supra, p. 431. et de fano Isidis, *Topogr. Th.* p. 406. necnon Jollois et Devilliers in *Descr. de Dendérah*, p. 50.

[a] *Inscr. de l'Égypte*, tit. IX. p. 81. in minusc., et ad species litterarum in tab. V. *f.* Locus Hamiltoni est in *Ægyptiac.* p. 207. Denoni, in *Voyage dans la haute, etc. Égypte*, p. 212. Joll. et Dev. ubi supra.

ad amussim constituuntur, nam levissima sunt **OKTΛIOY** sub fin. v. 1. **KΛI** in fin., et in 3. med. **ΘEΛI.**

In v. 1. Καῖσαρ est Augustus (CCCLIX. a. c. etc.), θεός, *divus Julius*, ut passim in nummis[b]. Nominatur, ut semper in talibus, Præfectus, h. l. Publius Octavius, quem judicat Letronn.[c] fuisse filium Marci istius cujus meminit Plutarchus[d], at nullo idoneo teste adlato. Probabilem tamen arbitror conjecturam eruditi viri, fidemque facere nomen fuisse eum affinem Imperatoris, quapropter familiarem ex hoste factum in præfecturam Ægypti successisse. De adpellatione (dixerim potius cum Tacito, *dedecore adulatorio*) Ζεὺς Ἐλευθέριος tributa Imperatori conf. supr. CCCLIX. c. 2. et not. In v. 2. fin. οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως sunt *Metropolitæ*, cives metropolitani, quibuscum sumptus contulerant ceteri *Nomitæ;* nam in seq. suppleas, sicut in inscr. prox., καὶ τοῦ. De construct. οἱ ἀπὸ, etc. conf. supr. CCCLIII. 4. et Fasc. II. n. CXII. minusc. ubi obv. ἡ Σύνοδος τῶν ἀπ' Ἰωνίας κ. λ. Obv. et οἱ ἐκ, ut in CCCL. 4. In v. 3. πρόπυλον erat aditus ad fanum Isidis de quo cf. not. *z*. supr. Hac de re autoptes ipse nullus dubito. Dein Σύνναοι (conf. arg. supr. CCCLIII. 4. CCCLIV. f. 6.) erant *divi socii*, πάρεδροι, in eo culti: trias fortasse erat, ut apud Philas, *Isis*, *Osiris*, *Horus*, quorum ἐπώνυμος vel κυριωτάτη erat Isis, ædesque designabat. Possis quoque *Serapidem* conjicere, cujus religio in ævo recentiore adeo patebat per Ægyptum, sed hæc nihil aliud nisi Osiridis fuit novo nomine adscita. Cf. CCCL. 1. CCCLIX. e. 5. Dein ætas tituli subjicitur, de qua ad computum nostrum revocanda conf. notata ad CCCLIX. a. b. Epocha hic statuenda est mors Cleopatræ, unde prodit XXXI. Aug. = U. C. 754. (P. C. 1.). De subjecta mensi designatione Σεβαστῇ, sc. ἡμέρᾳ, conf. ad CCCCXV. 3. infr. Diem eponymam hic

[b] Vide Eckhel. VI. pp. 80. ss.

[c] Ubi supra, p. 86.

[d] In *Antonio*, LXV.

esse natalem Imperatoris certissimum videtur, quem norunt omnes fuisse IX. Kal. Octobres[a], h. e. XXVI. *Thoÿth.*

CCCLXV. b.

Descripta de supercilio epistylii pronai ædium Aphrodites Tentyriticæ (*Athyr* vel *Athor*, Ⲧⲏⲓ-ϩⲟⲣ); opus molestissimum! sed favente solis adspectu et tubulo fretus τηλεσκόπῳ fabricæ haud spernendæ laborem exantlavi; atqui non nisi sæpius iterato conatu.

Cuncta in v. 1. usque ad **ΕΠΙ** satis dilucide se in marmore prodebant. Deinde vestigia dumtaxat, eaque pæne evanida, litterarum discernere potui. Novi vero sequuta fuisse nomina Præfecti et Epistrategi, quæ fortasse fuerant deleta dedita opera sicut toties in aliis observavimus, ex. c. supra, CCCL. CCCLX. a. Memini ideo Præsidis Tiberiani qui in titulo Oaseno, infr. CCCCXV. 27. dicitur sententiam inauspicatam tulisse de vectigalibus exigendis, qui porro fuerat Judæorum genti adeo infensus, Flacci, tentavique annon elementa exoleta quadam ratione huic quadrarent. Erui, in primis, **ΛΕΥΚΙΟΥ** seu **ΛΟΥΚΙΟΥ**, dein paucissima usque ad nomen epistrategi, quæ in opisthographis posui. Certissimum vero dixerim indicari Præsidem supra dictum, *Avillium Flaccum.* De Epistratego nil certi affirmare queo, quum tales fuerint in Gestis ignoti: quæ vero acies scalpri intactiora liquit commendo. Deinde omnia satis manifesta erant, adusque tituli clausulam ubi epocha exspectanda erat, quæ vero, pari cum prioribus fortuna, visa est de industria fuisse eliminata. Attamen, posito Præfecti nomine, facili nisu reparanda videtur, addito præterea quod statim succurrit credere ædium consecrationem fuisse in eam diem statutam quæ et natalicia erat ipsius Imperatoris et in mense divæ tute-

[a] Conf. Sueton. *August.* v. init. Dion. LVI. 30. fin. Τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγεγένητο. Adeas Schlegel. ad *Impp. Morell.* p. 115.

laris cognomine obvia, scil. *Athyr*. Hic subvenire invenio maxime Suetonium[f], Dionem[g], Philonem[h], quorum postremus libellum singularem contra inimicissimum Præfectum conscripserat. Ex hoc discimus Flaccum magistratum gessisse per sex annos, nempe, a XX. Tiberii ad I. Caligulæ: posui ideo explendi causa **K**. Deinde, tradunt historici Tiberium natum fuisse die XVI. Kalend. Decembres, h. e. *Athyr* XX., qui in Calendario fixo initium sumpsit a V. Kal. Novembres.

Hunc titulum ediderunt Auctores op. supra dict. *Description de Dendérah*, Hamiltonus, Gauius, ex quo Niebuhrius, postremo Letronnius[i], qui ad simile expressum et commentario instructum dedit. Sola vestigia quæ retulit vir eximius Gauius lacunæ istius in vv. 1–2. obvia sunt in v. 2. scil. **ΛΙΙ\V/. . . . ΙοΥ.** Plura dant ceteri; **ΕΠΙΑ Υ. . . ΜΟΠΛ . . ΦΑΛΙΚΟΥ**, quæ in minusculis expressit Letronn. Ἐπὶ Αὔλου Αὐϊλλίου Φλάκκου. Discedo in prænomine; an jure, non decerno. Deinde supplementa in nomine Epistrategi tentavit Wilkinson.[k], quæ Letronn. Αὔλου Φωλουΐου Κρίσπου. Dissidet et his apographum nostrum; sed in re tam lubrica quis fidenter pronuntiare queat? Prætereo leviora, qualia sunt Gauii in vv. 1. 2. et ad ultima transgredior ubi hic solus conlaborantium vidit **ΓΙΡΓ**, ex quo fragmine nostris ad finem satis congruente plus certi lucramur ad

[f] Scil. *Tiber*. v. med.

[g] Libr. LVII. 18. post init.

[h] Conf. libr. *in Flaccum*, III. pp. 968–1010. Ed. Paris. 1640. *Hist. Antiq. Univers.* vol. XIV. append. pp. 676–683.

[i] Ubi supra, tit. X. p. 90. in minusc. et exemplar Gau. in tab. V. *g*. Dederat antea L. inscriptt. Tentyr. in libr. *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte*, alibi laudato, pp. 157–172.

Loc. Hamilt. est in *Ægypt*. p. 206. et Jollois, etc. ubi supra, p. 57.

[k] Scil. in *Topogr. Theb.* p. 404. ubi dedit nomina vir eximius, Præfecti, *Aulus Avillius (Aviddius, Avidnus?) Flaccus*, Epistrategi, *Aulus Fulmius Crispus*, *Commander of the forces*, ita nempe interpretatus ἐπιστράτηγον. Conf. ibid. pp. 267. ss. ubi de Strategia et Epistrategia quædam adferuntur, et obss. nostr. ad Oasenum infr. CCCCXX. 5.

stabilienda quæ aliunde conjectanda veniunt de Præfecti nomine: est luculenter **TIBE.**

Imperator Νέος Σεβαστός audit in v. 1., solenni formula, utpote Augusti filius adoptivus[l], dixerim insuper ipsius Augusti relatione inter divos spectata. Hoc jure statuerat Letronnius. Prodit Σεβαστός hac ratione *nomen divinum*, ut Ζεύς, Ἄρης, Ἀγαθοδαίμων[m], Σεβαστή ipsa[n]. Sic nuncupatam videmus in nummo Carico *Plautillam* **ΝЄΑΝ . ΗΡΑΝ**[o]. et in incerto Eckheliano, **ΜΕΣΣΑΛΕΙΝΑ . ΣΕΒΑΣΤΗ . ΝΕΑ . ΗΡΑ**[p].

THEBÆ. Ⲧⲏⲓⲁⲡⲏ. Ⲑⲁⲃⲁ.

Orient. القصر القرناق. Occident. القرن المدينه النو.

CCCLXVI. a.

Τιβέριος Κλαύδιος Ἥρων Βούτωνος ἤκουσα Μέμνονος σὺν Ἀχιλλεῖ καὶ - - - - - - - - ὥρας πρώτης, ἔτους ὀγδόου Αὐτοκράτορος Καίσαρος Οὐεσπασιανοῦ Σεβαστοῦ, μηνὶ (τῷ δεῖνι), μεμνημένος (τοῦ δεῖνος) καὶ Διονυσίου τῶν ἀδελφῶν.

[l] Conf. Dion. LV. 13. init. Sueton. *August.* LXV. *Tiber.* XV. Patercul. II. 103. 3.

[m] Vide Eckhel. VI. p. 35. a.

[n] Eckhel. ibid. p. 252. b. Mionnet. *Catalogue, etc.* VI. p. 66. n. 181.

[o] Eckhel. II. p. 573. b. Fasc. II. nostr. n. CCXLIII. 5. et supr. CCCLIV. f. 2.

[p] Eckhel. VI. p. 252. b. ex Pellerinio.

De triade hujus templi nil certi adferre queo. Exstiterat procul dubio, non secus atque in vicino Isiaco: immo personas ejus, unam et alteram, inter insculpta parietibus agnovi, scil. Athorem filium lactentem in ulnis gestantem: quis vero fuerit alter, utrum *Osiris* an *Nephthys* (filia *Seb* et *Nepté*, supr. CCCLIX. e. 7. Plutarch. *De Iside, etc.* XII. et al. Wilkinson. IV. pp. 436. ss.) dijudicandum linquo. Certe aliquando σύνναος erat cum *Iside* et *Harpocrate* (Wilk. ibid. pp. 408. 437.) vocaturque a Plutarcho, ubi supra, inter alia, Ἀφροδίτη. Conf. Prichard. *Egyptian Mythology*, p. 146.

Parvulus, cujus memini supra, conji-

ΤΙΒΕΡΙΟΣΚΛΑΥΔΙΟΣΗΡ . . . . ΥΤΩΝ
Ο . ΗΚΟΥΣΑΜΕΜΝΟΝΟΣ
ΣΥΝΑΧΙΛΛΕΙΚΑΙ
ΩΡΑΣ · Α̅ · L · Η̅ · ΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ
ΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΜΗΝΙ
ΜΕΜΝΗΜΕΝΟΣ
ΚΑΙΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΛΦΩΝ

Descripta de crure lævo medium versus signi colossei vocalis (quod dicunt) Memnonis[q] positi cum minore in planitie القرن, quæ

citur fuisse *Harpocrates*, de quo adeas Plutarch. *Is. et Osir.* LXV. Varron. *De Ling. Lat.* IV. 10. ubi Isidi et Osiridi comes est. Wilkins. supra, pp. 405. ss. Ei fortasse sacratum fuerat sacellum de quo monui in not. supr. *z.* ad fin., Strabonis Τυφώνιον. Wilkins. ibid. p. 431. et *Topogr. Th.* p. 407. ubi et de templo Aphrodites Tentyr. pp. 403–406.

[q] In hoc monimento insigni multi sunt scriptores: cf. in primis Strabon. XVII. 1. pp. 462. s. T., qui ipse, visendi atque audiendi studio, adjunctus Ælio Gallo comes, locum petiverat. Non ulla vero indicia geographi illustris, diligentia quam maxima in perlustrando usus, conspicere potui. Meminit quoque Pausanias in I. 42. 2. et X. 31. 2. scil. de Memnone et Sarpedone, in describenda parte læva picturæ Lesches Delphicæ. Huc quoque respiciunt vv. Moschi in *Eleg. Bion.* 43. s. Οὐ τόσον ἀώοισιν ἐν ἄγκασι παῖδα τὸν Ἀοῦς Ἱπτάμενος περὶ σᾶμα κινύρατο Μέμνονος ὄρνις. Dein seqq. Lucian. in *Toxari*, XXVII. Ælian. *H. An.* VI. 1. Philostr. *Heroic.* VI. 4. *Icon.* I. 7. *Vit. Apollon.* VI. 3. s. Callistr. *Stat.* I. p. 891. IX. p. 901. Tzetzes in *Chiliad.* VI. *Hist.* LXIV. Quis non recordatur bellissime rem pingentis Satirici in XV. 5.? sc. *Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.* Neque oblitus est Tacitus in itin. Germanici per Ægypt. *Annal.* II. 59–61. nec Plinius in XXXVI. 11. 4.

Ex recentioribus, cf. Rhodigin. *Lectt. Antiq.* XXII. 5. Jablonsk. *Tract. de Memn.* pp. 58. 83–117. Norden. *Itin. Ægypt.* Ed. Langlés. vol. II. pp. 159. s. Creuzeri *Symbolik.* I. p. 307. IV. p. 429. Tractavere recentius Jacobs. in *Denkschriften der Königlichen Akademie der Wissenschaften zu München*, tom. I. et Letronnius in op. singulari, *sur la statue vocale de Memnon*, P. I.

Inter nostrates eminuere Pocock. in

porrigitur ad ripam occidentalem Nili. Memorat quidam Hero (Heræus?) filius (Butonis?) se adiisse *Memnonem* cum *Achille* (scite pro occasione delecto comite!) et aliis, vocemque salutantis auscultasse decurrente hora prima, recordatum simul quorundam qui videntur

Description of the East, vol. I. pp. 101. s. et recentiore studio, Saltius, archiprox. Britann. in Æg., Hamiltonus in *Ægyptiacis*, opere toties laudato, ex quibus potissimum sua excerpsit Russellus in op. *View of ancient and modern Egypt*, pp. 218–220. Postremum, Wilkinson. in opp. *Ægypt. Antiq.* IV. p. 109. *Topogr. Theb.* pp. 32–37., quibus paulisper immorari libet in gratiam studiosorum.

Statuit vir instructissimus Colossos ornasse hinc inde Memnonii dromum, et repræsentasse conditorem ædium, Amunophthem III., cujus ætas definitur fuisse A.C. 1430–1408. Cf. vol. I. *Æg. Ant.* pp. 47. 57–9. cum *Topogr. Th.* p. 33. Hunc *Memnona* vocabant Græci (unde Strabonis *Memnoneion*); decepti nimirum similitudine sonorum Μέμνων, et *Amûn* vel *Mi-Amûn* Sesostridi suo attributorum ab Ægyptiis, statim huic tribuebant quæ plurium fuerunt propria, qualia erant Thebaica, Labyrinthus. Cf. Strabon. XVII. 1. p. 458. T. Wilkinson. ubi supra. I. pp. 48. 59. 109. Neque hic prætermiserim mentionem theoriæ Jablonskii cui inesse quid verisimilitudinis videtur ex *Sole* a Coptis dicto *Amun*, *Amun-Re*, scil. Memnonem fuisse typum exorientis solis, nomenque ejus depravatum et poetarum artificio cum rebus Trojanis nexum, induta specie filii Auroræ et Tithoni. Conf. Heyn. *Excurs. ad Æneid.* I. 489.

Salutandi miraculum etiam nunc referunt Arabes per designationem illorum السلامت. Hoc didici ex comarcha *Abû 'l Hajjâj*, qui mecum in sede Thebaica circuitiones fecit, insuperque vicanos Colossum minorem solitos vocare السنامت, qua de causa ignoro, nisi ob vocum homophoniam. Crediderim meminisse Arabas hunc soni edendi facultatem non habuisse, proinde designasse, satis scite conficta voce ex سنام, quasi *gibbus cameli* fuerit, h. e. *moles surda*.

Magis vero profuerit quærere originem nominis quod sedi ipsi Arabes tribuunt, unde Memnonium appellatur الدير القرن. Suspicor et in hoc antiquitatis rationem haberi; nam triadis Thebaicæ princeps erat *Amun*, quem Κεραὸν effinxere Græci, inde *cornigerum* Romani, sub nomine leviter depravato *Ammon* vel *Hammon*. Vide supr. CCCXXVIII. not. *y*. Utrum hoc portentum sensui hierographico consentaneum fuerit (quod negat Wilkinsonus), necne, parum rem tangit, quum satis sit nosse quod invaluerat superstitio in mentibus gentium victricium infixa.

ex fragmine in v. ult. fuisse fratres ejus, restante vero unius tantum ex illis nomine, Dionysio.

Hæc in talibus usitatior formula est, ut nomen in primis apponatur visentis cum munere vel magistratu, si quid hujusmodi gesserit, memorato: deinceps epocha, hora, cum eo in visendi (*παρουσίας*) studio consociati, et affinium amicorumve nomina quorum, occasione usus, recordatione se tactum esse prædicat.

Hunc titulum, cum plerisque seqq., nusquam alias vidi donec nuperrime inter Saltiana reperi editumque a Letronnio[r] cui, dignissimo curatori, commissæ fuerant schedæ viri eximii. Omiserat Pocockius ceterique qui monimentum celebre adierant.

In v. 1. fragmentum nominis post ΗΡ, quod liquido comparuit, effugerat Saltium: deinde in v. 2. init. descripserat ѠΝ, nomine sic confecto ΗΡѠΝ. Data nunc opinor exactiora, ΗΡ - - - - ΥΤѠΝΟ, unde extricanda censeo Ἥρων (aut quid simile, Ἡραῖος, Ἡραίων) Βούτωνος. Hoc nomen confictum opinor ex *Buto* (*Latona:* supra CCCLIII. not. *f.*), ut *Hero* ab *Hera* (*Junone*), *Sarapio* a *Sarapide*, et al. Dein omnia rectius procedunt adusque v. 9. ubi *S.* ΑΥΤѠΝ.

Aetas definitur an. VIII. imp. Vespasiani, scil. U. C. 830. P. C. 77.

CCCLXVII. b.

ΛΟΥΚΙΟϹΦΟΥΝЄΙϹΟΥΛΛΑΝΟϹ
ΚΑΡЄΙϹΙΟϹϹΤΡΑΤΗΓΟϹЄΡΜѠΝ
ΘЄΙΤΟΥΚΑΙΛΑΤΟΠΟΛЄΙΤΟΥΗΚΟΥ
ϹΑΜЄΜΝΟΝΟϹΔΙϹΠΡΙΝΠΡѠ
ΤΗϹѠΡΑϹΚΑΙΠΡѠΤΗϹΥΝ
ΤΗΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥΦΟΥΑΒΙΑ
ΘѠΥΘ · Η̄ · L · Ζ̄ · ΑΔΡΙΑΝΟΥΤΟΥΚ

[r] Scil. in *Act. Reg. Societ. Litt.* tom. II. p. 11. n. VI. Tab. n. 2.

Λούκιος Φουνεισυλανὸς Καρίσιος, στρατηγὸς Ἑρμωνθίτου καὶ Λατοπολίτου, ἤκουσα Μέμνονος δὶς πρὶν πρώτης ὥρας καὶ πρώτῃ σύν τῇ γυναικί μου Φουλβίᾳ· Θωὺθ ή, ἔτους ζ´ Ἁδριανοῦ τοῦ Κυρίου.

Descripta indidem inferiora versus. Karisius, qui strategiam gessit Nomorum *συνορίων* Hermonthitæ et Latopolitæ (conf. supr. CCCLXII. a. 2–4.), adiit Memnonem cum uxore Fulvia, bisque salutantem audivit, ante horam primam ipsaque, die VIII. *Thoÿth*, anno VII. imp. Hadriani, h. e. U. C. 875. ep. nostr. 122. Nonis Septembribus.

Edidit et hoc Letronn.[s] ex schedis Salt. In v. 2. init. *S.* **ΧΑΡΕΙСΤΙΟC.** Duplex error inest, intruso **Τ** et posito **Χ** pro **Κ.** Romanus erat noster strategus, ut Celer in CCCLXIX. De nominibus conf. Cicer.[t] Dion.[u], et femininum *Funisulana* infr. CCCC. 1. Emendes porro versionem Letronnii in v. 3. *né à Latopolis.* Expresserat nimirum *S.* **ΛΑΤΟΠΟΛΕΙΤΟC**, unde *L.* *Λατοπολίτης.*

CCCLXVIII. c.

Φουνεισουλανὸς ἐνθαδὶ Καρείσιος,
Στρατηγὸς Ἑρμώνθιός τε καὶ Λάτων πάτρης,
Ἄγων δάμαρτα Φουλβίαν ἐὴν ἤλυθεν,
Σοῦ, Μέμνον, ἠχήσαντος ἕνεχ᾽ ὅταν μήτηρ
Ἡ σὴ χυθεῖσα σὸν δέμας ἀπορροῇ στέφει.
Θύσας δὲ καὶ σπείσας τε κάρτα θεοσεβῶς
Τοῦτ᾽ αὐτὸς ἠύτησεν εἰς σεῖο κλέος.
Λάλον μὲν Ἀργὼ παῖς ἐὼν ἔμαθον ἐγώ,

[s] Ibid. p. 18. n. XIV. tab. n. 47.
[t] Epist. ad Attic. V. 4. X. 15. Cf. Tacit. *Ann.* XV. 7.
[u] Sc. LIII. 25. fin. Καὶ Τίτος μετὰ ταῦτα Καρίσιος κ. λ.

Λάλον δὲ φηγὸν τὴν Διὸς Πελασγικοῦ,
Σὲ δ' αὐτὸν ὅσσοις μοῦνον ἔδρακον τοῖς ἐμοις
Ὡς αὐτὸς ἠχεῖς καὶ βοήν τιν' ἐκλαλεῖς.
Τοῦτον δέ σοι χάραξε τὸν στίχων μόχθον
Ὅς εἶπες αὐτῷ φίλτατός τε δέξαο.

ΦΟΥΝΕΙϹΟΥΛΛΝΟϹΕΝΘΑΔΕΙΚΑΡΕΙϹΙΟϹ
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹΕΡΜѠΝΘΙΟϹΤΕΚΑΙΛΑΤѠΝΠΑΤΡΗϹ
ΑΓѠΝΔΑΜΑΡΤΑΦΟΥΛΒΙΑΝ . . Ν . ΛΥΘΕΝ
ϹΟΥΜΕΜΝΟΝΗΧΗϹΑΝΤΟϹΕΝ . . . . . . ΜΗΤΗΡ
ΗϹΗΧΥΘΕΙϹΑϹΟΝΔΕΜΑϹΑΠΟ . . . . ΤΕΦΕΙ
ΘΥϹΑϹΔΕΚΑΙϹΠΕΙϹΑϹΤΕΚΑΡΤΑΘ . . . . . ѠϹ
ΤΟΥΤΑΥΤΟϹΗΥΤΗϹΕΝΕΙϹϹΕΙΟΚΛ
ΛΑΛΟΝΜΕΝΑΡΓѠΠΑΙϹΕѠΝΕ . . . . . Ε
ΛΑΛΟΝΔΕΦΗΓΟΝΤΗΝΔΙΟϹ . . . . ΚΟΥ
ϹΕΔΑΥΤΟΝΟϹϹΟΙϹΜΟΥΝΟΝΕΔΡΑ . . Ν
ѠϹΑΥΤΟϹΗΧΕΙϹΚΑΙΒΟΗΝΤΙΝ
ΤΟΥΤΟΝΔΕϹΟΙΧΑΡΑΞΕΤΟΝϹΤΙΧѠΝ
ΟϹΕΙΠΕϹΑΥΤѠΦΙΛΤΑΤΟϹΤΕΔ

Descripta indidem, quæ prægresso adjacebant subscripta. Oratione pedestri minime contentus apposuit bonus strategus commemorationem sui et conjugis Memnonem invisentium Musarum numine adflatus. Præconio ornat Tithonidem se benigne excipientem, vocisque miraculum navi Argonautarum fabulosæ comparat, deinde fago Dodonææ.

Ediderat Pocockius[v], deinde ex schedis Saltii supradictis Letronn.[w] In v. 1., ut antea, *S.* **ΧΑΡΕΙϹΤΙΟϹ.** Hic obv. forma Attica *ἐνθαδί*[x]

[v] Descr. Orient. Tab. XXXIX. Ed. princ. Lond.

[w] Ubi supra, p. 15. n. XIII. 26.

[x] Vid. Aristoph. *Plut.* 54. et *Lexic. Gr. Prosod.* Maltb. p. 277. b. Passov. *Handwb.* I. p. 733. b. *Attisch. verstärktes ἐνθάδε.*

cum ultima longa, quod tamen scriptor, more coætaneorum, expressit *ἐνθαδεί*. In 2. Latopolis dicitur *latorum patria* ob piscem ibi cultu superstitioso habitum. Conf. supr. not. *o.* ad n. CCCLXII. a. In 3. fin. *S.* **ΤΟΕΝ** quod *P.* **ΑΙΘΕΝ**. Erat *ἤλυθεν*. In 4. sub f. instaurat *L.* lacunas *S.* illatis *ἡνίκ' ἄν*, quæ se commendant: dedi vero quæ probatiora duxi ex indiciis in monimento. Certe pæne effluxerant clausulæ in vv. 3. ss. adeo utsupplendi latior pateat campus. Possis in 3. fin. conjicere *ἑὴν ἤκοεν*, et in 4. fin. *ἡνίχ' ἡ μήτηρ* vel *ὁπόθ' Ἕως*, vel etiam, *ὁπότ' ἂν ἡ μ.* Sic prodirent 3. 4. *Ἄγων δάμαρτα Φουλβίαν ἑὴν ἤκοεν Σοῦ, Μέμνον, ἠχήσαντος, ἡνίχ' ἡ μήτηρ*, etc. Quod sequitur in v. 5. ult. sequioris est grammaticæ[y]: exspectaveris saltem *στέφῃ*. Ante hoc certissimum duco supplementum *ἀποροῇ*, quod intulit *L.* vel ex Saltiano **ΑΠC**. Tuetur v. d. scripturam pro *ἀπορῥοῇ*, qualem sæpius affectabant Græci recentiores[z], eamque non solum in metrica, sed et in pedestri oratione; aliquando, vicissim, geminantes litteram ex simplice: sic et *Χρυσοροατῶν* habemus in Fasc. I. n. XX. 10. et *κλήῤῥους* in Fasc. II. n. LXXX. 6. Optime in h. v. invicem quadrant *χυθεῖσα* et *ἀποροῇ*, quum in scriptt. classic. frequentissima sit adumbratio *luminis*, *vaporis*, *aeris*, per aquarum fluxum[a]: neque absonum

[y] Sc. adscito *ὅταν*. Conf. Hermann. *De Partic. ἄν.* § IX. in *Opusc.* T. IV. pp. 38. ss. Passov. ubi supra. tom. I. p. 130. II. p. 392. a.

[z] Cf. Nicandri *Theriac.* 320. s. *ἀλλ ὁ μὲν εἶδει Αἱμοῤῥόῳ σύμμορφος.*

[a] Conf. Achill. Tat. *Amator.* I. 1. p. init. *Καὶ ὁ ἥλιος ἠρέμα τοῦ λειμῶνος κάτω σποράδην* (al. *κατασποράδην*) *διέῤῥει.* Huic notioni congruunt Synesii *ῥοῦς ἄσβεστος παγά*, et quæ vicissim habet perpulchra Pindar. in *Olymp.* VI. 91. ss. *ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις Ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν Σῶμα*, scil. rore stillante ex violis adumbrato; necnon versio exquisita Hebr. חֲבָזָק, *fulguris coruscantis*, in Ezek. I. 14. (ubi LXX. *ἀστραπή*) per *ἀπόῤῥοιαν* in incert. (Symmach.) Aquilæ.

Nil segnius Latini: in primis Lucret. V. 282. s. *Largus item liquidi fons luminis, ætherius sol, Inrigat adsidue cælum candore recenti*, quem æmulatus Maro in *Georgic.* I. 288. *Aut quum sole novo terras inrorat Eous.* Sequutus Claudian. in *R. Pr.* II. 121. s. *Dum meus humectat flaventes Lu-*

est *στέφει*, quod in hoc loco est *decorat*, *ornat*, in quo sensu latissime se pandit usus verbi[b]. Conf. supr. n. CCCXXI. 1. 9. 10. In 6. fin. supplet *L.* *φιλοθέως*, quoad sensum probe[c]. In 7. *ἡΰτησεν* est *ἐφώνησεν*, *exclamavit*, scil. ipse Karisius. Vox bonæ notæ est[d]. In 8. *λάλος* probe usurpatur, quum de voce articulata sermo sit, pariterque in v. prox.[e] In fine, supplem. Letronnii est *ἐγὼ 'μάθον*, quod, si libeat, stare potest. Quod penitus omiserit hunc versum *P.*, id non ardenti ingenio vitio vertendum opinor, festino potius stilo et periculis a frementium barbarorum minis circumstantibus: conf. *Itinerar.* in loc. In v. 9. attingitur mythus de quercu Dodonæa, unde Letronn. in fine supplendum vult *Δωδωναίου*, bene quoad sensum, sed inducto Choliambico instar v. 4. deformante titulum. Satis fuerit optimo stratego hoc peccati semel admisisse. Prætulerim quod dedi in minusc.

cifer agros Roranti prævectus equo: quibus conf. *Laud. Stilich.* II. 467. ss. Silii in *Punic.* XVII. 101. s. sunt, *invadunt flammæ; fluit undique victor Mulciber*, et Avieni, in re tenui, *Prognost. Arat.* 393. s. *si flammis emicet ignis Effluus.* Consimili metaphora, *aura fluens* in *Pharsal.* VIII. 246. *aer manans* in Cic. *De Nat. deor.* I. 15. p. med. et Epici nostri in *Como*, 980. *There I suck the liquid air, All amidst the gardens fair Of Hesperus and his daughters three, etc.*

[b] Conf. *Odyss. θ'.* 170. Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει. *Antigon.* Br. 431. Χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει. *Ajac.* 91. s. Καί σε παγχρύσοις ἐγὼ Στέψω λαφύροις τῆσδε τῆς ἄγρας χάριν. Ad hæc provocat *L.* Conf. not. *s.* ad CCCXXI. supr.

[c] De supplem. nostr. cf. *Œdip. Colon.* Br. 260. *Iph. Taur.* 269. *Alcest.* 621. *Instit. Cyr.* p. 85. d.

[d] Vid. *Sept. c. Th.* 380. Τοιαῦτ' ἀΰτῶν κ. λ. et sic 636. Euripid. in var. ex. c. *Electr.* 779. Ἰδών τ' ἀΰτεῖ, Χαίρετ' ὦ ξένοι· τίνες; Cf. *Glossar.* Blomf. in loc. Æschyl.

[e] Lycophr. *Casandr.* 1319. Εἰς τὴν λάληθρον κίσσαν ἡρματίξατο. Orph. *Argonaut.* 242. Αἶψα θοὸν ποτὶ κῦμα κατειρύσαι εὔλαλον Ἀργώ. 487. Αἶψα δ' ἐπιθρώσκουσα θέεν πολυήγορος Ἀργώ. Cf. et 264. 707. Tangit et Apollonius hunc mythum quercusque Dodonææ in Argon. Δ'. 580. ss. αὐτίκα δ' ἄφνως Ἴαχεν ἀνδρομέῃ ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων Αὐδῆεν γλαφυρῆς νηὸς δόρυ, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ. Vide quoque Α'. 526. s. De Dodona et Sellis, præter notissima Homeri in *Iliad.* π'. 233. ss. cf. *Prom. V.* 855. etc. *Trachin.* 171. s. 1169. s. et Hesiodi *Eœas* cit. in not. Scholiast. ad loc.

ex notiss. Homeri, *Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ κ. λ.*, ubi cf. interpp. Nimirum Selli ipsi erant stirpis Pelasgicæ. In 10. bene *ὅσσοις*, ut ex Hesiod[f]. et al. constat. Sensus hic est, se fama tantum miracula Argus et Dodonæ didicisse, testibus vero oculis (sic in prox. *θεωρός*, et in CCCLXXXIX. 1. *ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι*), Memnonis. In fin. v. *L. ἔδρακον ἐμοῖς*. In 11. fin. *Id. ἐκφέρεις*, adlato Euripide[g], sed prælatum habui quod dedi ob *λάλον* in 8. 9. Sic et *μόχθον* in v. 12. ubi *L. πόνον*, ad quod illustrandum citari possit CCCLIX. *d*. 3. supra: dein in ult. *δέξαο* vel *ἐδέξαο*[h], pro quo Letronn. *ἠσπάζεο*, exemplo fretus in CCCLXXXIII. 2. metr. Addere possis CCLXXII. 9. metr.

CCCLXIX. d.

ΚΕΛΕΡCΤΡΑΤΗΓΟCΕΝΘΑΔΕΙΠΑΡΗΝ
ΜΕΜΝΟΝΟCΟΥΧΟΠΩCΑΚΟΥCΕΤΑΙ
ΕΝΚΟΝΕΙΓΑΡΑΥΤΗΤΗΤΩΝΚΩΜΙΤΩΝ
ΠΑΡΗΝΘΕΩΡΟCΚΑΙΠΡΟCΚΥΝΗCΩΝΑΙΑΝ
ΜΕΜΝΩΝΕΠΙΓΝΟΥCΟΥΔΕΝΕΞΕΦΘΕΝΞΑΤΟ
ΚΕΛΕΡΔΕΑΠΗΕΙΕΦΑΠΑΛΙΝΠΑΡΗΝ
ΜΕCΑCΔΙΑCΤΗCΑCΗΜΕΡΑCΔΥΟ
ΗΚΟΥCΕΝΕΛΘΩΝΤΟΥΘΕΟΥΤΟΝΗΧΟΝ
LΖ̄ΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙCΑΡΟCΤΟΥΚΥΡΙΟΥΕΠΙΦΖ̄ΩΡΑCΒ̄

[f] Vid. ὅσσοις in *Sc. Herc.* 430. ὅσσοισιν in 145. 426. Addas *Iliad.* ξ'. 94. *Prom. V.* 148. De form. declinat. adi Matthiæ, *Ausführl. Gr.* § 91. 2. et Spitzner. *de vers. heroic.* p. 75.

[g] Scil. φέρω βοάν, *Orest.* 148. et in *Danaë*, Fr. 10. Κεῖνος - - - - - ἐξήνεγκ' ὅπα. Adoptivum fecerunt Latini.

[h] Conf. *Phœniss.* 460. s. αἷς ὑπόσπονδον - - - - τόνδ' εἰσεδέξω. Plura citanda veniunt, at satis sit *Alcest.* 759. s. Χαῖρε· πρόφρων σε χθόνιός θ' Ἑρμῆς = Ἅιδης τε δέχοιτ' κ. λ. cum *Iph. Taur.* 947. s. Ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, πρῶτα μέν μ' οὐδεὶς ξένων Ἑκὼν ἐδέξαθ' κ. λ.

Κέλερ, Στρατηγὸς, ἐνθαδὶ παρῆν,
Μέμνονος οὐχ ὅπως ἀκούσεται,
Ἐγκόνει γὰρ αὔτῃ τῇ τῶν Κωμητῶν·
Παρῆν θεωρὸς, καὶ προσκυνήσων λίαν·
Μέμνων ἐπιγνοὺς οὐδὲν ἐξεφθέγξατο·
Κέλερ δ' ἀπήει ἐφ' ἃ πάλιν παρῆν.
Μέσας διαστήσας ἡμέρας δύο
Ἤκουσεν ἐλθὼν τοῦ θεοῦ τὸν ἦχον.
Ἔτους ζ' Ἁδριανοῦ Καίσαρος, τοῦ Κυρίου,
Ἐπιφί ζ', ὥρας β'.

Descripta de crure dextro. Celer, Strategus, aderat facturus adorationem propensius, ipse vero clamoris Memnonii parum curiosus audiendi qui a clamitantibus vicanis plus nimio audivit: vocem ideo inexoratam deum continuisse; sed biduo post, officiis fortasse motum boni strategi, revisentem gratulatione excepisse.

Aetas tituli definitur esse an. VII. imp. Hadriani, et VII. mensis *Epiphi*, h. e. posita consuetudine Ægyptia, Kal. Juliæ anni U.C. 876. P. C. 123., noto quod dies natalis imp. Hadriani erat III. Idus Augustas.

Ediderunt Pocock. Jacobs. ex Saltianis Letronn.[1] In exemplari *S.* v. 3. fin. est **ΚΩΝΙΤΩΝ**. In 4. fin. **ΛΙΑΛ**. In 5. init. **ΜΕΜΝΩ**. In 9. fin. recte *S.* **ΕΠΙΦ**, pro communi **ΕΠΙΦΙ**, quod obv. est in CCCCXV. 66. infr. Appropinquat illud Hebræo אָבִיב, (mense vero Martio nostro fere congruente,) recentius נִיסָן.

In compage horridula et re vera stratego digna solus quem pro

[1] Conf. *Actt. R. S. L.* ubi supra, p. 18. Jacobs. in *Denkschrift. d. Königl. Akad.* n. XIV. tab. lithogr. n. 16. Loc. Pocock. *u. s. w.* pp. 66. s. est in *Descr. Or.* p. 10. tab. XXXVIII. n. 5.

senario rite constituto accipere possis est v. 5. Tentemus vero annon possibile sit, retentis tituli verbis, ordinationem magis rhythmicam proponere :

Κέλερ στρατηγὸς ἐνθαδὶ παρῆν, (θεοῦ
Μέμνονος ἀϋτῆς οὐχ ὅπως ἀκούσεται,
'Αϋτῇ γὰρ τῇ τῶν κωμητῶν ἐγκόνει,)
Παρῆν θεωρὸς, προσκυνήσων καὶ λίαν·
Μέμνων δ' ἐπιγνοὺς οὐδὲν ἐξεφθέγξατο·
Κέλερ δ' ἀπήει ἐφ' ἃ πάλιν παρῆν· ὁμῶς
Μέσας διαστήσας ὅδ' ἡμέρας δύο
Ἤκουσεν ἐλθὼν ὧδε τὸν γῆρυν θεοῦ.

Ignoscant rogo legentes, materiæ pæne intractabilis recordati! Nunc de exegesi pauca.

Homericum[k] est in v. 3. illud ἐγκόνει, quod accipiendum reor pro ἐνεκόνει, non ἐγκονεῖ, melius sic constante ratione temporum. Verteris; *satagebat præ reclamantibus vicanis.* Hos censeo fuisse qui *vicatim* habitabant sedem Thebaicam, sic illustratis Strabonis[l], νυνὶ δὲ κωμηδὸν συνοικεῖται, scil. Thebarum sedes, et de Nomo agitur Thebaita cujus Celerem strategum fuisse crediderim. Conf. supr. CCCLVII. a. 7. et not. Si hoc verum sit, exemplum aliud (cf. tit. prægress.) ministrat inscriptio Romani illud muneris gerentis, cui ut obviam eat conjicit Letronn. dici in h. l. strategum pro *epistratego:* sed *civile* videtur fuisse officium Celeris. Profecto, satis causæ non video quare semper et in omnibus locis Græcos fuisse strategos statuamus: fuisse ita, ut plurimum, non nego. Conf. Oasen. infr. CCCCXXI. 5.

Hoc misso, restare adhuc fateor scrupulum de versione v. 3. Possis et ad hunc modum constituere, ἐν κόνει γὰρ αὐτῇ τῇ τῶν

[k] Conf. *Iliad.* ω'. 648. *Odyss.* η'. 340. ψ'. 291. Hinc ἐγκονητί in *Nem.* III. 61.

[l] Vid. XVII. 1. p. 462. T. μέρος δέ τι ἐν τῇ Ἀραβίᾳ - - - - καὶ ἐν τῇ περαίᾳ.

κωμητῶν παρῆν θεωρός, et reddere, *ipsis enim vicanorum negotiis* (sc. *implicitus*) *adstabam Theorus;* namque sicut *ἀκονιτί* est *absque labore*[m], sic et *κόνις* verti possit, *labor*, *molestia*, *negotium*, prorsus ut in Celeris ipsius vernaculo *pulvis* aliquando sonat *laborem*, *contentionem*[n], consimili metaphora ac *sudor*, *ἱδρώς*[o]. Vult nimirum dicere, se a publicis commodis obstrictum parum Memnonem curasse ut exaudiret. Hoc vero, ne offensio fieret, leniter dictum in v. 2. Notabile est quod se appellat Celer in v. 4. Θεωρός. Hoc sensu exquisitiore dictum crediderim, collatis vero quæ ad prægr. CCCLXVIII. 10. dixi. Nimirum se spectat Celer tamquam *divina observantem*, quales ævo vetustiore *θεωροί*, qui vel ad oracula consulenda missi sunt vel donaria ferenda[p]. Probe ideo utramque significationem conjungit Passov. *Zuschauer; auch Zuhörer*[q]. In voce *προσκυνήσων* latet *Proscynema*, toties obv. in Philensibus. In 5. fin. dicitur *ἐξεφθέγξατο* sicut infr. CCCCII. 7. *φθέγξαο* Λ. Congruit *φθέγματα* in CCCLXXXIV. 5. metr. In v. 6. dubito de *ἐφ' ἅ*. Conf. Platon.[r] *'Επ' αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐπιδείξοντε καὶ διδάξοντε, ἐάν τις ἐθέλῃ μανθάνειν.* Nempe *causa finalis* (quam dicunt) indicari videtur et sensus esse hujusmodi: *abierat deinde Celer ad obeunda negotia quorum causa huc*

[m] Hoc ad lit. Plin. XXXV. 40. 14. *Citra pulveris tactum (quod vocant aconiti) vicit.* Contra *coniti*, ibid. Suid. 'Ακονιτί, εὐμαρῶς, etc.

[n] Horat. *Epist.* I. 1. 51. *Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ.* Hanc vocat Gellius in *N. A.* v. 6. *impulveream victoriam.*

[o] Cf. notiss. Hesiod. in *Opp.* I. 287. *Æneid.* IX. 458. etc.

[p] Θεωρός simpliciter *spectator* est in *Choëph.* 240. *Prometh. V.* 118. *Divina observans*, vel *Legatus ad sacra*, in *Œdip. R.* 114. *Œd. Col.* 413. *Hippolyt.* 792. Thucyd. v. 16. s. fin. VIII. 10. init. Ælian. *V. H.* III. 44. Cf. Polluc. *Onomast.* II. 55. Ammon. *De sim. et divers. dictt.* in Θεωρός, et in eum *Animadov.* Valckenar. pp. 92. s. Duker. ad Thucyd. supr.

[q] Handwörterb. etc. I. p. 1062. b.

[r] Scil. *Euthydem.* III. med. Addas *Criton.* XIV. s. init. Καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες κ. λ.

advenerat; πάλιν, iterum, innuit strategum antea venisse ad res ordinandas. Dein tertium, *διαστήσας μέσας δ. ἡμ., bidui spatio interposito*, v. 7.

CCCLXX. e.

ϹЄΒЄΙΝΟϹϹΟΥΑΠΙϹ	Σεβῖνος Σουάπις, ἔπαρχος
ЄΠΑΡΧΟϹϹΠЄΙΡΑϹ	σπείρας (τῆς δεῖνος) λεγε-
ΛЄΓЄѠΝΟϹ . ΒΚ	ῶνος δυοκαιεικοστῆς, καὶ Κο-
ΚΟΥΝΤΙΟϹ	ΐντιος κ. τ. λ. Νεωκόρος τοῦ
ΝЄѠΚΟΡΟϹΤΟΥΜ	μεγάλου θεοῦ Σαράπιδος, τῶν
ϹΑΡΑΠΙΔΟϹΤѠΝ	ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένων
ϹЄΙΤΟΥΜЄΝѠΝΑΤЄΛ	ἀτελῶν, ἠκούσαμεν Μέμνονος
ΜЄΜΝΟΝΟϹѠΡΑϹ	ὥρας (τῆς δεῖνος), ἔτους ἑβ-
LZ̄ΑΔΡΙΑΝΟΥ . . . ΚΥ	δόμου Ἀδριανοῦ τοῦ Κυρίου.

Descripta de crure dextro subter medias partes, Suavisque adventum commemorantia, præfecti militaris, et Quintii, æditui Serapidis Alexandrinæ, ad signum Memnonis, quod sonum emisisse testantur hora prima, an. VII. imp. Hadriani, scil. U. C. 875–6. P. C. 122–3. Effluxerant litt. mensis et diei.

Edidit Pocock. deinde a versu quinto Hamilton., Jacobsius quoque, et recentius a schedis Saltianis Letronnius[s]. Discrepp. *S.* sunt, in v. 1. **ϹЄΒΟΝΟϹ**, in 3. fin. **ЄΓ**, in 4. **ΚΟΥΝΤΙѠ**. In ult. siglum **L** abest.

Nomen in 1. fidenter dixerim fuisse *Sevinum*, quod et in Tacito[t] obvium est. Lectionem **ϹЄΒΟΝΟϹ** refingit Letronn. posito **ϹЄΡΒΟΝΙΟϹ**, quod resolvit v. d. in **Ϲ** (scil. *Sextus*) **ЄΡΒΟΝΙΟϹ**, citatis

[s] Cf. *Act. R. S. L.* ubi supra, p. 20. n. XV. 56. Loc. Poc. est in *Descr. Orient.* Tab. XXXVIII. n. 7. Jacobs. in *Denkschrift. u. s. w.*, ubi supra, p. 72.

[t] Histor. I. 77. fin.

titt.[u] Certe erant *Cicero*, *Fabius*, *Hordeonius*[v], quidni *Herbonius?* Atqui in h. l. obstat lapis. In cognomine notanda est scriptura **COYAΠIC** pro **COYABIC**, quam sæpius vidimus in **ΠOΠΛIOC** pro **ΠOYBΛIOC**. Simili prorsus modo scriptum **T** pro **Δ** in CCCL. 5. supr. ubi notam conferas. In 2. de titulo militari conf. Fasc. II. n. CCXXI. 1–3. De legione XXII. cf. infr. CCCCI. CCCCXII.[w] Verss. 5–7. optime explentur a Letronnio ex libr. Falconerii[x]. In 5. Νεωκόρος de *homine* usurpatur[y], quod de *urbibus* sexcenties. Cf. Fasc. I. n. VIII. 5. XIX. 10. et al.

CCCLXXI. f.

'Ιουλίας Βαλβίλλης, ὅτ' ἤκουσε τοῦ Μέμνονος ὁ Σεβαστὸς 'Αδριανός.

Μέμνονα πυνθανόμαν Αἰγύπτιον ἀλίω αὐγᾷ
Αἰθόμενον φωνῆν Θηβαϊκῶ 'πὺ λίθω·
'Αδριανὸν δ' ἐσιδὼν τὸν Παμβασιλῆα πρὶν αὐγᾶς
'Αελίω χαιρῆν εἶπέ Fοι ὡς δυνοτόν·
Τιτὰν δ' ὄττ' ἐλάων λευκοῖσι δι' αἰθέρος ἵπποις
Ἐν σκιᾷ ὡράων δεύτερον ἦχε μέτρον,
'Ως χαλκοῖο τυπέντος ἴη Μέμνων πάλιν αὐδὰν
'Οξύτονον χαίρων, καὶ τρίτον ἆχον ἴη·
Κοίρανος 'Αδριανὸς χάρε, δὶς δ' ἀσπάσσατο καὐτὸς
Μέμνονα, καὶ Βαλβίλλα κάμε Fοῖσι πόνοις
Γρόππατα σαμαίνοντά τ' ὅσ' εὖ Fίδε κὤσσ' ἐσάκουσε·
Δᾶλον παῖσι δ' ἔγεντ' ὦς Fε φιλοῖσι θεοί.

[u] Scil. Gruter. p. XLIII. n. 4. Reines. *Syntagm.* XVII. 112.

[v] Tacit. *Hist.* I. 9. 54. 56. etc.

[w] Conf. Tacit. *Hist.* V. 1. med. et Edit. Paris. 1820. vol. V. p. 51. Gruter. *Inscr.* p. DXXV. n. 2.

[x] Scil. *Inscr. Athl.* p. 97. n. 4. De Museio Alexandrino vide infra not. ad n. CCCLXXXIX. 5.

[y] Conf. Jul. Firmic. III. 7. IV. 7. Gruter. p. MCII. n. 2.

ΙΟΥΛΙΑϹΒΑΛΒΙΛΛΗϹ
ΟΤΕΗΚΟΥϹΕΤΟΥΜΕΜΝΟΝΟϹ
ΟϹΕΒΑϹΤΟϹΑΔΡΙΑΝΟϹ
ΜΕΜΝΟΝΑΠΥΝΘΑΝΟΜΑΝΑΙΓΥΠΤΙΟΝΑΛΙωΑΥΓΑΙ
ΑΙΘΟΜΕΝΟΝΦωΝΗΝΘΗΒΑΙΚωΠΥΛΙΘω
ΑΔΡΙΑΝΟΝΔΕϹΙΔωΝΤΟΝΠΑΜΒΑϹΙΛΗΑΠΡΙΝΑΥΓΑϹ
ΑΕΛΙωΧΑΙΡΗΝΕΙΠΕΓΟΙωϹΔΥΝΟΤΟΝ
ΤΙΤΑΝΔΟΤΤΕΛΛωΝΛΕΥΚΟΙϹΙΔΙΑΙΘΕΡΟϹΙΠΠΟΙϹ
ΝϹΚΙΑΙωΡΑωΝΔΕΥΤΕΡΟΝΗΧΕΜΕΤΡΟΝ
ωϹΧΑΛΚΟΙΟΤΥΠΕΝΤΟϹΙΗΜΕΜΝωΝΠΑΛΙΝΑΥΔΑΝ
ΟξΥΤΟΝΟΝΧΑΙΡωΝΚΑΙΤΡΙΤΟΝΑΧΟΝΙΗ
ΚΟΙΡΑΝΟϹΑΔΡΙΑΝΟϹΧ. . . ΔΙϹΔΑϹΠΑϹϹΑΤΟΚΑΥΤΟϹ
ΜΕΜΝΟΝΑΚΑΙΙ . . . . . . ΛΑΚΑΜΕΓΟΙϹΙΠΟΝΟΙϹ
ΓΡΟΠΠΑΤΑϹΑΜΑΙΝΟ . ΤΑΤΟϹΕΥΓΙΔΕΚωϹϹΕϹΑΚΟΥϹΕ
ΔΑΛΟΝΠΑΙϹΙΔΕΓΕΙ . ΤωϹΓΕΦΙΛ . ΙϹΙΘΕΟΙ

Expressa e crure lævo, parte media. Versiculos contexuit Balbilla in memoriam Hadriani vocem Memnoniam exaudientis. Dicit audivisse ipsam orto Sole, Hadrianum prius, quem conspectum enixe Memnonem salvere jussisse: deinde, horis duabus exactis, iterum atque iterum clangorem edidisse: Hadrianum gavisum bis amplexum fuisse gratulantem: inter hæc schedis suis incubuisse ipsam (Balbillam?) ut quæ acta erant commemoraret, in primis, cælitum erga Dominum ejus benivolentiam.

Balbilla fuit quæ contexuit præter hunc et titulos CCCLXXIV. CCCLXXVI., fortassis quoque *ἀδεσπότους*, CCCLXXV. CCCLXXVII., archaismo quam maxime studens Æolo-Dorico. De prosapia ejus conf. infr. CCCLXXVI. 9. ss.

Ediderunt Pocock. Leich. Jacobs. Letronn.[z] ex Salt. Habent

[z] In *Actt. R. S. L.* ubi supra, pp. 23. ss. n. XIX. 24. Loc. Poc. est in tab. XXXIX. supr. nn. 2. 3. Jacobsii in *Denkschr.* etc. pp. 44. s. ubi et Leichii emendatt. trac-

schedæ *S.* in v. 1. ΚΑΜΙΛΛΗϹ. In v. 4. (1. metr.) contuleris *ἀλίω*[a] *αὐγᾷ* Homericis *Ἠελίου τ' αὐγὴ Ὑπεριονίδαο ἄνακτος*[b]. Hinc in Sibyllinis sol est *πυραυγὴς δίσκος*. In 2. obv. *φωνῆν* (Æol. *φώνην*) pro *φωνεῖν*[c]. Sic infr. 7. Deinde valde cruciavit interpp. illud ΠΥΛΙΘϢ in fin., ex quibus erant qui pro nom. propr. *Pylithó* sumpsere! Conjecit Letronn. lect. *νύ λίθω*, vetante monimento: dein cujusdam meminit somniantis nos habere vocem conflatam ex Coptico *Pi* et *λίθος*, cui ignoscant manes Balbillæ spero. Est aperte *ἀπὸ λίθου*, pro quo Æoles usurpabant *ἀπὺ λίθω*, solenni eorum conversione *ο* et *ω* in *υ*; cf. infr. CCCLXXIV. 3. et Böckh. in Lesb. n. 2189. 14. *ἀπὺ βασιλέων*. Conservatur forma et in compositis, ut *ἀπύγονον*, ibid. n. 2186. 8. Hic *ἀπὺ λίθω* est *a colosso Memnonio:* vid. CCCLXXXIII. 7. et not. Deinde *Παμβασιλεύς* audit Hadrian. ut in. n. XIX. 7. s. *γῆς καὶ θαλάσσης* Ἄρχων, et Augustus in CCCLIX. c. 1. *Ποντομέδων κ. λ.* Jovi ipsi *ἐξόχως* competit appellatio; ex. c. in *Orphic.* 72. *Ζῆνα μέγαν, πολύπλαγκτον, ἀλάστορα, παμβασιλῆα.* Exinde, jure conjugii, Juno *παμβασίλεια*[d]: mireris ideo *βασιλῆϊς* tantum audientem Sabinam in CCCLXXIV. 3. In fin. vers. *αὐγά* est Pindari *φλὸξ ἀνατελλομένα*, *ortus solis*, apud quem *occasus* est *δυσμαὶ αὐγᾶν*[e]: proinde suppleveris in nostro *ἀνατελλομένας*, vel etiam *ἀνισχούσας*. Romanorum erant *ante lucem* (quod in h. l. vertantur. Pocokianus notabilis est ob pravas lectt. unde de Sabina nomen *Juliam* sortita somniavit v. d. Conf. Eckhel. vol. VI. p. 521. a.

[a] Notes hic script. *ἀλίῳ*, non *ἁλίῳ*, idque propter Æolismum, cui ignotus fuit spiritus asper. Sic infr. in vv. 14. s. obvia sunt *κὤσσα*, non *χὤσσα*, et *ἔγεντ' ὤς*, non *ἔγενθ' ὤς*. Conf. Fischer. *Animadvv. ad Welleri Gr.* pp. 153. 246. In accentibus vero notandis in minusc. rationi Æolicæ non obsequutus sum: cf. Corinth. *De Dial. Æol.* § XLIII. Satis habui bis terve monere in notis.

[b] Conf. *Odyss.* μ'. 176.

[c] Vid. Corinth. *Dial. Doric.* §§ XXXIX. CII. *Æol.* X. et Könii not. pp. 293. s.

[d] Apollon. *Argon.* Δ'. 382. Μὴ τόγε Παμβασίλεια Διὸς τελέσειεν Ἄκοιτις.

[e] Isthm. IV. 110. s.

tisse ad litteram censenda est Balbilla), *ad lucem*, *prima luce*, scil. *exortam*, *exorta*. In v. 7. (4. metr.) med. notandum est **ΓOI**, quod Balbillam scripsisse **FOI** opinor, nisi pro archaico **F** posito **Γ**, quod solebant aliquando veteres[f]: nec tamen exsulante penitus **F**, ut patet ex nostro Fasc. II. n. CCXXXIV. 5. 10. 11. etc. Edendum vero curavi sicut descripsi, et hic et in 13. 14. 15. Habet *S.* **ЄIΠЄ.OI**, quod *L.* facit *εἶπέν οἱ*. Deinde ad fin. *S.* **ΔYNATON**. Meminit et hic Æolismi Musa, cujus erant *στρότος* (*στρατός*), *πόϊρ* (*παῖς*), *πρόϋς* (*πραῢς*)[g], vel potius Æolodorismi, quum *τέττορες* Dorum fuerit, et *τέτορες*, *τέτορε*[h]. In 8. (metr. 5.) expressam notes imaginem mythicam solis, *τιτᾶνος*, curru quadrijugo vecti, *Τεθρίππου ὄντος ἡλίου δι' αἰθέρα*[i], unde exquisitius illud, *τετραβάμοσι ποσσὶ χορεύων*[k]. Nivei porro sunt equi; *Ἐπεί γε μέν τοι λευκόπωλος ἡμέρα Πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν*[l], quæ antithesi venusta imitatus est Sophocles; *Ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος Τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν*[m]. Imaginem transtulerunt Latini, ex. c. *Et niveos revocant solis euntis equos*[n], et de comitante, *albo Lucifer exit Clarus equo*[o], cui quoque *currum* tribuunt plerique[p]. In v. 9. (6. metr.) verba *ἐν σκιᾷ*, etc. luculenter ad *sciathericon* respiciunt, et *μέτρα* sunt lineæ quæ secundum umbræ circuitionem horas designabant. De hac materia qui plura vult adeat Plinium[q], etc. In **HXЄ**

[f] Vide Thierschii *Gram. Gr.* §§ CLII. CLIII. Dawesii *Misc. Crit.* pp. 410. s. Ed. Lips. 1800.

[g] Conf. Matthiæ. *Gr.* § 22. Böckh. *C. Inscr.* n. 2189. 3.

[h] Vid. Hesiod. *Opp.* v. 696.

[i] Euripid. *Fr. Archel.* II. 5. Ed. Beck. Aliter Dindorf. τεθριππεύοντος ἡλίου κατὰ χθόνα.

[k] Orphic. Hymn. 7.

[l] Æschyl. *Pers.* 392. s. Blomf.

[m] Ajac. Br. 672. s. Amplius conferendi veniunt loci class. *Troad.* 848. Theocr. *Idyll.* XIII. 11.

[n] Ovid. *Amor.* I. 2. 24.

[o] Id. *Metam.* XV. 189. s.

[p] Ex. c. Tibull. *Eleg.* I. 9. 62.

[q] Scil. *De Gnomon. Græc.* in II. 78. 1. Tractatur *Horolog. Roman.* in VII. 60. Addas Vitruv. I. 6. IX. 8. s. viz. *De horo-*

sub fin. agnoveris εἶχε[r]. Conjecerat Jacobs. ἧκε, vetante lapide. In 10. (metr. 7.) *χαλκοῖο αὐδὰν* (Æol. *αὔδαν*) Euripideum est: *Χαλκοῦ δ' αὐδὰν χθονίαν, Τύμπανα λάβετε*[s]. Nonni sunt *χαλκείοις πατάγοισιν ἐμυκήσαντο βοεῖαι* in *Dionys*. x. et in xv. *Δίζυγον ἐσμαράγησε μέλος, χαλκόκροτον ἠχώ*. In 11. (metr. 8.), *S*. **ΑΥΟΝ**, quod nec lapidi consentit nec rei, quum vox declaratur fuisse gavisi et *ὀξύτονος*. Alias bonæ notæ lectio est[t]. In 12. suppleverim in med. *χάρε*, Letr. *κλύε*, quod bene se habet: sed præferendum illud opinor ob *χαίρων* in 11. nam dicitur in fin. v. *καὐτὸς* (Æol. *καὖτος*). Deinde **ΔΙϹ** manifestum erat. In v. 13. (metr. 10.) monimento valde inhæsi ut instaurata media haberem. Credo de poetria ipsa sermonem esse ob *κάμε κ. λ.*, neque obstat constructio *κάμε γρόππατα* (sc. *γράμματα*), quod in primis credebam, Homeri parum memor[u]: certe *κάμε γράφουσα* magis concinnum, usu spectato, foret. Procedit exemplar *S*. in primo hemistichio, **ΜΕΜΝΟΝΑΚΑΝϹ** h. e. *Μέμνονα καὶ* cum **ΙϹ** quod in v. 1. exord. positum vidimus pro **Β**. Exinde colligendum videtur et in hoc loco veram lectionem esse **Β** cujus lineam rectam ipse retuli: deinde prostant Saltiana,----**ΛΛΚΑΜ..ΕΝΟΙϹΙΓΟΝΟΙϹ** h. e. in meo, **ΛΑΚΑΜΕΓΟΙϹΙΠΟΝΟΙϹ**. Conclusio manifesta est lacunam explendam esse per **ΒΑΛΒΙΛΛΑ**, cujus ultima, natura brevis[v], producitur virtute *cæsuræ* vel *ictus*. **Γ**, pro quo *S*., lapidem striatum tractans, descripsit **Ν**, refert, ut supra dictum est, archaicum **F**, quod

logiorum rationibus et umbris gnomonum æquinoctiali tempore Romæ, etc. Tractat h. l. Vitr. *Solarium* et *Horologium hydraulicum:* difficillima vero intellectu proferuntur quum deperdita sint diagrammata. Adire possis et Censorin. *De die nat.* XXIII. et Capell. v. p. 194.

[r] Comp. κῆνος (κεῖνος), χηρὸς (χειρός), etc. ἧς (εἷς), πλήων (πλείων). Vid. Kön. *ad Corinth. de Dial.* pp. 129. 137. et not. c. supra.

[s] Helen. 1345. s. et Musgrav. in loc.

[t] Conf. *Iliad.* μ'. 160. et imitatum Virgil. in *Georgic.* I. 357.

[u] Conf. *Iliad.* β'. 101. θ'. 195.

[v] Vid. Maltb. Lexic. *de Prosod.* P. II. c. 7. med.

in Homericis cernitur ante οὗ, οἷ, ἕ, et ὅς possessivum[w]. In penult. satis accurate constituuntur Saltiana, cum errore uno et altero, et omisso **Γ** ante **ΙΔЄ** finem versus, h. e. **F**, quod certissime archaismi adeo studiosa haud omiserit. Optime conservavit *S.* **ΓΡΟΠΠΑΤΑ**, Æolice dictum pro **ΓΡΑΜΜΑΤΑ**, idque secundum analogiam *ὄππατα, πέδα*, pro *ὄμματα, μετά*[x]. In ult. init. *S.* **ΔΗΛΟΝ**. Rectius seq. **ΠΑΙCΙ**, h. e. *πᾶσι*, quo utebantur Æoles, ut et *αις* pro *ας* in casu recto, ex. c. *τάλαις* pro *τάλας*[y]. Dein sequutum est **ΔЄΓЄ . Τ**, h. e. *δ' ἔγεντ'*, concisum pro *ἐγένετο* inter Dores[z]. Recte hic ponitur **Τ** sicut in prægr. **ΚΩCCA** pro *καὶ ὅσσα*, quum Æolibus ignotus fuerit spiritus asper[a]. Sub fin. *S.* **ΦΙΛΙCΙ**, iotacismo nimis obsequutus, id quod non fecit Balbilla quantum oculis meis fidere quivi. Erat, ut norunt omnes, Dorum *φιλεῦντι, φιλοῖσι*, pro *φιλοῦσι*, et sic in cett.[b] Usus digammi in h. l. eximie illustratur per Homericum, Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι, φιλεῖ δέ Fε μητιέτα Ζεύς.[c] Sensus quoque, quum certissimum sit Musam hic Imperatori blandiri.

[w] Conf. Heyn. Recens. vocum digammat. in Excurs. II. ad Iliad. τ'. 384. Refragatur Knightius, sed frustra, ut ex nostro apparet, 7. 13. 15. Conf. *Prolegom. in Homer.* § CLII.

[x] Vide Corinth. *de Dial. Æol.* § XV. Fischer. *Animadv. ad Welleri Gr.* pp. 180. s. Kön. ad Corinth. supr.

[y] Conf. Corinth. *De Æolismo*, § XXII. Kœn. pp. 94. 282.

[z] Corinth. *de Dial. Dor.* § XIV. citato Theocr. *Idyll.* I. 88. Τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο. Pariter in *Epigr.* XIX. 5. s. Ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἀπιδέξιος Ἔπεά τι ποιεῖν, πρὸς λύραν τ' ἀείδειν. Conf. Pindar. *Pyth.* III. 153. s. Αἰὼν δ' ἀσφαλὴς Οὐκ ἔγεντ' οὔτ' Αἰακίδᾳ κ. λ.

[a] Conf. Fischeri *Animadvv. ad Weller.* pp. 153. 246. Matthiæ. *Ausführl. Gr.* § 20.

[b] Corinth. ubi supra, § XV. ibique Kön. Maittair. *De Dial.* pp. 223. s. Cf. Theocr. *Idyll.* V. 80. XXVIII. 11. Pindar. *Pyth.* III. 31. Alcæi *Reliqq.* VI. 6.

[c] Iliad. β'. 197.

CCCLXXII. g.

ΦΛΑΟΥΙΑΝΟϹ
ΦΙΛΙΠΠΟϹ
ЄΚΛΥΟΝΜЄ
ΜΝΟΝΟϹΤΟΥΘЄΙΟΤΑΤΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΑΚΟΥΟΝΤΟϹ ЄΝΤΟϹ
ωΡΑϹ Β ΔΙϹ

*Α? Φλαουϊανὸς Φίλ-
ιππος ἔκλυον Μέ-
μνονος τοῦ θειοτά-
του, Αὐτοκράτορ-
ος Ἁδριανοῦ ἀκού-
οντος ἐντὸς ὥρας
δευτέρας δίς.*

Descripta indidem de crure lævo ima versus. Tradit Philippus se audivisse vocem Memnonis eodem tempore ac Hadrianum. Hoc in prægresso statuitur fuisse ante solem ortum et quum jam decurrebat hora secunda, quo tempore meminit Balbilla imperatorem bis vocem auscultasse, unde concludendum est Philippum vel non adfuisse quum primum sonitum emisit Memnon, hoc est, ante solem ortum, vel *duplicem* clamorem hoc puncto temporis factum pro *simplici* cepisse; aliter nimis adflatui poetico indulsisse Balbillam credendum est.

Ediderat Pocock: dein Jacobs. et in Actis supra dictis, ex schedis Saltii ad amussim factis Letronn.[d] Non item *P.* qui habet in 6. 7. ΑΚΟΟΥΟΗΤΟϹЄΠΤΟϹΟΡΑ Β ΑΙϹ. Expressit Jacobs. in 3–4. ΜЄΜΝΟΝΑ, quod tuetur citato Euripide[e]. Deinde jungit ΘЄΙΟΤΑΤΟΥ cum inseq. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ, et in 6. 7. legit ΑΚΟΥΟΝΤΟϹΥЄ ΠΑΟΦ ωΡΑΙ Β ΗΜΙϹΥ. Hæc, fetus ingenii, nihili sunt.

In integro titulo prænomen exstitisse crediderim: certe *P.* habet Λ, h. e. *Λούκιος* (A? *Αὖλος*?), quod jamdudum effluxit. Hoc pacto,

[d] Scil. p. 26. n. xx. Tab. n. 38. Loc. Pocock. est ubi supra, tab. xxxix. n. 24. Jacobs. in *Denkschrift.* etc. p. 56.

[e] Scil. *Hippolyt.* 85. *Electr.* 198. et al. Constructio est sine dubio legitima, sed a nostro loco aliena.

prodeunt tres versus, rudiores sane et in metrum peccantes, sed hoc in Memnoniis parvi refert:

Αὖλος Φλαβιανὸς Φίλιππος
Ἔκλυον Μέμνονος τοῦ θειοτάτου,
Αὐτοκράτορος Ἁδριανοῦ.

Hic restitisse arbitror scriptorem Balbillæ æmulatione tactum, et ad pedestrem musam se contulisse. In exordio rhythmus anapæstos redolet, et illud ἔκλυον stilum poeticum. Sed hæc levicula. In v. 4. dicitur de Memnone θειοτάτου ut in CCCLXXVIII. infr. 2. In 6. s. accipienda sunt ἐντὸς ὥρας δευτέρας tamquam designantia omne illud tempus quod ante ineuntem horam secundam fuerat elapsum, ipsa hora ineunte inclusa. Sic Ulpianus in quæstione tractanda de jure[f]; *Quod dicimus intra dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, ut et ipso die centesimo bonorum possessio peti possit: quemadmodum intra calendas etiam ipsæ calendæ sint:* nimirum, haud exit donec jam exiverint calendæ. Neutiquam confundit loquutiones Jurisconsultus, ut nec ipse Philippus ἐντὸς ὥρας cum ὥρας simpliciter posito, neque Plinius[g], quum scripsit, *Omnia* (deflorescunt) *et intra* VIII. *Idus Julii*, quasi dixerit *Idibus Julii*. Hæc manifestiora sunt quam ut diutius immorer.

CCCLXXIII. h.

Titulus insignis de colosso descriptus eademque regione ac prægressus, supra quem stabat: commemorat Sabinam Imperatricem

[f] Vide *Digest.* XXXVIII. 9. 1. med.

Argutam disceptationem de formula *intra Kalendas* vide sis apud Gellium in *N. A.* XII. 13., quem locum citat et Letronnius, Sulpiciique judicio obsequutus præfert in h. l. interpretationem *hora secunda*. Subtilitatis vero hujusce minime curiosus videtur fuisse Dio, cujus verba sunt in XLI. 3. fin. Τὸν δὲ δὴ Καίσαρα - - - - - τὰ στρατεύματα ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας παραδοῦναι, quæ ipsa sunt in *Bell. Civil.* I. 2. fin. *uti ante certam diem Cæsar. exercitum dimittat.*

[g] Libr. XVI. 42. 2.

Ϲ . ΒΕΙΝΑϹΕΒΑϹΤΗ
ΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΚΑΙϹΑΡΟϹ
ΝΟΥΕΝΤΟϹωΡΑϹᾹ
ϹΔΙϹΗΚΟΥϹΕ

Σαβίνα Σεβαστὴ, Αὐτο-
κράτορος Καίσαρος Ἁδρι-
ανοῦ, ἐντὸς ὥρας πρώτης
Μέμνονος δὶς ἤκουσε.

Memnonem adeuntem exceptamque ab eo salutante intra horam primam. Effugerat Pocockium: non item Saltium, ex cujus schedis edidit Letronnius[h].

In v. 3. init. suppletum vult *L.* ΣΕΒΑϹΤΟΥ. Lapis, qua poteram discernere, quod dedi, et hoc congruit solenni formulæ nummorum Sabinæ, in quibus constanter fere mentio fit Hadriani[i]. Dein verba ἐντὸς ὥρας πρ. interpretanda sunt *prima hora*, ex testimonio Balbillæ in prox. v. 4. Quæ de iis notavi conf. in not. *f.* prægressa.

CCCLXXIV. i.

ΕΚΛΥΟΝΑΥΔΑϹΑΝΤΟϹΕΓωΠΥΛΙΘωΒΑΛΒΙΛΛΑ
ΦωΝΑϹΤΑϹΘΕΙΑϹΜΕΜΝΟΝΟϹΗΦΑΜΕΝωΘ
ΗΝΘΟΝΥΜΟΙΔΕΡΑΤΑΙΒΑϹΙΛΗΙΔΙΤΥΙΔΕϹΑΒΙΝΝΑΙ
ωΡΑϹΔΕΠΡωΤΑΕΑΛΙΟϹΗΧΕΔΡΟΜΟϹ
ΚΟΙΡΑΝωΙΑΔΡΙΑΝωΠΕΜΠΤωΙΔΕΚΟΤωΙΔΕ
ΝΙΑΥΤωΙΑΔΕΧΕΕΚΕΝΑΘΥΡΕΙΚΟϹΙ
ΚΑΙΠΕϹΥΡΑ ΕΙΚΟϹΤωΙΠΕΜΠΤωΙ
ΔΑΜΑΤΙΜΗΝΟϹΑΘΥΡ

Ἔκλυον αὐδάσαντος ἐγὼ ’πὺ λίθω Βαλβίλλα
Φωνᾶς τᾶς θείας Μέμνονος ἦ Φαμενώθ·
Ἤνθον ὑμοὶ δ᾽ ἐρατᾷ Βασιλήϊδι τυῗδε Σαβίννᾳ,

[h] Vid. *Actt.* etc. ubi supra, p. 29. n. XXII. tab. lithogr. 44.

[i] Ex. c. SABINA . AVGVSTA . IMP . HADRIANI . AVG . Eckhel. vol. VI. p. 521. a. Sic de Messalina Claudii; ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ . ΚΑΙΣ . ΣΕΒΑΣ . Id. p. 251. b.

Ὥρας δὲ πρώτας ἅλιος ἦχε δρόμος,
Κοιράνω Ἀδριανῶ πέμπτῳ δεκότῳ δ' ἐνιαυτῷ,
Φῶτα δ' ἔχεσκεν Ἀθὺρ εἴκοσι καὶ πέσυρα.
Εἰκοστῷ πέμπτῳ δ' ἄματι μηνὸς Ἀθύρ.

De sinistro crure imamque apud partem ejus descripta. Litteras observavi grandioris moduli, et versiculos minus ad amussim dispositos ob titulum Flaviani (CCCLXXII.) cujus v. 4. in longum porrectus ordinem justum fregit. Elegiacis iterum (cf. CCCLXXI.) commemorat Balbilla auditam Memnonis vocem divinam, hora prima, Imperatricem Sabinam comitata. Tempus apposuit in vv. 5–7. scil. an. XV. imp. Hadriani, mensis *Athyr*. XXIV., h. e. in Calend. Rom. U. C. 883. (nostr. 130.) et XII. Kal. Decembris[k]. Deinde apponitur versus in quo fit mentio diei proximæ, scil. XI. Kal. Dec., quasi iterum audiverit Sabina, Balbilla comite, quæ ut hoc quoque memoriæ traderetur curavit. Certe monimentum tractanti versus plane stat pro additamento quod postulaverat occasio.

Ediderunt Pocock.[1] D'Orvillius (in minusc.), Hamiltonus, Wal-

[k] Conf. Eckhel. de nummis Alexandrinis quibus adjungitur nota temp. IЄ, in tom. VI. pp. 489. ss. Ceterum ex temporibus hic notatis, adjuvante Papyro in Museio Regio conservato, ingeniose colligit Letronnius dies triginta post *Athyr*. XXVI. (X. Kal. Decembr.) factas fuisse ἐπωνύμους, scil. Hadriano cognomines, recordationi hujus adventus imperatorii ab Ægyptiis quasi sacratas, et exinde *mensis Hadriani* in nostro infr. CCCLXXX. obvii explicationem tentat, eum nempe initium sumpsisse a XXVII. *Athyr* (IX. Kal. Decembr.) eo pacto ut terminum habuerit in XXVII. *Choïak* (X. Kal. Januar.); satis certe probabilem, quum ex papyro supra dicto compertum sit decurrisse I. mensis Hadriani cum X. Tybi *vagi* (κατὰ τοὺς ἀρχαίους), qui vicissim referebat XXVII. Athyr *fixi* (κατὰ τοὺς Ἕλληνας). Conf. not. Letronn. ad tit. Memnon. XXXIII. in *Actt.* ubi supra, p. 41. et *Societ. Ægypt. Hieroglyph.* tab. LII.

Sic erat Hadriano suus mensis eponymus ut Patri ejus adoptivo apud ceteros orientales, de quo conf. Fasc. I. n. XVIII. et II. n. LXXIV.

[1] Conf. ubi supra, tab. XXXIX. ubi dantur vv. 1–6. quos instauratos edidit D'Orv. in *Not. ad Chariton.* p. 524. Walpolius in *Itin.* p. 467. et Hamilton. in *Ægyptiac.* p. 174., vv. 1–4. Sequutus est D'Orvil-

polius, Jacobsius, postremum ex schedis Saltii Letronnius. In v. 1. omnes quos vidi **ΑΥΔΗϹ**, etc. neglecto dorismo, quem suadere monimentum intellexi: dein in fin. tentaverat *D' Orv.* Πόβλιος Βαλβῖνος, *Walpol.* **ΠΥΛΙΘѠΒΑΛΒΙΝΑ**, vero propiora. De hoc Πυλίθω conf. supr. notata ad CCCLXXI. 2. In 2. fin. *D.* (ex Pausania[m]) φαμενώφ. In 3. init. cuncti uno ore **ΗΛΘΟΝ**, nihilominus Doricam formam[n] expressi in schedis meis repertam. Certe facillime invicem permutantur **Ν** et **Λ** inter exoleta. Deinde *D.* ὁμοῦ, et sub fin. τῇδε, form. dialect. oblitus: lapidi magis congruunt Walpolii **ΥΜΟΥ ΤΥΙΔЄ**[o]. Ad fin. *D.* Σαβίνᾳ, debebat Σαβίννᾳ. Hoc pro Æolismo ex titulis satis noto[p]. In constructione hujus loci hæreo, utrum vera ratio sit ἦνθον τυΐδε, an βασιληΐδι τ. ita ut innuatur præsentia ipsius Sabinæ. Illam communiter recipiunt, et fortasse in alienum locum truditur τυΐδε ut metro inserviat. In 4. s. fin. *D.* ἔσχε, *W.* **ΗΚЄ**. Conf. ad CCCLXXXI. 6. metr. In fin. *D.* δρόμον. Debebat δρόμος h. e. δρόμους[q]. Poterat et δρόμοις Balbilla, ut satis scimus, vel

lium Jacobs. in *Denkschrift.* ubi supra, p. 57. Eundem et Eckhelius, in tom. VI. p. 490. b. Integrum descripsit Salt. unde Letronn. in *Act.* ubi s. p. 27. n. XXI. 39.

[m] Libr. I. 42. 2. Ἔστι γὰρ ἔτι καθήμενον ἄγαλμα Ἠλεῖον Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί, τοῦτον γάρ φασιν ἐξ Αἰθιοπίας ὁρμηθῆναι εἰς Αἴγυπτον, καὶ τὴν ἄχρι Σούσων. Ἀλλὰ γὰρ οὐ Μέμνονα οἱ Θηβαῖοι λέγουσι, Φαμένωφα δὲ εἶναι τῶν ἐγχωρίων, οὗ τοῦτο ἄγαλμα ἦν.

[n] Conf. ἦνθον in Theocr. I. 80. XI. 108. ἦνθες in XV. (Adoniaz.) 2. ubi cf. Valckenar. ἦνθε in I. 95. ἤνθομες, II. 143.

[o] De primo horum cf. Corinth. *De Æolism.* IX. ad quem Schäfer. pp. 584. 618. s. Τυΐδε (vel ut quidem τυῖδε) usurpatur a Sappho in *Ven.* 5. Ἀλλὰ τυΐδ' ἔλθ' κ. λ. h. e. δεῦρο. Cf. Valckenar. ad *Röver.* p. XXXII. Statuunt alii pro τῶδε, h. e. ὧδε, comparato μέσυϊ pro μέσῳ: Vide Matthiä, *Ausführl. Gr.* § 25. fin. Illud tenet Passov. in *H. wörterb. d. Gr. S.* II. p. 1196. a.

De hac voce provocat Walpol. (ubi supra, p. 595.) ad Gaisford. *Hephæst.* p. 451. et Maittair. *De Dialect.*

[p] Hæc iteratio præcipua ratione obtinebat in liquidis (ὑγραῖς), ex. c. in quodam nostro ex Lesbo (cf. Böckh. II. p. 195. n. 2186.) ΑΒΟΛΛΑ. In altero nostr. (Böckh. p. 185. n. 2166.) obv. in v. 23. ΕΠΕΚΡΙΝΝΕΤΟ, et in 34. ΜΗΝΝΟΣ. Exempla vero non desunt in aliis: cf. Corinth. ubi supra, § XII.

[q] Cf. Theocr. IV. 11. καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῆν. V. 112. μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας.

etiam δρόμως[r]. In 5. **KOIPANωI** est vitium lapidis, propter sculpentium vel inscitiam aut incuriam, qualismodi exempla in his Ægyptiis sæpius prostant: cf. supr. CCCLVII. a. 2. CCCLIX. b. 2. et al. Ibid. sub fin. **ΔEKOTωI**, lect. monim., comparaveris cum **ΔYNOTON** in CCCLXXI. 7. Ceteri omnes quos contuli, **ΔYNATON**. Quod sequitur, **Δ**, extrusit *D'Orv.* et oscitantiæ quadratarii tribuit Letronn. Hoc possit ita esse, at iterum obvium est in v. addititio, **ΔAMATI**, quod fidem facit nos *copulativam* habere, et intelligi in his vv. **TENIAYTωI**, **TAMATI**, idque vel per sonos **Δ** et **T** confusos (cf. CCCL. 5. arg.), vel propter dialectum, sicut in Pindaro πεδὰ pro μετά[s]. Illud crediderim. In 6. pro **AΔЄXEᑕXEN** habet *D'Orv.* ἅματα δ' ἔσχεν, rectius Jacobs. φῶτα δ' ἔχεσκ. quod sine dubio voluisse lapicidam crediderim sed deceptum visu eorum quæ præibant **YTωI**, quasi fuerint **ΦωT**, mancam vocem reliquisse. Hic *S.* **EXEᑕXKEN**, dein **EIKOᑕII**, ubi ex Balbilla exspectaveris **EIKATI**[t]. In 7. prælatam habuit form. πέσυρα; erat et πίσυρα[u], τέτορα[v]. De v. ult. quem prætermiserant cuncti ante Saltium, vide supra notatum ad fin. argumenti. Justo ordine se nectit ad vv. 1–5. adeo ut alteri occasioni quum Sabina audiverit *hora prima* accommodatum judicarim.

CCCLXXV. k.

Ὅτε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἠκούσαμεν τοῦ Μέμνονος.

Χθισδὸν μὰν ἰκέται τῶ Μέμνονος ἔνθα παρῆμες,
Ὃς πάλιν ἀλλότριος βάξιν ἄναυδος ἔχε—
Πρήσθη γὰρ σεπτὰ μορφὰ Βασιληΐδ'—ὄφρ' ἄμμιν

[r] Corinth. *Æol.* § XLVI. Kön. p. 192.

[s] Conf. *Pyth.* v. 62. VIII. 105.

[t] Corinth. *De Dorism.* § LXXIX. citato Theocr. v. 86. cf. IV. 10.

[u] Obv. πίσυρες in *Iliad.* ψ'. 171. ω'. 233. *Odyss.* ι'. 70. Πίσυρες habet Hesych. Vide Matthiæ, ubi s. § 139.

[v] Hesiod. *Opp.* 696.

'Εχθοίσᾳ τ' αὐτᾷ θήϊον ἆχον ἰῇ,
Μὴ καὶ τοῖ Βασιλεὺς κοτέσῃ, καὶ δαρὸν ὀνία
Τὰν σεμνὰν κατέχῃ κουριδίαν ἄλοχον,
Κὼ Μέμνων τρέσσαις μεγάλως μένος ὀργισθέντων
'Εξαπίνας αὔδασ' ἀδὺ, σιοῖς τε χάρῃ.

ΟΤΕΤΗΠΡΩΤΗΗΜΕΡΑΟΥΚΗ
ΚΟΥCΑΜΕΝΤΟΥΜΕΜΝΟΝΟC
ΧΘΙCΔΟΝΜΑΝ - - - - - - - - ΜΕΜΝΟΝΟC
ΟCΠΑΛΙΝΑΛΛΟΤΡΙΟCΒΑΞΙΝΑΝΑΥ . ΟC
ΠΡΗCΘΗΓΑΡCΕ . ΤΑΜΟΡΦΑΒΑCΙΛΗΙΔΟΟ . . . ΜΙ
ΕΧΘΟΙCΑΤ . . ΤΑΙΘΗΙΟΝΑΧΟΝΙΗΙ
ΜΗΚΑΙΤΟΙΒΑCΙΛΕΥCΚΟΤΕ - - - ΚΑΙΔΑΡΟΝ
ΤΑΝCΕΜΝΑΝΚΑΤΕΧΗΙΚΟΥΡΙΔΙΑΝΑΛΟΧΟΝ
ΚΩΜΕΜΝΩΝΤΡΕCCΑΙCΜΕΓΑΛΩCΜΕΝΟC
ΕΞΑΠΙΝΑCΑΥΔΑCΑΔΥCΙΟΙC . . ΧΑΡΗ

Descripta de parte inferius jacente sinistri cruris. Liquet ex hoc titulo Memnonem fuisse generis sui præstantis haud penitus oblitum, qui vel coram Imperatrice obmutuit: qua de causa... *Εἴ τ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπεμέμφετο, εἴ θ' ἑκατόμβης*... silet stichographus. Dein iterum adeuntibus salutationem eum abnuisse colligere licet ex v. 4. (metr. 2.), neque vocem edidisse donec a visentibus admonitum *quid furens femina possit*, accedente et ipsius Hadriani reverentia.

Opinor hunc titulum fuisse insculptum *tertia* die: *prima* erat in qua prorsus compresserat vocem Memnon (*exord.* 1. 2.): *secunda*, de qua in metric. 1. 2., quum mutus primum, deinde precibus advenarum cessit (vv. 9. s.).

Omisere Pocock. ceterique omnes ante Saltium, ex cujus schedis edidit Letronnius[v]. Lacunas non miror; diligentiam potius in titulo

[v] Cf. *Act.* ubi supra, p. 29. n. XXIII. 64.

tam male habito enucleando. In v. 1. *S.* **A** ad fin. In 3. (1. metr.) cuncta fere deleta fuerant. In init. *S.* **XΘЄC**, quod optime in minusc. exposuit *L.* per *χθιζόν*. Dein *Id.* *μέν*, (potius *μάν*, Dorice pro *μήν*,) lacuna non amplius tentata, quam explere ausus sum. Plures restant viæ, ex. c. *Χθισδὸν μὰν ἀΐειν τῶ Μέμνονος εὐχόμεθ' ὀμφᾶς* (seu *αὐδᾶς*). In v. 4. (2. metr.) init. *S.* **ωC**, dein in med. **AKMOTPIOC**. Vox hic *aversam mentem* indicat, ut in Homer.[x] *ἀλλότριος φώς* est *ἐχθρός*, *hostis*. Ad fin. v. *S.* **NAANOC**, unde possis colligere lect. *ἀναινομένω* vel *ἀναναμένω*, clausula sic expedita, *Μέμνονος, ὡς πάλιν ἀλλοτρίως* (*averso studio*, vel *ἀλλοτρίοις*, *peregrinis*, *advenis*), *βάξιν ἀναινομένω* (*recusante vocem tollere*): erat vero sub fin. ni falsus sim **ANAYOC** vel quod dedi in minusc. Sic in Hom.[y] *ὁ δ' ἄπνευστος καὶ ἄναυδος*, et Eurip.[z] *ὁ δ' εἷρπ' ἄναυδος, μέγα φρονῶν*. *Βάξις* loco convenit, ut dicetur amplius ad v. 6. In 5. (metr. 3.) *S.* **ΠΡΗΘΗ**. Est Latinorum[a] *excanduit*, *exarsit*, sæpius *ira*, *in iras:* sed *ὀργᾷ* hic abest. Sub med. existimo **CЄΠTA** esse veram lect. pro qua *L.* *σεμνά*, iterum obv. in v. 8. Sub fin. *S.* **BACIΛHIΔOC**. Dedi quod in chartis meis reperio, constructione sic expedita *ὄφρ' ἄμμιν ἐχθοίσᾳ τε* (scil. *βασιληΐδι*) *ἆχον ἵῃ*, aliter claudicat illud *τε*. Hic *o* in *ὄφρα* brevis est secundum canonem metricum[b]. Sic optime procedunt cuncta ad usque v. 8., quæ excipit 9. *Κὠ Μέμνων κ. λ.* In v. 6. (metr. 4.), sub fin. *S.* **ΘH - - - AYON**, errore solito: cf. supr. CCCLXXI. 8. metr. Habemus dictum *θήϊον ἆχον* ut in Hom. *θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή*[c]. Concinit *βάξις* in 4. supr., scil. *vox cœlitus missa:* sic in Sophocl.[d] *'Οξεῖα γάρ σου βάξις, ὡς θεοῦ τινός*,

[x] Iliad. ι'. 214.

[y] Odyss. ι'. 456.

[z] Phœniss. 41. Conf. Troad. 465. et al.

[a] Conf. Cicer. *Epist. ad Divv.* VIII. 12. *Æneid.* II. 575. VII. 445. IX. 66. Claudian. XXII. 82.

[b] Vide Maltb. *Lexic. Exord. De Prosod.* p. liii. not. 3.

[c] Iliad. β'. 41.

[d] Ajac. fl. (Br.), 998.

Διῆλθ' Ἀχαιούς, et Apollon.[e] Δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα θεὴν κατὰ βάξιν Ἰήσων κ. λ. Deinde formulis ἄχον ἵῃ, αὐδὰν ἵῃ, congruunt seqq. Hom.[f] Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει Καὶ ἔπεα, etc. Herodot.[g] Ἐντειλάμενος μηδένα ἀντίον αὐτέων μηδεμίην φωνὴν ἱέναι, et alibi, Ἥντινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν κ. λ. In v. 7. (metr. 5.) altera accedit ratio cur Memnon vocem proferat, *ira Hadriani;* hic καίτοι foret absonum: legas ideo τοῖ h. e. τῷ. Notissimus est usus Homericus ὁ, ἡ, τό, pro αὐτός, αὐτή, αὐτό[h], et consimiliter habemus h. l. τῷ pro αὐτῷ, nisi velis τοι enclit. pro σοί[i], prosphonesi a scriptore adscita, qua ratione verteris, *ne porro tibi, Memnon, irascatur Rex*, etc. In fine versus hæreo: supplementum Letronnii ἀνία est certum; non item illud δαρόν. Instaurare possis ad hunc modum; μὴ καὶ τοῖ (vel καί τοι) βασιλεὺς κοτέσειεν, καὶ δ' ἄρ' ὀνία, scripto ὀνία[k] prorsus ad exemplar superiorum δυνοτόν, δεκότῳ, in titt. CCCLXXI. 7. CCCLXXIV. 5. In v. 8. (metr. 6.) *S.* init. ΤΗΝ. Dicitur hic Sabina σεμνά, ut supra σεπτά, quia Σεβαστή. Porro convenit ei epith. quæ vocatur in v. ult. θεός, phrasi solenni adulantium[l]. Constructio ἀνία κατέχῃ τὰν σ. illustrari possit ex Herodian[m]. Συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνο

[e] Argonaut. Α'. 8.

[f] Iliad. γ'. 221. s. cf. 152. et Odyss. μ'. 192.

[g] Libr. II. 2. sub med. I. 57. init. IX. 16. s. init.

[h] Cf. Iliad. κ'. 224. 517.

[i] Scil. Dorice, ut in Mosch. *Idyll.* VI. 2. 7.

[k] Vide Passov. *H. wörterb.* etc. II. p. 273. b. et Koen. *in Corinth.* pp. 455. 600.

[l] Sic Δάματρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεάν, in Homerid. *Hymn.* IV. 1. Cf. Orphic. *Hymn.* 39. Hinc, ut obiter notem, lepos Comici, apud quem *Nubes*, quasi deæ, σεμναί, δέσποιναι, παμβασίλειαι, audiunt: cf. *Nub.* 291. 356. s.

Ceterum, si fides sit historiographis, proprietatem epitheti conjugi suæ tributi haud magnopere impugnasset Hadrianus, quum et *Erinyes ipsæ* fuerint σεμναί. Conf. *Thesmophor.* 224.

[m] Hist. Rom. I. 12. init. Sic in oraculo de Spartanis, apud Pausan. III. 8. 5., v. 3. Δηρὸν γάρ μόχθοι σε κατασχήσουσιν ἄελπτοι.

καιροῦ λοιμώδη νόσον κατασχεῖν τὴν Ἰταλίαν, et variatur in Euripid.[n] *Ἰδοῦσα Φαίδρα καρδίαν κατείχετο Ἔρωτι δεινῷ.* In v. 9. (metr. 7.) init. *S.* **Χω**, sed conf. supr. CCCLXXI. 14. In fine exoleverant litteræ, ubi supplet *L.* *αἰὲν ἀνάκτων.* In v. ult. sub fin. *S.* **ΑΔ.ΘЄΟΙC.** Credo hic adscitam formam archaicam *σιός*[o], an vero a Balbilla, sicut conjeci supra, legentium judiciis permitto: porro, ut in minusc. Æolismo studeant, sc. scriptis *χθίσδον, σέπτα,* etc. *ἴη, ἄδυ.* Cf. CCCLXXI. not. *a*.

CCCLXXVI. 1.

ΧΑΙΡЄΚΑΙΑΥΔΑCΑΙCΠΡΟΦΡωΝЄΜЄ
ΤΑΝ
ΓΛωCCΑΝΜЄΝΤΟΙΓΑΝΑΞ
ΚΑΜΒΥCΑΙCΑΘЄΟCΤΟΜΟΙ . CωC
ΔωΚЄΝΤΟΙΠΟΙΝΑΝΤωCωΟΙΚΤ
ΤΟΛΜΑCΑCΑΠΙΝΚΑΙΤΟΝ _ _ Є
ΑΛΛЄΓωΟΥΔΟΚΙΜωΜΙCЄΘЄΝΤΟ
ΨΥΧΑΝΔΑΘΑΝΑΤΑΝΑΘ . ΙЄCωC
ЄΥCЄΒЄЄCΓΑΡЄΜΟΙΓЄΝЄΤΑΙCЄ
ΒΑΛΒΙΛΛΟCΤΟCΟΦΟCΚΑΝΤΙΟΧΟC
ΒΑΛΒΙΛΛΟCΓЄΝЄΤЄΚΜΑΤΡΟCΒΑCΙΛΗΙΔΟCΑΚΛ
ΤωΠΑΤЄΡΟCΔЄΠΑΤΗΡΑΝΤΙΟΧΟCΒΑCΙΛЄΥC
ΚΗΝωΝЄΚΓЄΝЄΑCΚΑΓωΛΟΧΟΝΑΙΜΑΤΟΚΑΛΟΝ
ΒΑΛΒΙΛΛΑCΔЄΜЄΘЄΝΓΡΟΠΤΑΤΑΔЄΥCЄΒ

Χαῖρε, καὶ αὐδάσαις πρόφρων ἐμὲ δέχνυσο, Μέμνον,
Τὰν σεῖ' ἐλθοῖσαν φθέγματ' ἀκουσομέναν·

[n] Hippolyt. 27. s. cf. Bacch. 1124.

[o] Vid. Kön. *ad Corinth.* p. 300. Matthiæ. *Ausführl. Gr.* § 24. Passov. ubi supra, p. 865. b. Ceterum Dii hic sunt Hadrianus et Sabina, de qua adulatione conf. supr. ad CCCLIX. c. init. CCCLXIV. 1. Letronn. *Recueil,* etc. I. n. VIII. 1.

Γλῶσσαν μέν τοι Ϝάναξ ἐδίδου πάλαι, ἀλλὰ ταράξαις
Καμβύσαις ἄθεος τό μοι ἔσωσε Ϝέπος.
Δῶκέν τοι ποινὰν τῷ σῷ οἰκτίστω ὀλέθρω,
Τολμάσας Ἄπιν καὶ τὸν Ἀδελφὸν ἐλῆν·
Ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐ δοκίμωμι, σέθεν τ᾽ ὀλοφύρομαι αἶσαν,
Ψυχὰν δ᾽ ἀθανάταν, ἄθλιε, σώσδες ἔτι.
Εὐσεβέες γὰρ ἐμοὶ γενέται σέ ποκ᾽ ἀσπάσδοντο,
Βάλβιλλός τ᾽ ὁ σοφὸς κ᾽ Ἀντίοχος γεραρός·
Βάλβιλλος γένετ᾽ ἐκ ματρὸς βασιληΐδος Ἄκμας,
Τῶ πατέρος δὲ πατὴρ Ἀντίοχος βασιλεύς.
Κήνων ἐκ γενεᾶς κἀγὼ λόχον αἷμα τὸ καλόν·
Βαλβίλλας δ᾽ ἐμέθεν γροπτὰ τάδ᾽ εὐσεβέος.

Descripta indidem de sinistro crure, parte media. Balbilla (vv. 9. ss. et supra, CCCLXXI. CCCLXXIV.), proscynemate facto, Memnonem rogat ut adeuntem eam benigne excipiat. Dein vocalem primitus a rectore cælestium factum prædicat, nunc vero dimidiatum, facultatemque ab impio Cambyse exstinctam, plorat (cf. infra, CCCLXXXIV.), quod tamen ipsi occasionem dedit versiculos condendi: non vero inultum Memnonem, quum sacrilegas manus luerit postmodum victor, vesania correptus, occisisque Apide et Fratre. Suum contra amorem erga Memnonem reverentiamque prædicat, quippe se injuriose agentem exsecrari, atque immortalem animam etiam nunc membra intus agitantem agnoscere, et hoc jure pietatis hereditario, nam se a parentibus ortum duxisse, Balbillo et Antiocho, qui cultu religioso Memnonem jamdudum adierant, etc.

Edidit in primis Pocockius[p], deinde ex schedis Saltianis Letronnius, quarum, quum Pocockiana misere sint manca, comparationem

[p] Ubi supra, tab. XXXIX. n. 12. Loc. Letronn. est in *Act.* etc. ubi supra, p. 32. n. XXIV. 51.

solam instituendam duxi. Precor vero studiosos ut æquis animis accipiant nostra in titulo tam male habito tentamina.

In v. 1. sub fin. *S.* **ΠΡΟΦΡΟΝ,** quasi fuerit neutrum pro *προφρονέως*, hoc vero neutiquam admittendum. In lacuna adscivi, *δέχνυσο* secundum *Orphic.* 561. *ἐδέχνυτο δ' οὐρανὸς ὄρθρον.* Poteram fortassis *δέξεο*[q]. Opinor scriptorem habuisse in mente vers. Homeric. Τοῦτο δ' ἐγὼ *πρόφρων δέχομαι, χαίρει δέ μοι ἦτορ*[r]. In 2. post **ΤΑΝ** cuncta effluxerant. Tentavi quædam implendi causa, accepto in primis *φθέγματα* a CCCLXXXIII., CCCLXXXIV. v. 7. infr. Ἐλθοῖσαν notus Dorismus est[s]. In 3. med. maxime hæreo. Descripsi **ΑΝΑΞ**, sed minime certus: postmodum observavi in *S.* **ΑΛΕΞ---** quod si justum sit nihil aliud potest esse quam *ἀλεξίμορον*[t], versu ad hunc modum suppleto; Γλῶσσαν *μέν τοι ἀλεξίμορον πόκα φαντὶ γενέσθαι.* Possis sane cogitare de *ἀλεξίλογον*[u] cum sensu hujusmodi; *carmina antea suasit lingua, nunc vero, ea turbata, sacrilegium Cambysis.* Sed verius opinor Ἄναξ, vel ut Balbilla plus æquo archaismi studiosa videtur scripsisse, Ϝάναξ, hoc est, Ζεύς, *Amûn,* numen eponymum triadis Thebaicæ[v], et a quo urbs ipsa recentius appellata est *Diospolis.* Hic vocatum intelligas *ἄνακτα* simpliciter, *κατ' ἐξοχήν*, nisi malis Γλῶσσαν *μέν τοι ἄναξ* Κρονίων *δίδου κ.λ.*[w] In v. 4. sensus manifestus est; *Cambyses qui te violavit mihi occasionem scribendi dedit.* Ceterum hic turbatiora in fin. *S.* **ΤΟΝΜΟΥ ΤѠϹ**, quæ sane possis instaurare, *τόν μου ἔωσε λόγον.* In nostro sustinet **ΤΟ** *cæsura* vel *ictus*, et in fine possis scribere *μέλος*, sed Balbillæ magis arrisisse puto Ϝέπος. In 5. fin. *S.* **ϹѠΙ**. In 6. init.

q Scil. δέξο in *Iliad.* τ'. 10.

r Vide *Iliad.* ψ'. 647.

s Corinth. *Dial. Dor.* XXI. Kœn. ibid. pp. 94. s. Cf. Theocr. VI. 30.

t Vid. *Œdip. R.* (Dindorf.). 164.

u Conf. epith. ex Crit. in Athen. I. p. 28. c. γράμματ' ἀλεξίλογα.

v Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* tom. VI. pp. 231. 247. s.

w Conf. infr. CCCLXXXI. 1.7. ubi γλῶσσαν Aurora contulit, βασιλείαν Jupiter, mytho variato: sed hoc in talibus parvi est.

TONHΛAC. Sensus in h. v. manifestus est ex historicis[x]. In 7. init. *S.* **AΔΛЄ + ШOYCOKIMШ**, unde collegit *L.* Ἀλλὰ δ' Ἑῷον, vel Ἀλλ' ἐγώ, deinde in fin. vers. *σε θέντο τ' ἄνακτα*, abnuente monimento. De semetipsa loquitur Balbilla; *Facinus ipse improbo, sortemque tuam ploro*, comparesque verba *ὀλοφύρομαι αἶσαν* dictis a Trebulla infr. CCCLXXXIV. 8. Ὀλοφύρομαι τῆς πρόσθε λείψανον τύχης. In v. 8. fin. *S.* **AOITIOCCШO**, quæ possis restituere, λοιπὸς ἔσωθεν ἔχεις, sed præponenda opinor quæ dedi. In 9. init. *S.* **ЄYCЄBЄC**, dein **ΓONЄTAI.** Supplevit hic *L.* Εὐσεβέες γὰρ ἐμοὶ γενέται σέ ποτ' ἠσπάζοντο. Conf. supr. CCCLXXI. 12. infr. CCCLXXXIII. 5. De Balbillo qui in v. 10. init. memoratur, fueratque Ægypto præfectus imperante Nerone, conf. infr. CCCCXV. 28. Jure appellatur ὁ σοφὸς qui Senecæ præconium meruerat[y]. De Antiocho nihil habeo certi quod proferam. Probabile opinor quod ponit Letronn. nempe eum fuisse filium nothum Antiochi III., regis ultimi Commagenorum[z], et nupsisse filiæ nothæ fratris paterni: ex hoc matrimonio ortum Balbillum qui possit jure adoptionis a quodam Romano nomen suum habuisse. In v. fin. supplevit *L.* γεραρός, quod recepi. In 11. p. init. *S.* **ΓЄNЄTAIC**, in fin. **KAΛC**, unde conjicit *L.* **AKMAC.** Erat *Acma* Syrochald. חָכְמָא, *sapientia, versutia,*

[x] Apem a Cambyse necatum refert Herodot. in III. 28. s. De morte silet Justinus in libr. I. 9. 2. tantum ædes diruisse Persam superstitionibus Ægyptiorum offensum. Narrat quoque ἀδιλφοκτονίαν, quam infamia notatam in h. l. crediderim, Herodot. ubi supra, 30. Justin. § 4–8. *Smerdis* hujus seu *Tanaoxaris* (Ctes. *Tanyoxaris*) meminit Xenoph. in *Inst. Cyr.* VIII. 7. 11.

De Ape Osiridi sacrato conf. Diodor. I. 21. fin. 85. collatis Herodot. ubi supr. et Wilkinson. *Ægypt.* etc. IV. 347. ss.

[y] Vide *Quæst. Natur.* IV. 2. 12. cit. infr. ad CCCCXV. 28. De Balbillo iter faciente per Ægyptum vide Inscr. Busirid. a Letronnio restitut. in libr. *Recherches pour servir etc.* p. 392. ubi decurrit v. 23. Παραγινόμενος γάρ, ἡμῶν Φροντίσας, εἰς τὸν Νομὸν, καὶ προσκυνήσας τὸν ἥλιον κ. λ. Hinc colligit v. d. satis probabili ratione præfectum et Thebaicam sedem visisse: ubi s. p. 404. Similiter antea Ælius Gallus in Strabon. XVII. 1. p. 462. T.

[z] Conf. Tacit. *Annal.* II. 42. sub f. unde Eckhel. sua in vol. III. p. 255. a.

ingenio muliebri apprime accommodatum nomen[a]. Ceterum hic obvium est quærere cur, si Acma fuerit filia notha, hic jure appellari possit Βασιλῆϊς? Fortassis ob stirpem regiam et scriptoris erga aviam reverentiam. In 12. init. *S.* **TO**. In 13. med. **KATΩ**, dein **AIMA**. Recte **ΛOXON**, i. e. λάχον pro ἔλαχον. Conf. supr. CCCLXXI. 7. 14. CCCLXXV. 7. Revocat versus ad memoriam Homericum, *ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι*[b]. In ult. *S.* fin. vers. **ΓPOITTA TAΔEYOOTE**. Opinor vera esse quæ dedi, nempe hic poni *γροπτὰ* (*γραπτὰ*), quod in CCCLXXI. 14. fuerant *γρόππατα*, ubi conf. Ipsam quoque prædicat *piam* Balbilla quæ *piis* (in v. 9.) orta est. Sed et possis legere **EYCEBEA**, quocum conferre queas *ἀγνόν* in CCCLIX. c. 5. supr.

CCCLXXVII. m.

OTECYNTHICEBACTHICABEINHI
EΓENOMHNΠAPATΩIMEMNONI

AYΩCKAIΓEPAPΩMEMNONΠAITIΘΩNOIO
ΘHBAACΘACCΩNANTAΔIOCΠOΛIOC
HAMENΩΘBACIΛEYAIΓYΠTIETΩCENEΠOICIN
IPHECMYΘΩNTΩNΠAΛAΩNIΔPIEC

Ὅτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβίνῃ Ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι.

Ἀϝῶς καὶ γεραρῶ, Μέμνον, πάϊ Τιθωνοῖο,
Θηβάας θάσσων ἄντα Διὸς πόλιος,
Ἢ Ἀμενώθ, βασιλεῦ Αἰγύπτιε, τὼς ἐνέποισιν
Ἰρῆες μύθων τῶν παλάων ἴδριες.

[a] Sic meminit Judææ mulierculæ *Acmæ* Josephus in *Antiqq.* XVII. 5. 7. 8. *Bell. Jud.* I. 32. 6.

[b] Vide *Iliad.* ζ'. 211.

Descripta de crure lævo, subter tit. CCCLXXI. insculpta, et fortassis a Balbilla nostra, vel quadam altera Corinna, prolusionum ejus æmula, profecta, quæ Imperatricem comitata est. Prosphonesim Memnonis dumtaxat habemus quæ adorandi actum complet. Possumus vero adsciscere *χαῖρε*, ut in prægresso.

Ediderunt Pocock.[c] Jacobs. et Letronn. ex schedis ante dictis. Explicatio secundi horum a justiore discedit, maxime in vv. 3. 5. (1. 3. metr.) ubi ante suum *Μέμνονα* habet *'γώ*, deinde, ***Ἡδυμελῶς δὲ ἄειδ' Αἰγύπτιοι.*** Nimirum aberravit v. d., sicut antea Leichius, ab apographo Pocockii, qui titulum satis recte concinnaverat, sed cum numeris diversis appositis, scil. exordio (*Ὅτε σὺν κ. λ.*) et metricis (*Αὐῶς κ. λ.*) invicem disjunctis. Expressit ad amussim Saltius, dempto **TѠ** in v. 2. sub fin.

De Memnone fabuloso Græcorum, filio Auroræ (*Ἠοῦς*) et Tithoni, loquitur scriptor in v. 3. (1. metr.) sicut alter in CCCLXXXIII. 6. infr., sed correctionis ergo subjicit in 5. (3. m.) *Ἡ Ἀμενώθ*, etc. sinceriora de Colosso tradens: conf. supr. CCCLXVI. argum. not. *q*. CCCLXXIV. 2. not. *m*. In hoc versu cave ne accipias **AYѠC** pro errore describentis, quasi fuerit **AYΘIC**, et **ΓЄPAPѠ** pro *verbo:* constructio est *Μέμνον, παῖ Ἠοῦς καὶ Τιθωνοῦ* cui tribuitur epith. *γεραρός*, h. e, *σεβάσμιος*, fere ut in Homerico, *Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγανοῦ Τιθωνοῖο Ὤρνυτ' κ. λ.*[d] Dein in *Αὐῶς* triplex Æolismus conspicitur, *α* pro *η*, *ω* pro *ου*, unde *Ἀῶς*, et digammo intruso, *ἈϜῶς*, unde *Αὐῶς* in recentiore sermone, per notam analogaim *υ* pro Ϝ.[e] Formam vetustiorem in minusculis posui, eademque ratione potuerit

[c] Ubi supra, tab. XXXIX. nn. 4. 5. Loc. Jacobs. est in *Denkschrift.* u. s. pp. 56. 60. Letronnii, in *Actt. R. S. L.* p. 34. n. XXV. 30.

[d] Iliad. λ'. 1. De natalibus Memnonis (quem secundum Græcorum fidem appellat Αἰθιόπων Βασιλῆα) conf. Hesiod. *Theogon.* 984.

[e] Conf. Knight. *Prolegom. Iliad.* § CCCLII. p. 73. Matthiä, *Ausführl. Gr.* §§ 20. 26.

Ϝίδριες[f] in v. ult. si sibi constitisset auctor. In v. 4. (2. m.) accuratissime describitur colossi situs, scil. ex adverso Thebis[g], quæ et *Diospolis*, civitas Jovis seu Ammonis, unde in codd. sacr. נֹא־אָמוֹן vel אָמוֹן־נֹא, *habitaculum Ammonis*[h]; namque illud נֹא, de quo adeo in diversa eunt interpretes, ad thema נָוָה retulerim, unde, ut obiter dicam, Græca *νάϜω*, *ναίω*, *ναιετάω*. In hoc v. ne accipias *θάσσων* a *ταχύς*: est Homericum *θαάσσω*, Æol. *θαϜάσσω*[i], unde *θάϜακος*, *θῶκος*, colossique speciei apprime convenit. In 5. (metr. 3.) *τὼς* est *ὡς*, *sicut*[k], et *ἐνέποισιν* notus Dorismus pro *ἐνέπουσιν*[l]. Nomen *Amenoth* hic habemus, quod *Amenothes* legitur (*παρὰ Ἀμενώθῃ*) in titulo quodam apud Syringas[m], supra in CCCLXXIV. 2. *Phamenoth*, apud Pausan.[n] *Phamenoph*. Porro cognitio hujus declaratur esse sacerdotum, qui omnium maxime mythica callere dicuntur: hoc et

[f] Conf. Iliad. π'. 359. *Odyss.* ζ'. 233. ν'. 108.

[g] Hoc optime illustrant quæ conjectura satis probabili tradit Wilkinson. de *dromo* ædium a rege Amunophth structarum, et directione ejus regionem versus orientalem urbis ubi nunc sitæ sunt *κῶμαι El Aqsur, El Qarnâq*. Vide *Ægypt. Antiq.* vol. IV. pp. 109. s.

De Thebis *Diospole* dictis conf. Strab. XVII. 1. p. 462. T. Ptolem. Steph. Byz. Meminit nominis et Plin. in v. 11. 1. Addas Diodor. I. 15. init.

[h] Conf. libr. prophet. Nahum, III. 8 Jerem. XLVI. 25. Ezek. XXX. 15. et tit. prægress. v. 3. argum. Intelligunt vero alii *Alexandriam*, vel *Diospolem parvam* (de qua cf. supra, ad CCCLVIII. a. 3. s.), vel etiam *Javan Ammonitarum:* vide Targ. Jonath. cum Interpr. Syr. Vulgat. etc. in locis.

[i] Conf. Knight. *Proleg.* u. s. p. 86. Vox obvia est in *Iliad.* ε'. 124. *Odyss.* γ'. 336. *Hymn. ad Mercur.* 465. Euripid. *Orest.* 862. *Bacch.* 612. et al.

[k] Sic in *Acharn.* 762. Megarensis, *ὑμὶς τῶν ἀεὶ, Ὄκκ' ἐσβάλητε, τὼς ἀρουραῖοι μύες κ. λ.* Diversum est Homericum *τώς*, in *Iliad.* γ'. 415. quod *τῶς* scribendum monet Hermann. in *Tract. De emend. grammat.* I. 22. p. 113. Sic et Hesiod. *Scut.* 219. Æschyl. *Sept. c. Theb.* 484.

[l] Conf. supr. CCCLXXI. 15. CCCLXXV. 6.

[m] Vide *Act. Reg. Societ. Litt.* vol. II. tab. fin. n. 4. v. 3.

[n] Libr. I. 42. 2. cit. supra ad tit. CCCLXXIV. 2.

testatur Historicus[o]; *Αὐτῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων οἱ μὲν περὶ τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι, μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα λογιώτατοί εἰσι μακρῷ τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην.* Pariter Diodorus[p]; *Πρώτην ἔχει μερίδα τὸ σύστημα τῶν ἱερέων, μεγίστης ἐντροπῆς τύγχανον παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις - - - - - διὰ τὸ πλείστην σύνεσιν τοὺς ἄνδρας τούτους ἐκ παιδείας εἰσφέρεσθαι· - - - - - καθόλου γὰρ περὶ τῶν μεγίστων οὗτοι προβουλευόμενοι συνιατρίβουσι τῷ Βασιλεῖ, τῶν μὲν συνεργοί, τῶν δε εἰσηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι γινόμενοι· - - - - - ἐκ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἀναγεγραμμένων πραξέων τὰς ὠφελῆσαι δυναμένας παραναγινώσκοντες· κ. λ.* Cernimus in hoc v. Æolism. *παλάων* pro *παλαίων*, ut in 4. *θηβάας* pro *θηβαίας*[q], et in fin. *ἴδριες*, in Homer. *Ϝίδριες*[r], quod miror archaismi studiosum prætermisisse.

CCCLXXVIII. n.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΒΑΣΙΛΙΚΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΕΡΜΩΝΘΕΙΤΟΥΚΑΙΛΑΤΟΠΟ
ΛΕΙΤΟΥΗΚΟΥΣΑΜΕΜΝΟΝΟΣΤΟΥΘΕΙΟΤΑ
ΤΟΥΜΕΤΑΚΑΙΤΗΣΣΥΝΒΙΟΥΑΡΣΙΝΟΗΣΚΑΙ
ΤΩΝΤΕΚΝΩΝΑΙΛΟΥΡΙΩΝΟΣΤΟΥΚΑΙΚΩ
ΔΡΑΤΟΥΚΑΙΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΕΤΕΙ|ΙΕΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΤΟΥΚΥΡΙΟΥ ΧΟΙΑΚ

Ἀρτεμίδωρος Πτολεμαίου, Βασιλικὸς Γραμματεὺς Ἑρμωνθίτου καὶ Λατοπολίτου, ἤκουσα Μέμνονος τοῦ θειοτάτου μετὰ καὶ τῆς συμ-

[o] Libr. II. 77. init. quibus conf. dicta de sacerdott. in c. 143.

[p] Libr. I. 73. Cf. 70. prægress.

[q] Corinth. *de Æolism.* XVII. *Ex* αι *diphthongo abjiciunt* ι *quum eas consonans non sequitur ; pro* ἀλκαῖος ἀλκάος *scribentes, et pro* ἀρχαῖος ἀρχάος.

[r] Vide supra not. *f.* Certe Hesiodus habet in *Scut.* 351. καὶ ὀΐζυος ἴδριες εἰμέν.

βίου '*Αρσινόης καὶ τῶν τέκνων Αἰλουρίωνος, τοῦ καὶ Κωδράτου, καὶ Πτολεμαίου.* *"Ετει ιε' 'Αδριανοῦ Καίσαρος, τοῦ Κυρίου. Χοϊάκ.*

Descripta indidem, prægressis subjacentia. Commemorant adventum Artemidori, filii Ptolemæi, Scribæ regii Nomorum *τῶν συνορίων* Hermonthitæ et Latopolitæ, qui se vocem Memnonis audivisse refert una cum conjuge ejus Arsinoë filiisque Ælurione, qui et *Quadratus* audivit, et Ptolemæo, anno xv. imp. Hadriani, mense *Choïak.* Dies non apponitur sicut in ceteris plerisque quum mensis adsit nota; sed quoniam prima *Choïak* decurrebat cum v. Kal. Decembres, patet Scribam adivisse brevi post Imperatorem, scil. quinque diebus p. m., sicut a nn. CCCLXXI. CCCLXXIV. discimus collatis.

Ediderunt Pocock.[s] Hamilton. Jomard. Jacobs. Postremum Letronn. ex schedis Saltianis. Pauca excerpenda. In vv. 3–4. habent *Poc. Ham. Delille,* **OCIOTATOY**, quod neque rite scribitur neque formulæ usitatæ convenit: sed in lapide contrito lapsus erat facillimus. In 5. intulerunt sordes miro modo *H. P.*, ille, **PIΛΑ ΛΙΑΤΕΟCΕΡΑωΝΟCΙΤΟΥ**, hic, **PIΛΛΛΙΔΤЄ.** *S.* fere ad amussim, **ΑΙΔΟΥΡΙωΝΟC...ΚΟΔΡ**, etc. In ult. *P.* **ΧΟΙΛΚ.**

Præcipue notandum est in vv. 1. s. *Βασιλικὸς Γραμματεύς*, servata ab ævo Lagidarum adpellatione, sicut in tot aliis, quum sub Romanis exspectaveris *Γρ. τοῦ Σεβαστοῦ, τῶν Σεβαστῶν*[t], vel fortassis, *Σεβαστικός.* Munera hujus videntur ex nostr. infr. CCCCXIV. a. 31. (ubi conf. argum. et not.) versata fuisse in rebus ad rationes imperatorias pertinentibus. Deinde habemus simul junctos (scil. in jurisdictione singulari) Nomos Hermonthitam et Latopolitam, sicut supra

[s] Ubi supra, n. 7. Locus Ham. est in Ægyptiac. p. 174. Jomard. in *Descr. de l'Eg.* tab. LV. n. 37. Jacobs. in *Denkschr.* u.a. p. 60. Letronn. in *Act. etc.* n. XXVI. 60.

[t] Prorsus ut *'Επίτροπος Σεβαστοῦ, τῶν Σεβαστῶν*, in nostr. CXII. 2. CCXXXVI. 3. CCCXV. 1. Conf. titulos supra, Aperrhaens. CCLXXIII. 5. s. Xanth. CCCXV. 2.

in n. CCCLXII. a. In v. 5. notatu dignum est nomen ***Ælurio***, a sacra animante, *fele*[u] (αἰλούρῳ), tractum, congruumque in primis regioni Thebaicæ ubi in summo honore habebatur Bubastis (*Pasht*)[v]. Pari religione a diis indita nomina conspicimus, qualia sunt ***Sarapio*** (CCCL. 3.), *Isis* (ibid. 5.) *Apio* (CCCLIX. b. 8.), interque Græcos plurima, ex. c: *Panio* vel *Pano* (infr. CCCLXXXV. 1.), a quibus citra religionem ex animalibus ducta invenimus ***Myonem***, ***Moschum***, ***Moschionem***, etc. Cf. Fasc. II. nn. LX. 2. XCIX. 6.

Solum in hoc titulo nomen Romanum est ***Quadratus*** in 5–6., idque fortasse adoptivum, quum Græci fuerint et Artemidorus uxorque ejus. Consuescebant nimirum Imperatores, sagacitate usi, munera *localia* permittere iis obeunda quorum erant locorum habitantiumque penitior cognitio. Attamen ***strategi nomorum*** erant aliquando et Romani. Conf. supra, CCCLXVII. 2. CCCLXIX. 1.

CCCLXXIX. o.

ΚΟΙΝΤΟϹΑΠΟΛΛΙΑΝΟϹΒΟΗΘΟϹ
ΟΜΟΙѠϹΗΚΟΥϹΑΜЄΤΑΤѠΝΠΡΟΓЄ
ΓΡΑΜΜЄΝѠΝΤѠΑΥΤѠЄΤЄΙΜΗΝΙ
ΤѠΑΥΤѠ

Κοΐντος Ἀπολλωνιανὸς Βόηθος ἤκουσα ὁμοίως μετὰ τῶν προγεγραμμένων, τῷ αὐτῷ ἔτει, μηνὶ τῷ αὐτῷ.

Descripta indidem, prægressis proxime subjacentia. Meminit adventus sui ad Colossum quidam Boëthus cum ante dictis, scil. Artemidoro, etc.

Retulit et hunc titulum Pocock.[w] ex quo Jacobs. deinde accura-

[u] De Fele cultu religioso habita conf. Diodor. I. 83. Polyæni *Strategem.* VII. 9. Cicer. *Nat. deor.* I. 29. p. med.

[v] Conf. Herodot. II. 67. init. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* IV. pp. 95. 161–168.

[w] Ubi supra, n. 8. Jacobs. loc. est in *Denkschr.* etc. u. s. p. 74. a. Letronnii in *Actt. etc.* p. 37. n. XXVII. tab. lithogr. 61.

tius, ex Saltii schedis, Letronnius. Decurrit exemplar Pocockii a v. 2. med. **ΜΕΤΑΤΩΗΠΡΤΗΠΡΑΛΩΕΝΩΝΤΩΑΥΤΟϹΓΩΜΗΝΙ**, quæ quisquiliæ ab erudito Jacobsio (opus modo non desperandum!) ordinantur ad hunc modum, Μετὰ *τὴν πρώτην ὥραν* Μέμνονος, Αὐγούστῳ *μηνί*. In *S.* solus error est **ΠΡΟΤΕ** in fin. v. 2.

Nomen secundum in v. 1. autumo fuisse **ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΝΟϹ**, quod insculpens, fortassis vertigine correptus, concisum liquit. Nempe invicem referunt aliquatenus **ΟΛ** et **ΩΝ**, ut supra in CCCLXXIV. 6. **ΥΤΩ**, **ΦΩΤ**, quorum hæc a titulo exsulant. Neque mirum hoc, inter concursantium turbas, quod ipse grammatichneutes[x], Pocockio concinente, testor.

CCCLXXX. p.

ΧΑΙΡΗΜΩΝΟΚΑΙ
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹ
ΛΑΤΟΠΟΛΕ
ΤΟΥΘΕΙΟΤΑΤΟΥ
ϹΥΝΤΗΑΔΕΛΦΗ
LΙΘΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΜΗΝΟϹΑΔΡΙΑΝ

Χαιρήμων, ὁ καὶ - - - - - - -
Στρατηγὸς Ἑρμωνθίτου *καὶ*
Λατοπολίτου, ἤκουσα Μέμνονος
τοῦ θειοτάτου ὥρας (*τῆς δεῖνος*),
σὺν τῇ ἀδελφῇ (*μου, τῇ δεῖνι*).
Ἔτους, *ιθ'* Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ,
μηνὸς Ἁδριανοῦ (*τῇ δεῖνι*).

[x] Laborem, sicut Pocockius, prosequutus sum circumstante caterva mirantium, quorum hic me abditos in penetralibus colossi thesauros quærere opinatus est, alter vesanum inrisit qui ad spectanda semiruta iter molestissimum feceram. Aderant et Σκηνῖται qui tabernacula circumcirca tetenderant, perfugæ solitudines Libycas petentes, agricolæ cum apparatu bellico latronibus infensi; interque hæc in summo colosso stans qui comes mihi se adjunxerat, præses vicanus, Memnonis τοῦ Θειοτάτου salutationem ex imo pectore effudit, صباح الخير! Adstantes quoque sensit Musa Dominum orbis, Conjugisque venerabilem formam (credite posteri!), atque operi adspirantes Balbilli prolem, φιλομήτορα Trebullam: ceteros taceo, pejoris luti, nec tamen indignos qui ob ingenium vel studia a Phœbi sacerdote memorentur.

Descripta de crure dextro ad partem mediam inferiorem. Chæremo, qui et alterum nomen habuit, Strategus Hermonthitæ et Latopolitæ, memorat se cum sorore ejus Memnonem invisisse, anno XIX. imp. Hadriani et mense Imperatoris cognomine, hoc est, in Calendario Romano, U. C. 887. (P. C. 134.) et IX. Kal. Decembres, posito quod advenerat Chæremo Kalendis mensis.

Editum reperio in libro Hamiltoni[y], abscissis vv. 4–7., a Letronnio quoque ex schedis Saltianis.

Erat fortasse strategus noster ex posteris illius Chæremonis qui cum Gallo, referente Strabone[z], Ægyptum navigaverat. Supplementum Ἑρμωνθίτου in v. 2. certum est: cf. supra CCCLXII. a. De mense eponymo *Hadriano* conf. ad not. *k*. n. CCCLXXIV. Liquet ex hoc titulo et papyris in nota superiore memoratis stetisse diu apud Ægyptios memoriam adventus Hadriani.

CCCLXXXI. q.

ΘΗΚΕϹΕΦѠΝΗΕΝΤΑΘΕΑΡΟΔΟΔΑΚΤΥΛΟϹΗѠϹ
ϹΗΜΗΤΕΙΡΚΛΥΤΕΜΕΜΝΟΝΕΕΛΔΟΜΕΝѠΜΟΙΑΚΟΥϹΑΙ
ϹΗϹΦѠΝΗϹΛΥΚΑΒΑΝΤΙΠΕΡΙΚΛΥΤΟΥΑΝΤѠΝΕΙΝΟΥ
Δ . ΔΕΚΑΤѠΚΑ . ΜΗΝΙΠΑΧѠΝΤΡΙϹΚΑΙΔΕΚΑΕΧΟΝΤΙ
ΑΤΑΔΙϹΔΑΙΜΟΝΤΕΥ_ _ _ ΕΚΛΥΟΝΑΥΔΗϹΑΝΤΟϹ
ΝΗϹΠΕΡΙΚΑΛΛΕΑΡΕΙΘΡΑΛΙΠΟΝΤΟϹ
ΝΑΝΤΟΛΙΗϹΒΑϹΙΛΗΑϹΕΘΗΚΕΚΡΟΝΕΙѠΝ
ΠΕΤΡΟΥΦѠΝΗΝΔΑΠΟΠΕΤΡΟΥΕ _ _ _ Ϲ
ΤΟ _ _ _ _ _ _ _ ΕΜΕΛΛΟϹΑΜΟΙΒΑΔΙϹΕΝΘΑ _ _ _ _ _ ѠΝ
ϹΥ _ _ _ _ ΙΛΗΑΛΟΧѠΡΟΥΦΙΛΛΗΚΑΙΤΕΚΕΕϹϹΙ
ΕΥΤΥΧѠ
ΟΥΦΙΛΛΗ ΙΛΟΝΓΕΙΝΙ

[y] Ægyptiac. p. 173. Obv. Letronn. in *Actt.* etc. p. 41. n. XXXIII. 27.

[z] Libr. XVII. 1. p. 446. T. Παρηκολούθει δέ τις ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι εἰς τὴν Αἴγυπτον Αἰλίῳ Γάλλῳ τῷ Ἡγεμόνι Χαιρήμων τοὔνομα κ. λ.

Θῆκέ σε φωνήεντα θεὰ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
Σὴ μήτηρ, κλυτὲ Μέμνον, ἐελδομένῳ μοι ἀκουσαι
Σῆς φωνῆς, λυκάβαντι περικλυτοῦ Ἀντωνίνου
Δωδεκάτῳ, καὶ μηνὶ Παχὼν τρισκαίδεκ' ἔχοντι
Ἤματα· δὶς, δαῖμον, τεῦ ἐπέκλυον αὐδήσαντος,
Τιτᾶνος λίμνης περικαλλέα ῥεῖθρα λιπόντος.
Δηθὰ μὲν ἀντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονίων,
Νῦν δὲ τύχες πέτρου· φωνὴν δ' ἀπὸ πέτρου ἐφίης.
Θῆκε τὸ γράμμα Γέμελλος ἀμοιβαδὶς ἔνθα πορεύων
Σύν τε φίλῃ ἀλόχῳ Ῥουφίλλῃ καὶ τεκέεσσι·
Εὐτύχῳ
Ῥουφίλλῃ ------------ Λογγίνῃ.

Inscriptio est communiter dicta Gemelliana, in latere australi basis colossi insculpta. Gemellus quidam, adventu huc facto cum conjuge ejus Rufilla et liberis (quorum nomina videntur referre vestigia lectionum in ima parte), ornatu poetico narrat se bis audivisse Memnonem ortu solis in an. XII. imp. Antonini, et die XIII. *Pachon*, h. e. U. C. 902. (P. C. 149.) et VIII. Id. Maias. Edidit ex sched. Salt. Letronnius[a], qui et apographi Girardi meminit expressitque ad comparationem Saltiani.

In v. 1. fin. *S.* **ЄѠC**. In 2. init. **MHTЄIP**, recte: iotacismum cernimus. Sub fin. **ЄЄΛΔ** etc. In 4. init. **ΔЄKATѠP A·** etc. In 5. init. **TAΔ K**, dein **TЄTЄC** etc. In 6. p. init. **IIKAΛMЄAPЄIOPA**, in fin. **ΛIΠѠ** etc. In 7. **ANTOΛHCBACIΛHΛCЄO** etc. In 8. **NΠЄTPOY**, dein **ΛΠO**, in fin. **ЄIH**. In 9. init. **ЄTO**, dein **ЄMЄΛΔOC**, in fin. **ЄNΘ/**. In 10. init. **HΛΛOXѠPOYΦIΛAH**. In 12. **ΦIΛA H- - - - - - - IIΔONΓЄINIA**. Graves injurias quas a cœno fluviatili

[a] Vide *Act. R. S. L.* ubi supra, p. 44. n. XXXVI. tab. lithogr. 63.

adgesto passa fuerat inscriptio cernere licet maxime in vv. 6–9. et 11. 12.

Homeri studiosissimum se prodit Gemellus. In v. 1. exemplaris meminimus, *Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος* Ἥρη[b], et in v. 2. fin. *ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθον* Ὄψ', etc.[c] In 5. med. intuli *ἐπέκλυον* ex eodem fonte[d]: poteram et *ἐσέκλυον* ex *S.* In 6. init. dedit Letronn. Ἡελίου *λίμνης*, cui non obnitor: sed conf. CCCLXXI. 5. metr. supr. *Λίμνη* est *Oceanus*, ut in Hom. Ἠέλιος *δ' ἀνόρουσε, λιπὼν περικαλλέα λίμνην*[e], apud quem et obv. Ἔνθορε *μείλανι πόντῳ, ἐπεστονάχησε δὲ λίμνη*[f]. Pariter Euripid. Ἀνύσαιμι *τὰν ἀοιδῶν,* Ἵν' *ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνας* Ναύταις *οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει*[g]. Sic Latini *stagna* passim[h]. Dein in *περικ. ῥεῖθρα* conspicimus Homeri *καλὰ ῥέεθρα*[i]. In 7. init. conf. *ἀντολίης βασιλῆα* cum *βασιλέως ἑῴου* in CCCLXXXIV. 3. metr. Justa forma erat *ἀνατολή*, unde metricis rationibus *ἀντολή, ἀντολία, ἀντολίηθεν, ἀντολίηνδε*[k]. In v. 8. hæreo etiam nunc. Saltianum *πέτρου* est procul dubio sanum; sed non retuli illius N, quo recepto, instaurare possis, Αὐτὰρ *νῦν πέτρου*, etc. h. e. *Jamdiu te regem orientis fecit J., at nunc saxi.* Eodem ferme recidit quod prætulerim, *νῦν δ' ἔτυχες π., nunc vero saxum adsequutus es*, sc. *intra limites ejus contineris.* Ni falsus sim, indicant verba *deminutum decus, res adversas*, quo sensu *τυγχάνω* a Xenophonte usurpatum cernimus: *ἔνθα δὴ μαλακισάμενοι μὲν πάντων ἂν τῶν χαλεπωτάτων τύχοιμεν*[l]. In fin. v. adscisco

[b] Iliad. τ'. 407.
[c] Odyss. μ'. 438.
[d] Iliad. ψ'. 652.
[e] Odyss. γ'. 1.
[f] Iliad. ω'. 79.
[g] Hippolyt. 740. ss.
[h] Cf. Silium, VII. 282. s. *Cuncta per et terras et lati stagna profundi Condiderat somnus.* Sic in v. 500. ibid. et Lucan. VIII. 853. etc.
[i] Iliad. φ'. 238. 244.
[k] Conf. *Odyss.* μ'. 4. Dionys. Perieget 260. *Analect.* (Br.) III. 134.
[l] Inst. Cyr. IV. 2. 21.

supplem. ἐφίης. Possis ex Saltianis eruere et ἧκας vel ἐφῆκας. De loquut. ἱέναι ὄπα, φωνήν, etc. conf. supr. CCCLXXV. not. *f. g.* In v. 9. init. supplevit Letronn. τοῦτο δ' ἔγραψε Γ. Possis et (ut supra, CCCLXVIII. 12.) ταῦτ' ἐχάραξε, sed prælata habui secundum Saltiana quæ in minusc. dedi ex CCCLIX. c. 5. s. Τὸ est *demonstrativum*, sicut in plerisque Homericis. Scripsi in primis γράμμα τόδ' εἷσε Γ. sc. *posuit*, ut ἔθηκε. Quod dicit, ἀμοιβαδίς, plane ad conlaborantium tentamina spectat, *mea vice usus*, *pro parte mea;* opinatus sine dubio quod *Stulta est clementia, quum tot ubique Vatibus occurras, perituro parcere saxo.* Sensus quoque, *vicissim*, *alternatim*, innuit alios subituros, instar amœbæorum, ut in Theocr. ἄνδρες Καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος Νεικείουσ' ἐπέεσσιν[m]. Ceterum ex fonte Homerico et hoc hausit vir optimus. In fine supplere queas et ἐνθάδ' ἐσελθών, ἐπελθών, ἀνελθών, vel et ὁδεύων, quod Homericum sapit[n].

Quæ restant videntur fuisse nomina τεκέων, quorum tres dumtaxat possumus exarare, scil. *Eutychum* vel *Eutychium*, *Rufillam*, *Longinam* vel *Longiniam*. In hac parte litteræ propemodum evanidæ factæ sunt. **ΕΥΤΥΧΩ** erat fortasse εὐτυχῶς.

CCCLXXXII. r.

ΤΡΕΒΟΥΛΛΗϹ
ΤΗϹΙΕΡΑϹΑΚΟΥΟΥϹΑΦΩΝΗϹΜΕΜΝΟΝΟϹ
ΕΠΟΘΟΥΝϹΕΜΗΤΕΡΚΑΙΕΞΑΚΟΥΕΙΝΕΥΧΟΜΗΝ

Τρεβούλλης (τὸ γράμμα).
Τῆς ἱερᾶς ἀκούουσα φωνῆς Μέμνονος
Ἐπόθουν σε, μῆτερ, κἀξακούειν ηὐχόμην.

[m] Idyll. I. 33. s. Cf. *Iliad.* σ'. 506. Apollon. B'. 1226.

[n] Iliad. λ'. 569. Sed ad πορεύων, quod in minusc. posui, propendeo, versiculi memor, Νείλου περάσας καρποφόρου μέγαν πόρον, n. CCCLV. a. 1. supr.

Descripta de colossi crure lævo, supraque titulum Balbillæ (n. CCCLXXI.) insculpta: commemorant Trebullam adeuntem, maternamque vocem, Memnonia exaudita, desiderantem. Prima videtur fuisse ex tribus inscriptionibus, quæ in ordine sequuntur, ab ingenio Trebullæ profectis, meaque sententia unius et ejusdem. In hoc vocatur simpliciter *Trebulla;* in proximis *Cæcilia Tr.*

Exstare hanc cerno in libr. Pocock.°, deinde inter Saltianas a Letronnio instauratas, cum mendo levissimo in v. 1. metr. init. **ΙΕΡΑC**. Auctori infeliciter cessit in secunda sede v. 1. et in 2. scripsit *καὶ ἐξακούειν*, crasi non depicta, ut in CCCLXXXIV. 6. metr. *καὶ ἀσαφῆ*. Hoc vero usitatum.

CCCLXXXIII. s.

ΚΑΙΚΙΛΙΑΤΡΕΒΟΥΛΛΑ
ΔΕΥΤΕΡΟΝΑΚΟΥCΑCΑ
ΜΕΜΝΟΝΟC
ΑΥΔΗCΤΟΠΡΟCΘΕΝΜΟΥΝΟΝΕΞΑΚΟΥCΑΝΤΑC
ΝΥΝΩCCΥΝΗΘΕΙCΚΑΙΦΙΛΟΥCΗCΠΑΖΕΤΟ
ΜΕΜΝΩΝΟΠΑΙCΗΟΥCΤΕΚΑΙΤΕΙΘΩΝΟΙΟ
ΑΙCΘΗCΙΝΑΡΑΤΩΛΙΘΩΚΑΙΦΘΕΓΓΜΑΤΑ
ΗΦΥCΙCΕΔΩΚΕΔΗΜΙΟΥΡΓΟCΤΩΝΟΛΩΝ

Καικιλία Τρεβοῦλλα, Δεύτερον ἀκούσασα Μέμνονος, ἔγραψα·
Αὐδῆς τὸ πρόσθεν μοῦνον ἐξακούσαντας,
Νῦν ὡς συνήθεις καὶ φίλους ἠσπάζετο
Μέμνων, ὁ παῖς Ἠοῦς τε καὶ Τιθωνοῖο.
Αἴσθησιν ἆρα τῷ λίθῳ καὶ φθέγματα
Ἡ Φύσις ἔδωκε, δημιουργὸς τῶν ὅλων;

° Ubi supra, tab. XXXIX. n. 1. Loc. Letronn. est in *Act.* etc. n. XL. 22.

Descripta de crure lævo, deorsum, post mediam partem. Redit iterum ad certamen Trebulla ob Memnonem eam comitesque instar familiarium excipientem. Exinde sciscitandum venit, an perceptionem vocemque tribuerit Natura, opifex mundi.

Ediderunt Pocock.[p] Jacobs. Welcker. Letronn. ex Saltianis. Hic ad amussim.

In v. 2. metr. conf. *ἠσπάζετο* cum CCCLXXI. 9. metr. supr. et Dionys. Perieg. 251. *Μέμνων ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται* 'Ηῶ. Conspicitur vox apud Tragicos sæpissime; ex. c. *Med.* 891. *Hippolyt.* 101. In 4. metr. fin. notandum est **ΦΘΕΓΓΜΑΤΑ**, quod solemne est auctori: vide prox. 5. metr. Non est error describentium, testante lapide. Conferas ad vv. 4. s. *Αἴσθησιν ἆρα κ. λ.* Callistrat. *Εἰκὼν ἐκ λίθου πεποιημένη, οὐ μὴν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις ἔμενε λίθος ὤν, οὐδὲ τὸ τῆς φύσεως σιγηλὸν ἠνείχετο, ἀλλὰ καὶ λίθος ὢν εἶχεν ἐξουσίαν φωνῆς*[q]. Deinde docte adumbrata a Trebulla, *Δημιουργὸς* etc. expresserit Cicero, *Opifex Ædificatorque mundi*[r], scil. *Δαμιουργὸς τῶ κόσμω καὶ τεκταινομένα αὐτόν*[s].

Solertia metrica non pariter laudanda est, intrusis choliambicis in vv. 1. 3. metr. et pede *ἀῤῥύθμῳ* in sede secunda v. 5.

[p] Ubi supra, nn. 17. 18. nempe, duobus ex singulari factis, quod plus semel festinanti accidit. Loc. Jacobs. est in *Denkschrift.* ubi supra, p. 43., Letronnii in *Actt.* etc. p. 51. n. XLI. tab. n. 58.

[q] Exposit. Statuar. IX. p. 900.

[r] Conf. libr. *De Nat. deor.* I. 8. init.

[s] Cf. *Tim. Locr. de Mundo*, p. 526. Ed. Lugdun. et p. 94. b. *Πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα καὶ ὕλα, καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος*, quem alibi (p. 96. c.) nuncupat *τῶν ἁπάντων ἀρχαγὸν καὶ γενέτορα τουτέων.* Pariter in *Memorabil.* I. 4. 7. *Πάνυ ἔοικε ταῦτα σοφοῦ τινὸς δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τεχνήματι κ. λ.*

CCCLXXXIV. t.

ΚΑΙΚΙΛΙΑΤΡЄΒΟΥΛΛΑ
ЄΓΡΑΨΑΑΚΟΥCΑCΑΤΟΥΔЄΜЄΜΝΟΝΟC
ЄΘΡΑΥCЄΚΑΜΒΥCΗCΜЄΤΟΝΔЄΤΟΝΛΙΘΟΝ
ΒΑCΙΛЄωCЄωΟΥЄΙΚΟΝΑЄΚΜЄΜΑΓΜЄΝΟΝ
ΦωΝΗΔΟΔΥΡΜΟCΗΝΠΑΛΑΙΜΟΙΜЄΜΝΟΝΟC
ΤΑΠΑΘΗΓΟωCΑ'ΗΝΑΦЄΙΛЄΚΑΜΒΥCΗC
ΑΝΑΡΘΡΑΔΗΝΥΝΚΑΙΑCΑΦΗΤΑΦΘЄΓΓΜΑΤΑ
ΟΛΟΦΥΡΟΜ'ΠΤΗCΠΡΟCΘЄΛЄΙΨΑΝΟΝΤΥΧΗC

Καικιλία Τρεβοῦλλα
Ἔγραψα μὲν ἀκούσασα τοῦδε Μέμνονος·
Ἔθραυσε Καμβύσης με τόνδε τὸν λίθον
Βασιλέως ἑῴου εἰκόν' ἐκμεμαγμένον.
Φωνὴ δ' ὀδυρμὸς ἦν πάλαι μοι Μέμνονος
Τὰ πάθη γοῶσα· δὴν δ' ἀφεῖλε Καμβύσης.
Ἄναρθρα δὴ νῦν κἀσαφῆ τὰ φθέγματα
Ὀλοφύρομαι, τῆς πρόσθε λείψανον τύχης.

Descripta indidem, brevi intervallo subjecta, quibusdam a manu aliena postmodum interpositis quæ lectionem in v. 1. conturbant, ut dicetur infra. Tertia vice accedit Trebulla, signo ipso Memnonis persona facto, sonosque edente, non equidem confusos et titubantes, sed optime articulatos, Musamque præceptricem referentes. Plorat tamen injurias quas a Cambyse fuerat perpessum, qui vocem ademit, relicta tantum modulatione quadam confusa et indistincta[1]:

[1] Prolusiones sequentes condonent oro studiosos, in primis quam paginas Letronnianas pervolvens, dulcedine captus stili et sermonis venustissimi amore contexui, memores tædium arcentis Musæ, somnosque in opere longo obrepentes.

Me Persicus violavit hoc saxum furens,
Effictum Eoi ad Principis imaginem.
Sortem querenti Memnonis fuerat diu
Vox luctuosa; Cambyses dudum abstulit.
Mihi surda flere eloquia, labefactos sonos,
Nunc solum adest, simulacra honoris pristini.

Cette pierre-ci que tu vois Cambyse m'avait tronquée,
Jadis à la semblance du Roi d'Orient sculptée.
La mienne était long temps la voix qui se plaignait
Des malheurs de Memnon: Cambyse l'a tout abstrait.
Ces accens maintenant, brouillés, pleins de douleur,
De mon sort primordial triste relique, je pleur.

Me Cambyses defac'd—this stone-work you behold,
Sculptur'd to semblance of the Eastern King of old.
Mine had the plaint of anguish been of ancient days
For Memnon's woes: but still'd that voice hath Cambyses.
It now dismember'd, faint, of all its music shorn,
Sad relic of my earlier destiny, I mourn!

Ediderunt hunc titulum Pocockius[u], Hamiltonus, Walpolius, Welckerus, Jacobsius: denuo ex schedis Saltii Letronnius. Præcipue notanda veniunt seqq. In v. 1. *P. H. S.* **ΤΡЄΒΟΥΛΛΑC**, quod nequit esse casus secundus ex recto **ΤΡЄΒΟΥΛΛΑ** nisi Dorismum agnoveris ab hoc loco alienum. Sic in CCCLXXXII. 1. recte **ΤΡΕΒΟΥΛ ΛΗC**. Error ortus est a titulo recentiore dextrorsum sculpto cujus versus 2dus in eodem ordine stat cum 1mo nostri, decurritque ad hunc modum, **ЄΜΗCΔΑΜΑΡΤΟCΗΝЄΧΟΙΜΟCΟΝΦЄΓΓΜΑ** *κ. λ.* Hic prima est **Є** quam sumpsere viri docti pro **C**, dein, geminato lapsu, ad **ΤΡЄΒΟΥΛΛΑ** adnexuere. Re ipsa, eadem est Trebulla quæ tres inscriptiones cum nomine adposito contexuit, et primis (nil mirum!)

[u] Ubi supra, nn. 20. 21., titulo bifariam secto, ut alibi. Loc. Walpol. est in libr. *Travels in the East*, p. 595., Hamilt. in *Ægyptiac.* p. 173., Welckeri, in *Syllog. Epigr.* p. 292., Jacobsii, in *Denkschr.* etc. pp. 39–42., Letronn. in *Act.* etc. p. 55. n. XLII. tab. I. 55.

minime contenta musam magis exorabilem in tertia fuerat experta. In v. 2. init. *S.* **ЄΓΡΑΨΑΑΚΟΥC**, etc.; recte: sed in versu, quem sine dubio, volebat Iambicum esse scriptor, metrum titubat in secunda sede, cujus fulciendi gratia interposui in minusc. *μέν*. Fortassis hic cernimus incuriam lapicidæ, cujus exempla non desunt in reliquis. In v. 3. (2. metr.) *P.* **ЄѠΡΑCЄ**, quod in Anthologia Palat. emendavit Jacobs. In fin. v. *S.* **ΜΘΟΝ**. In 4. (3. metr.) *S.* **ΒΑCΙΛЄΟC**. In 5. (4. metr.) consentiunt omnes in lect. **ΟΔΥΡΜΟC**, idcirco, oculis meis nimium fidere invitus, mutavi quod descripseram ipse, **ΟΔΥΡΜΟΥ**, et contuleram Hebræo[v], וְלֹא----קוֹל בְּכִי וְקוֹל זְעָקָה, in Arab. ولا .... صوت بكا اصلا ولا صوت صراخ, et in LXX. ad litt. *Καὶ οὐκέτι----------φωνὴ κλαυθμοῦ καὶ φωνὴ κραυγῆς*. Deinde *P.* **ΗΛΙΠΑΛΑΙ** et **ΜЄΜΝΟΝѠ**. In v. 6. (5. metr.) *P.* **ΓΟΟCΑΗΝ**, quod restituit Jacobs, relicto hiatu, *γοῶσα ἦν*: sed in talibus gravius peccatum est monimento adversari. Rectius *S.* **ΔΗΝ**, post quod exspectaveris **Δ**, h. e. **ΔЄ**, sed vestigia nullatenus adparent, fortassis per negligentiam omissa. Dein *P.* **ΝΑΜΒΥCΗC**. In 7. (6. metr.) *P.* **ΑΝΑΡΟΡΑ**, *S.* **ΑΝΛΡΟΡΑΔ . ΝΥΝ**, recte, spatio interposito. Certissimum opinor, tractato lapide, quod colligatio litt. qualem expressi admissa fuerat a quadratario, **Η** et **Ν**. Uterque in fin. v. **ΦΘЄΓΓΜΑΤΑ**. Recte. Cf. prægress. v. 7. In ult. ad fin. *P.* **ΛЄΙΥΑΝΟΙΙ**, *S.* **ΛЄΙΥΑΝΟΝ**.

Notes *ἐκμεμαγμένον* in 4. (3. metr.), vocem bonæ notæ, *expressum, effictum*[w]. Εἰκόνα est *εἰς* vel *κατ᾽ εἰκόνα*, ut in not. infr. *εἰς τὸν τύπον*. Sic habet Plato, *δεσμωτηρίου εἰκόνα*, ut *δίκην*, *instar*, *ad exemplar*, adverbii loco usurpatum. In hoc v. concursum cernimus quem rei mericæ

[v] Proph. Isai. LXV. 19.

[w] Conf. Theocr. *Idyll.* XVII. 121. s. Μοῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ Στειβόμενος καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη, sicut Latini (ex. c. Nemesian. in *Cyneget.* 11.) *premit vestigia.* Reconditius, suo more, Lycophr. in *Casandr.* 713. Οἴμας μελῳδοὺς μητρὸς ἐκμεμαγμένας, scil. Sirenum cantus quos dederat Terpsichore. Tralaticie quoque Plato, citat. a Passov. in I. p. 668. b. Αὐτὸν ἐκμάττειν τε καὶ ἐνιστάναι εἰς τοὺς τύπους, *to model himself*, etc., metaphora

periti in trimetro improbant, sc. ἑῴου εἰκόνα: Conf. *Misc. Crit.* pp. 215. 273. Lips. 1800: sed in hujusmodi schediasmis hoc nihili est. Ἑῷος est ἀντολίης in CCCLXXXI. 7. supr. In 5. (4. metr.) s. spectant verba Μέμνονος τὰ πάθη ad fabulam Græcorum de ductore Æthiopum a Pelida exstincto[x]. In 7. (6. metr.) possis reddere ἄναρθρα, *infirma*, qualia sunt corpora membris tactis[y]: melius vero, *articulatim haud expressa, inarticulata;* hinc ἀσαφῆ, *confusa, incerta*, sicut oracula fatidici in Sophocl.[z] Ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις. Poeticum insuper agnoveris λείψανον, ut in Euripid.[a] Ἀλλ' ἐνθάδ' αὐτὸν λείψανον Φρυγῶν λιπεῖν; Apud Sophocl. λείψανα sunt cineres: Φέροντες αὐτοῦ μικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ Τεύχει θανόντος, ὡς ὁρᾷς, κομίζομεν[b].

De vesania Cambysis inter monimenta Ægypti versantis cf. supr. CCCLXXXVI. 4. et scriptt.[c] Strabon. Pausan. Etiam nunc indicia in pluribus locis videre est, quod testor ipse, ex. gr. in situ Memphitico; potissimum vero Thebaico: atqui non omnia hæc profecta a rabie Persarum, si credere liceat quod in loco supra dicto tradit Strabo, scil. quorumdam fuisse sententiam causam magna ex parte quærendam esse in quassationibus terræ. Nolim vero dictum quod perhibent quidam recentiores[d], Francogallorum cohortes hunc tractum in

ducta a fingenda cerea imagine vel gypsea. In sensu magis litterali adque nostrum accedente id. in *Tim. Locr. de Mundo*, p. 94. a., τὰν δ' ὕλαν ἐκμαγεῖον (*expressum rerum simulacrum*) δεξαμέναν τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν κ. λ. Attingit Lucian. in verbis a Stephano citatis, ἐκμεμάχθαι εἰκόνα.

Parili sensu Latini admittunt *exprimo;* ex. c. Horat. in *Epist. ad Pison.* 32. et de fictili arte Plinius in XXXV. 44. 1.

[x] Conf. Quint. Smyrn. *Posthomeric.* B'. 395. 542. ss.

[y] Ex. c. *Orest.* 228. s. ὅταν μ' ἀνῇ νόσος Μανιὰς, ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη.

[z] Œdip. R. (Br.) 439.

[a] Troad. 718.

[b] Electr. (Br.) 1113. s.

[c] Loc. Strabon. est in XVII. 1. pp. 445. 462. T., Pausan. in I. 42. 2.

[d] Conf. Russelli *Conspect. Ægypt.* etc., in quo citatur testis oculatus Belzonius, et tractat. Nöhdeni, *Über das sogenannte Memnonsbild*, etc. in pp. 215. s.

quo versamur visentes manus injuriosas haud abstinuisse, qua de causa difficile fuerit expedire, nisi ut minueretur transvehendi molestia.

CCCLXXXV. u.

ΑΥΔΗΕΝΤΑCΕΜΕΜΝΟΝΕΓѠΠΑΝΔ
ΝΟCΙΔΗΤΗCΤΟΠΡΙΝΕΠΥΝΘΑ
ΝΟΜΗΝΝΥΝΔΕΠΑΡѠΝΕΜΑΘΟΝ

Αὐδήεντά σε, Μέμνον, ἐγὼ Πανδίων ὁ Σιδήτης
Τὸ πρὶν ἐπυνθανόμην, νῦν δὲ παρὼν ἔμαθον.

Descripta de sinistro crure, prope verticem prægressi, n. CCCLXXXIII. Prædicat quidam (Panon? Panion? vel, quod prætulerim, Pandion?) civis Sidensis, se advenientem et auscultantem didicisse quod fama toties audiverat, Memnonem esse re vera vocalem. Pressa sane hæc et dilucida, viroque haud ultra quam par fuit credulo digna!

Reperio inter Pocockiana[a], atque edita a Letronn. ex Saltianis. Habet *S.* in 1. init. **ΕΝΤΑ**, dein in 1–2. **ΠΑΝ---Ν**, quod reficit *L.* *Πανίων*, a *Pane* formatum sicut *Σαραπίων*, etc. a diis. Intuli ipse *Πανδίων* ex vestigiis quæ obvia credebam litteræ **Δ** in fine. Synizesis est vocalium *ι* et *ω*, quam in schediasmis hujusmodi ne mireris. Sic coalescunt *ι* et *α* in CCCLXXIV. 5. CCCXC. 1. In 2. *P.* **ΠΡΙΜΕΠΡΝC**, stilo nimis festino, et in 3. **ΛΙΙΤΝ - ΠΑΡΑѠΝΕΝΑΘΟΝ**, Œdipo digna! De Side conf. Fasc. II. n. CCXXXIII.

CCCLXXXVI. v.

ΟCΑΡΔΙΗΝΟCΠΑΡΔΑΛΛΕΔΙCΗΚΟΥCΑ
ΜΕΜΝΗCΟΜΑΙCΕΥΚΑΝΕΜΗCΙΒΥΒΛΟΙC

[a] Ubi supra, n. 15. Loc. Letronnian. est in *Actt. etc.* n. XLIII. 40.

Ὁ Σαρδιηνὸς Παρδάλας δὶς ἤκουσα·
Μεμνήσομαι σεῦ κὰν ἐμῇσι βύβλοισι.

De crure lævo supra prægress. CCCLXXI. modico intervallo. Pardalas, civis Sardianus, bis audivit Memnonem, polliceturque officii memor se papyris suis hospitis nomen commendaturum.

Edidere Pocock.[f] Jacobs. Letronn. ex schedis supra dictis. Primus horum (quem sequutus est Jacobs.) junxit titulum sequenti adusque v. 4. **ΗΛΘΟΝ**, seorsum deinde traditis 5. 6., sensuque et ordine sic penitus conturbatis. Absona porro sunt quæ dedit *J.* in v. 2. pro *μεμνήσομαι*, etc. scil. *Μέμνονος ὁμοῦ σὺν τῇ ἐμῇ συμβίῳ*, quæ vel ex Pocockii exemplari instaurationem capere possint. Menda Saltii sunt, in v. 1. med. **ΠΛΡΔΛΛΛC**, in 2. **ΜΕΜΝΗCΟΛΛΛ**, deinde ad fin. **ΘΙΗCΙ**. Versus sunt Hipponactei qualis supra CCCLXXXIII. 1. metr.

Notetur in ult. scribendi modus *βύβλοισι*, quod et *βίβλοισι*, minus accurate, quum thema sit Βύβλος, oppidum Ægypti, unde habebatur *papyrus cyperus*. De hoc adeas Sprengel.[g], atque inter veteres, Dioscorid. Theophrast. Plin.[h] Pariter in Æschylo[i] obvia sunt Βύβλινος et Βύβλος. Præsens sensus occurrit in Herodot.[k] *Μετὰ δὲ τοῦτον κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βύβλου ἄλλων βασιλήων τριηκοσίων τε καὶ τριήκοντα οὐνόματα.*

CCCLXXXVII. w.

Descripta indidem, præeunti proxime supposita. Titulus est metricus, referente Catulo, Epistratego Thebaidis, se Memnonem

[f] Ubi supra, n. 10. Loc. Jacobs. est in *Denkschrift.* etc. p. 65. Letronnii, in p. 54, supr. XLIV. 49.

[g] Tom. I. pp. 7. 20. Conf. et Schweighäuser. *Lexic. Herodot.* I. p. 127.

[h] Loci sunt, Dioscor. I. 116. Theophr. *Hist. Plant.* IV. 9. Plin. XIII. 22. 1.

[i] Conf. *Prom. V.* 817. *Supplic.* 774. Ed. Blomf.

[k] Libr. II. 100. init.

ΕΙΚΑΙΛΩΒΗΤΗΡΕϹΕΛΥΜΗΝΑΝΤΟΚ . . . ϹϹΟΝ
ΘΕΙΟΤΑΤΟΥΝΥΚΤΩΡ
ΟΜΦΗΝΕΠΙΜΕΜΝΟΝΟϹ
ΗΛΘΟΝ
ΕΚΛΥΟΝΗϹΚΑΤΟΥΛΟϹΤΑΓΟϹ
ΟΘΗΒΑΙΔΟϹ

Εἰ καὶ λωβητῆρες ἐλυμήναντο κολοσσόν,
Θειοτάτου νύκτωρ ὀμφὴν ἐπὶ Μέμνονος ἦλθον,
Ἔκλυον ἧς Κάτουλος, Ταγὸς ὁ Θηβαΐδος.

noctu adiisse etsi eum adeo mutilaverint injuriosi, atque vocem exaudivisse.

Ediderunt Pocock.[1] Jacobs. Letronn. ex Salt., illi dispertitum, sicut in argumento prægresso explicui. In v. 1. sub fin. *S.* ΕΛΥΜΗΝΑΜΓ- - - -ϹΕΟΝ. Respicitur hic ad Persarum sævitiam memoratam supra in CCCLXXVI. CCCLXXXIV. Adpellantur *λωβητῆρες* *qui vim inferunt, violantes*, recentiorum sensu, ut in versu, *Βοτρυΐνων ἀκάμαντα φυτῶν λωβήτορα κάπρον*[m], cui propius accedit Comicus vocans quosdam tragœdiographos verbosos *Χελιδόνων μουσεῖα, λωβητὰς τέχνης*[n], h. e. *poeticæ artis corruptores.* In v. 3. *ὀμφή* est *ἐξόχως vox divina*, ut *βάξις* supr. CCCLXXV. 2. metr. Hinc Apollonii *Ὀμφὴν οἰωνοῖο θεήλατον*, et sæpius Homer.[o] In 5. init. *S.* ΕΚΛΥ ΟΝ|ΗϹ. Ceterum talis est ordo in lapide, quum exspectaveris *ἧς ἔκλυον*, scil. *ὀμφῆς* præced. Dein corripitur *ου* in *Κάτουλος*, quum sit *Catŭlus*. Sic foret *Proculus* *Πρόκŏυλος*, quod efferre sole-

[1] Ubi supra, nn. 10. 11. Jacobs. pp. 65. 74. Letronn. n. XLV. tab. lithogr. 49.

[m] Vide Paul. Sil. in *Analect.* (Br.) III. 85.

[n] Ran. 93. Edit. Dindorf.

[o] Conf. *Iliad.* β'. 41. ν'. 129. *Odyss.* γ'. 215. π'. 96.

bant Græci Πρόκλος. Vide Fasc. II. tit. CXXXIII. 5. Ταγός[p] est ἐπιστράτηγος. Conf. infr. CCCXCII. 2. et de munere supr. CCCLXV. not. *k*.

CCCLXXXVIII. x.

ΑϹΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ
ΖѠΕΙΝΕΙΝΑΛΙΗΘΕΤΙΜΕΜΝΟΝΑΚΑΙΜΕΓΑΦѠΝΕΙΝ
ΜΑΝΘΑΝΕΜΗΤΡѠΗΙΛΑΜΠΑΔΙΘΑΛΠΟΜΕΝΟΝ
ΑΙΓΥΠΤΟΥΛΙΒΥΚΗΙϹΙΝΥΠΟΦΡΥϹΙΝѠΝΑΠΟΤΑΜΝΕΙ
ΚΑΛΛΙΠΥΛΟΝΘΗΒΗΝΝΕΙΛΟϹΕΛΑΥΝΟΜΕΝΟϹ
ΤΟΝΔΕΜΑΧΗϹΑΚΟΡΗΤΟΝΑΧΙΛΛΕΑΜΗΤΕΝΙΤΡѠѠΝ
ΦΘΕΓΓΕϹΘΑΙΠΕΔΙѠΙΜΗΤΕΝΙΘΕϹϹΑΛΙΗΙ
ΠΟΙΗΤΟΥ. . . ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ

'Ασκληπιοδότου (τὸ γράμμα,)
Ζώειν, εἰναλίη Θέτι, Μέμνονα καὶ μέγα φωνεῖν
Μάνθανε μητρῴῃ λαμπάδι θαλπόμενον,
Αἰγύπτου Λιβυκῇσιν ὑπ' ὀφρύσι, ὧν ἀποτάμνει
Καλλίπυλον Θήβην Νεῖλος ἐλαυνόμενος,
Τὸν δὲ μάχης ἀκόρητον 'Αχιλλέα μήτ' ἐνὶ Τρώων
Φθέγγεσθαι πεδίῳ, μήτ' ἐνὶ Θεσσαλίῃ.
Ποιητοῦ, τοῦ 'Επιτρόπου.

Descripta de facie orientali basis colossi. Perelegantes sunt versus Asclepiodoti, poetæ et procuratoris, in quibus adloquitur Thetidem: Memnonem superstitem adhuc esse et voce præditum, contra, Pelidem suum nec in planitie Trojana sonos edere, nec in Thessalia.

[p] Conf. Blomf. *Glossar. Prom. V.* 96.

Vivere adhuc, Nereo sata, Memnona disce, sonosque
  Reddere, quem Genetrix alma fovet jubare:
Hic ubi præcipites Libycorum inter juga Nilus
  Pulcra et Thebaidum limina volvit aquas:
Ast in Trojugenum campis neque vocis Achillem
  Martis inexpletum, Thessalicisve potem.

Learn, sea-born Thetis, that Memnon liveth and hails the appearing
  Dawn with responsive acclaim, warm'd with a mother's first light,
Here, beneath Libyan hill-crests, whence Nilus, in swift course careering,
  Severs primeval Thebes, city of vestibules bright:
Whilst nor on Ilium's plain, nor Thessalia's, to your fond hearing
  Doth your Achilles respond, hero insatiate of fight.

Ediderunt plurimi: Pocock.[q] in primis: dein D'Orvill. Toup. Wakefield. Hamilton. Jacobs. Denuo Letronn. ex schedis Saltii. Solus error quem admisit *S.* est in v. 4. (3. metr.) sub fin. **ωΝΘ**, quasi fuerit *ἔνθα*.

Epith. *εἰναλίῃ* in v. 2. (1. metr.) illustres ex Euripid.[r] *Ἔλεξας, ὦ παῖ Πηλέως, σοῦ τ' ἄξια, Καὶ τῆς ἐναλίας δαίμονος, σεμνῆς θεοῦ,* et alibi, *Λείψεις τόδ' ἁγνὸν τέμενος ἐναλίας θεοῦ*; Sic ap. Homer.[s] *ἅλιαι* Nereides, Genitor ipse *ἅλιος*, Thetis porro cognato epith. *ἁλοσύδνη*. In 3. (2. metr.) ad verba *λαμπάδι*, etc. cf. supra *ἁλίῳ αὐγᾷ αἰθόμενον* in CCCLXXI. 4. (1. metr.) s. Frustra hic quidam intulerant *βαλλόμενον*, contra quos scite et auspice monimento disputavit dudum Wakefield.[t] Excitant Callistratum illustrantem Toup. et Jacobs. *νῦν μὲν γὰρ ἀνίσχουσαν τὴν ἡμέραν προσεφθέγγετο, ἐπισημαίνων*

[q] Descript. Orient. vol. I. p. 149. tab. LV. Loc. D'Orvill. est in *Animadv. ad Chariton.* p. 530. Toupii, in *Emendatt. ad Suid.* tom. II. P. 3. p. 183. Wakefield. in *Silv. Crit.* p. 133. Hamilton. in *Ægyptiac.* p. 172. Jacobs. in *edit. Analect.* (*Br.*) vol. II. p. 490. Letronnii in *Actt.* ubi supra, p. 58. n. XLVII. tab. 67.

[r] Vid. *Iphig. Aul.* 975. s. *Androm.* 253.

[s] Iliad. σ'. 432. et al. ἁλοσύδνη in υ'. 207.

[t] Nimirum, citatis Pind. *Olymp.* I. 7. ss. Nem. IV. 23. Antip. Sidon. in Analect. *Epigr.* 63. et in sacr. *Epist. ad Thessal.* I. 2. 7.

τῇ φωνῇ τὴν χαρὰν, καὶ ἐπὶ ταῖς τῆς μητρὸς παρουσίαις φαιδρυνόμενος[u]. Illustres v. 4. (3. metr.) *Λιβυκῇσιν ὑπ' ὀφρύσιν* ex Homer. *Οἱ δ' ἑτέρωσε κάθιζον ἐπ' ὀφρύσι* Καλλικολώνης[v], et Euripid. *λεπαίαν δ' ὀφρύην καθήμενος* Σκοπεῖ[w]. Hinc adscitum epith. *ὀφρυόεσσα*, ut in Homer. *Ἴλιος ὀφρ.*[x] et sic in Orac. apud Herodot. *ὀφρυόεντα* Κόρινθον[y], in Acrocorintho positum. Congruit usus inter Latinos voc. *supercilii*, ut in Virg.[z] *supercilium clivosi tramitis*, in Liv. *superc. tumuli*, in Marcellin. *superc. Rheni.* Porro norunt cuncti qui sedem Thebaicam inviserunt quam probe adspectui collino tractuum Libycorum concinit appellatio. Versum re vera graphicum agnosco in hoc, et adhibita voce *ἀποτάμνει*, sicut in Perieget[a]. *Ὅς ῥά τε καὶ Λιβύην ἀποτέμνεται* Ἀσίδος *αἴης*, qui et de Tiberi interfluo scripsit, *Θύμβρις, ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα* Ῥώμην, in Marcellin.[b] *Tiberis, qui media intersecans mœnia - - - - Tyrrheno mari miscetur.* In 5. (4. metr.) ad epith. *καλλίπυλον* conf. scriptt. de portis Thebaicis: Homer. in vv. notissimis a Strabone citatis[c]: *Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι κ. λ.* dein Perieget. *Θήβην ὠγυγίην ἑκατόμπυλον, ἔνθα γεγωνὼς* Μέμνων *ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται* Ἠῶ[d]. Optime quoque fluxum concitatum fluminis Ægyptii depingit vox *ἐλαυνόμενος*, cui minime æquiparanda sunt Callimachi; *πλήθοντι ῥεέθρῳ* Νεῖλος *ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται* Αἰθιοπῆος[e]. In 6. (5. metr.) agnoscas Homericum *μάχης ἀκόρητον*, quod et *μόθου ἀκ.* etc.[f] Forma est Ionica: Tragi-

[u] Expos. Stat. IX. p. 900.

[v] Iliad. *υ'*. 151.

[w] Heraclid. 394. s.

[x] Iliad. *χ'*. 411.

[y] Libr. V. 92. 2. fin. Sic Strabo, in VIII. 6. p. 217. T. ubi et citatur parœm. Κόρινθος ὀφρυᾶ κ. λ.

[z] Conf. *Georgic.* I. 108. et cet. locc. in Liv. XXXIV. 29. fin. Ammian. XIV. 10. ante m.

[a] Vide locc. in 230. 354.

[b] Libr. XXIX. 6. sub extr.

[c] Scil. *Iliad.* *ι'*. 381. ss. in XVII. 1. p. 462. T.

[d] Ubi supra, 250.

[e] Hymn. IV. 208. s.

[f] Iliad. *η'*. 117. Cf. *ξ'*. 479.

corum sunt *ἀκόρετος, ἀκόρεστος*[g]. In v. ult. Asclepiodotus se adpellat *Ἐπίτροπον*, h. e. *Καίσαρος, Σεβαστοῦ*. Conf. Fascic. II. nn. CXII. 2. CCXXXVI. 3. s. Lacunam expleveris insertis *τοῦ* vel *καὶ*.

CCCLXXXIX. y.

ωΠΟΠΟΙΗΜΕΓΑΘΑΥΜΑΤΟΔΟΦΘ . . . . ΝΟ
ΗΜΑΛΑΤΙϹΘΕΟϹΕΝΔΟΝΟΙΟΥΡΑΝΟΝΕΥΡΥΝΕΧΟΥϹΙΝ
ΗΥϹΕΝΦωΝΗΙΚΑΤΑΔΕϹΧΕΘΕΛΑΟΝΑΠΑΝΤΑ
ΟΥΓΑΡΠωϹΑΝΘΝΗΤΟϹΑΝΗΡΤΑΔΕΜΗΧΑΝΟωΤΟ
ΑΡΕΙΟΥΟΜΗΡΙΚΟΥΠΟΙΗΤΟΥΕΚΜΟΥϹΕΙΟΥ
ΑΚΟΥϹΑΝΤΟϹ

Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Ἤϋσεν φωνῇ, κατὰ δὲ σχέθε λαὸν ἅπαντα·
Οὐ γάρ πως ἂν θνητὸς ἀνὴρ τάδε μηχανόῳτο.
Ἀρείου, Ὁμηρικοῦ ποιητοῦ, ἐκ τοῦ Μουσείου, ἀκούσαντος.

Descripta de crure dextro, sub partem inferiorem posita. Areius, poeta Homericus[h] Musei Alexandrini[i], commemorat adventum suum

[g] Conf. *Agamemn.* 1111. *οἷά τις ξουθὰ Ἀκόρετος βοᾶς - - - ἀηδών.*

[h] Nempe, Homerocentonum conditor, vel ut S. Epiphanius in loco infra cit. scribit, *ὑπόθεσιν διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων.* Consimiliter exstiterant apud Romanos et poetæ Virgiliani et Ovidiani, ut liquet ex Gruter. *Inscr.* p. LXIV. n. 5. et Maffei. *Art. Crit. Lapid.* p. 340. Conf. Supplem. ad Thesaur. Murator. tom. I. 282.

De Græcis audi Fabricium in *Bibl. Gr.* II. 7. p. 551. (Ed. Harles.): Sunt *Ὁμηροκέντρωνες* sive *Ὁμηρόκεντρα* *carmina ex integris vel dimidiatis Homeri versibus hinc inde per universam ejus poesin selectis ac novo proprioque ordine digestis composita, unde alius sensus et novum poema prodit, etc.* Exemplum insigne præbet Areii nostri titulus: aliud S. Epiphan. in *Op. adversus Hæreses.* I. 31. 29. (ubi disserit de hæreticis verba sacr. codd. detorquentibus, comparatque Homericorum artificiis,)

et miraculum vocis Memnoniæ in versibus Homericis invicem apta compagine junctis[k]. Expresserunt hunc titulum Hamilton.[l] Walpol. Letronn. ex schedis supradictis.

CCCXC. z.

ΤΟΥΤΟΙCΤΟΙCΕΛΕΓΟΙCΠΕΤΡΩΝΙΑΝΟCCΕΓΕΡΑΙΡΩ
ΑΥΔΗΕΝΤΙΘΕΩΙΜΟΥCΙΚΑΔΩΡΑΔΙΔΟΥC
ΠΑΤΡΟΘΕΝΟΥΝΟΜΕΧΩΝΑCΠΡΗΝΑCΙΤΑΛΟCΑΝΗΡ
ΑΛΛΑCΥΜΟΙΖΩΕΙΝΔΗΡΟΝΑΝΑΞΧΑΡΙCΑΙ
ΠΟΛΛΟΙΑΜΑΡΤΕΙΧΟΥCΙΔΑΗΜΕΝΑΙΗΡΕΤΙΜΕΜΝΩΝ
ΤΟΥΛΟΙΠΟΥΓΗΡΥΝCΩΜΑΤΟCΕΝΤΟCΕΧΕΙ
ΑΥΤΑΡΟΓΕCΤΕΙΝΩΝΚΕΦΑΛΗCΤΕΑΤΕΡΗΜΕΝΟCΑΥΔΑΙ
ΥΒΡΙΝΚΑΜΒΥCΕΩΜΗΤΕΡΙΜΕΜΦΟΜΕΝΟC
ΕΥΤΑΝΔΗΕΛΙΟCΦΑΕΘΩΝΑΚΤΕΙΝΑCΑΝΙCΧΗΙ
ΗΜΑΡCΗΜΑΙΝΕΙΤΟΙCΠΑΡΕΟΥCΙΒΡΟΤΟΙC

contextum ex locis seqq. *Odyss.* κ′. 76. φ′. 26. *Iliad.* τ′. 123. θ′. 368. *Iliad.* μ′. 299. ζ′. 505. *Odyss.* λ′. 38. *Iliad.* ω′. 328. *Odyss.* λ. 629. *Iliad.* β′. 409. nempe mythum ita conflatum ex laciniis Homericis fuisse de Hercule misso ad Orcum ut Cerberum extrahat. Cf. Edit. Petav. Colon. 1682. p. 200. C. D. Jacobs. *Analect.* T. III. 149. IV. 116.

[i] Spectant hæc verba, ἐκ τοῦ Μουσείου, ad sodalitium constitutum a Ptolemæo Philadelpho, de quo Strabo, XVII. p. 1126. Ed. Oxon. Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινά, κ. λ. Huc refer nostr. supr. CCCLXX. in loco decurtato vv. 6. 7.

Curam hujus adhibebant et Imperatores, referentibus Strab. ubi supra, Sueton. in *Claud.* XLII. Spartian in *Hadrian.* XX.

[k] Vide *Iliad.* ν′. 99., toties iteratum alibi, *Odyss.* τ′. 40. ω′. 529. π′. 196.

[l] Cf. Ægyptiac. p. 172. Loc. Walpol. est in *Itiner.* p. 467. Letronnii, ubi supra, p. 59. n. XLVIII. Tab. n. 62. Vide et *Journal des Savans.* an. 1823. pp. 751–758.

Τούτοις τοῖς ἐλέγοις Πετρωνιανός σε γεραίρω,
Αὐθέντι θεῷ μουσικὰ δῶρα διδούς,
Πατρόθεν οὔνομ' ἔχων, Ἀσπρηνᾶς, Ἰταλὸς ἀνήρ·
Ἀλλὰ σύ μοι ζώειν δηρὸν, Ἄναξ, χαρίσαι.
Πολλοὶ ἅμα στείχουσι δαήμεναι ἦ ῥ' ἔτι, Μέμνον,
Τοῦ λοιποῦ γῆρυν σώματος ἐντὸς ἔχεις·
Αὐτὰρ ὅ γε στείνων, κεφαλῆς τ' ἄτερ ἥμενος, αὐδᾷ,
Ὕβριν Καμβύσεω μητέρι μεμφόμενος.
Εὖτ' ἂν δ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖνας ἀνίσχῃ,
Ἦμαρ σημαίνει τοῖς παρεοῦσι βροτοῖς.

Descripta indidem, proxime supposita prægressis. Quidam Petronianus honorificum carmen vocali deo addicit. Exoptat sibi vivere longum: dein facultatem vocalem monimenti, truncatum ut sit, miratur, ad cujus periculum faciendum tot se conferunt ad situm, etc.

Edidit ex Saltianis Letronnius[m]. In v. 3. habit *S*. ACTHNOCI ΤΑΛΟC, quod jure torsit viros doctos. Varia conjiciunt, quorum Letronnianum ACIHNOCKITAΛOC spectabilius est, h. e. Ἀσιηνὸς κ' Ἰταλός. Hæc duplici modo expedienda veniunt, ut Petronianus fuerit *Asianus* jure natalicio, *Italus* Italico, vel accepto Ἀσιηνός pro agnomine, *Asiatico* Romanorum, dictoque ἰακῶς pro Ἀσιανός ut supra, CCCLXXXVI. 1., Σαρδιηνός. Sed, ut in quam plurimis, ingeniosa conjectatio fidei lapidis cedit, quæ, ni falsus sim, in loco adeo contrito, suadet ΑCΠΡΗΝΑC, nomen inter Romanos bene notum[n]. Patet mendosam lectionem hic exortam fuisse a colligatione litterarum minus observata sicut in Olympeno nostro CCCV. supr. Est quasi

[m] Ubi supra, p. 60. n. XLIX. tab. n. 18. *August.* XLIII. Consulare erat: ex. c. in an.
[n] Conf. Tacit. *Annal.* I. 53. extr. Sueton. II. imp. Caligulæ.

dixerit scriptor, **PETRONIANVS · P · F · ASPRENAS.** In h. v. ante med. *S.* **ΟΥΝЄΜ.** In 5. ante m. *S.* **ΤЄΙΧΟΥϹΙ.** Omiserat nempe lapicida **C** quod postea intrusit, sed levi scalpro. In penult. init. *S.* **ΑΥΤΑΝ.** Hic conf. Homericum, *Εὖτε γὰρ ἠέλιος φαέθων ὑπερέσχεθε γαίης*[o]. Versus ipse variatio est alterius ibid., nam sensus est *ἠέλιος (πρώταις) φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν*[p]. Plerumque cum *ἠέλιος*, *ἥλιος*, jungitur *ἀνίσχω* simpliciter, ut in phrasi *ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι*, etc. Hic sumitur *ἀνίσχω* in sensu transeunte, ut in clausula a Stephano citata, *ἀνίσχει ἡ γῆ βοτάνας*[q]. Conf. Euripidea[r]; *Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα, Ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ Ἀκτῖν' ἐφῆκας!*, iterumque, *ἡνίχ' ἥλιος Ἀκτῖνας ἐξίησι θερμαίνων χθόνα.* Adsciscitur sensus intransitivus in ornatissimis seqq. *ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.*

De metrica ratione nom. *Πετρωνιανός* in v. 1. conf. argum. supra ad CCCLXXXV. 1. De correpta penultima ne cogites, nam vera synizesis est[s].

CCCXCI. *a.*

ΗΛΙΟΔΩΡΟΣΞΗΝΩ	*Ἡλιόδωρος Ζήνω-*
ΝΟΣΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣΠΑ	*νος, Καισαρείας Πα-*
ΝΙΑΔοΣΗΚοΥΣΑΔ̄ΚΑΙ	*νιάδος, ἤκουσα τετράκις, καὶ*
ΕΜΝΗΣθΗΝΞΗΝΩΝοΣ	*ἐμνήσθην Ζήνωνος*
ΚΑΙΑΙΑΝοΥΑΔΕΛΦΩΝ	*καὶ Αἰανοῦ, ἀδελφῶν.*

o Iliad. λ'. 735.
p Conf. *Odyss.* ι. 479.
q Thesaur. Gr. Lond. Col. 3986. C.
r Phœniss. 3. ss. Bacch. 678. s. Phaethont. fr. I. 2. s.
s Vide Hermann. *Elem. Doctr. Metr.* I. 10. 12.

Descripta de crure dextro, ad partes sinistras n. CCCLXXX. sculpta. Commemorant adventum ex Cæsarea Philippi Heliodori, filii Zenonis, qui se vocem Memnonis quater repetitam audivisse refert, recordatum simul fratrum Zenonis et Æani. Idem est qui Philas invisit de quo conf. supr. ad n. CCCLXII. *b.* et notas ibid.

Ediderunt plurimi: Pocock.[1] Norden. D'Orvill. Hamilton. Jablonsk. Walpol. Leich. Jacobs. Jomard. Letronn. ex sched. Salt.

CCCXCII. *β.*

ΚΛΑΥΔΙΟϹΓΕΜΙΝΟϹ
ΑΡΑΒΑΡΧΗϹΚΑΙΕΠΙϹΤΡΑΤΗ
ΓΟϹΘΗΒΑΙΔΟϹΗΚοΥϹΑ
ΑΝΑΠΛΕΩΝΩΡΑϹΓ̄
ΚΑΤΑΠΛΕΩΝΩΡΑϹΒ̄

Κλαύδιος Γέμινος,
Ἀραβάρχης καὶ Ἐπιστράτη-
γος Θηβαΐδος, ἤκουσα
ἀναπλέων ὥρας τρίτης,
καταπλέων ὥρας δευτέρας.

Descripta apud partes medias dextri cruris Memnonis, titulo supr. CCCLXIX. adjacentia. Meminit Claudius Geminus, qui munera obibat Arabarchæ et Epistrategi Thebaidis, se inter ascendendum hora tertia audivisse vocem, deorsum navigantem secunda. Editum reperio in libris Hamiltoni[a] et Walpolii: a Letronnio ex schedis supradictis. Expressit ad amussim *S.* Nomen vero in v. 1. *H.* (a quo et *W.*) ΕΜΙΛΙΟϹ, et ult. ΚΑΤΑΠΛΕ.

Notabilis est inscriptio ob mentionem factam Arabarchiæ, quæ interpretes adeo vexavit. Agi opinor de jurisdictione in gentes quæ

[1] Ubi supr. tab. XXXVIII. Loc. Nordeni est in *Itiner. ad Hierosol.* tom. II. p. 74. D'Orvill. in *Animadv. ad Chariton.* p. 532. Hamilton. in *Ægyptiac.* p. 173. Jablonsk. in Tract. de Memnon. p. 88. Walpol. in *Itiner.* p. 467. Leich. in p. 78. Jacobs. ubi supr. p. 63. Jomardi meminit Letr. in *Act. etc.* p. 62. n. L. tab. n. 10.

[a] Vide *Ægyptiaca*, p. 173. Walpol. ubi supra, p. 596. Letronn. *Act.* etc. n. LIII. Tab. lithogr. n. 31.

tractum occupabant Thebaidem inter et Mare Rubrum porrectum. Hoc facile percipias sequi ex etymo manifesto. Variant certe codices in locc. classic.[v] inter lectt. *Alabarches* et *Arabarches*, quorum primum agnoscimus quoque in tit. Xanth. Fellowsii, scil. Ποσειδῶνι εὐχὴ Μαυσώλου ἀλαβάρχου[w], sed in nostro constat Ἀραβάρχης, quem crediderim fuisse rectorem Nomi Arabici; illius nempe qui extra Deltam Thebaidemque se extendebat juxta latus orientale Nili[x]. Hanc regionem vocat Byzantinus (De Urbb. in nom. Πορφυρίτη) Ἀραβίαν κατ' Αἴγυπτον. Accensebatur Ægypto inferiori, et diversa erat ab ea quæ a Pelusio tendebat ad Mare Rubrum, cui urbs primaria fuit Phacusa[y]. Hac ratione credendus est noster Arabarches fuisse Strategus vel Nomarches Arabiæ Ægyptiæ, saltem quæ intra limites Thebaidis jacebat, sicut erat et alteri Nomo Rector suus, qui occasum versus situs est extra limites Niliacos, Oasitæ Thebaico: cf. infr. CCCCXIV. etc. Nam et tunc temporis, sicut in hodierno, crediderim Arabes Nomi istius (بدوين) commercium, pecuarium maxime, habuisse cum Ægyptiis, munusque singulare Arabarchæ fuisse curam adhibere ut vectigalia inde prodeuntia rite perciperentur. Hoc colligendum autumo ex analogia Oasitarum et dictis in Cod. Justin.[z] Hinc ortam conjeceris designationem Ἀλαβάρχην, quam vero distare censeo omnino a nostra, quantumvis fuerit cum ea confusa ob similitudinem sonorum a librariis. Nempe erat *Arabarcha*, virtute officii, et *Alabarcha*, sed non vicissim, quod fortassis illustraris ex titulo Fellows. supra citato.

[v] Ex. gr. Cicer. *ad Attic.* II. 17. Juvenal. *Satir.* I. 130.

[w] Conf. *Lycia*, p. 161. unde Franz. n. 4267.

[x] Vide Ptolem. IV. 5. Plin. V. 9. 3.

[y] Eckhel. *Doctr. Num.* vol. IV. p. 102. *Num. Anecdot.* pp. 295. ss.

[z] Libr. IV. Tit. 61. Leg. 9. *Usurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal Arabarchiæ per Ægyptum constitutum, nihilque super traductione animalium, quæ sine prohibitione solita minime permittenda est, temerarie per licentiam vindicari concedimus.*

Etymon hujus (Ἀλαβάρχου), ut obiter moneam, communiter statuunt fuisse ἀλάβα (cf. Hesych.), *atramentum*, vertuntque *Præfectus Vectigalium*, seu *Magister Scripturæ*[a]; satis equidem convenienter nostro, quum *Scriptura* fuerit ex pascuis silvisque publicis vectigal[b]. Meminerunt vero quidam alterius, quod probe cum titulo Epistrategi cohæret, scil. אלוף־אכון, *Præfectus Principis*[c], quippe Præfecto Ægypti proxime suberant hi magistratus[d], a quo rescripta, prout ferebat occasio, subinde acceperunt.

De Epistratego antea dictum in not. k. ad tit. CCCLXV. Conf. et CCCLXXXVII. 5.

Ἀναπλέων in v. 4. adhibetur in sensu quem in Strabone conspicimus: *παρηκολούθει δέ τις ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι κ. λ.*[e] indicatque, sicut observavit Letronnius, domicilium Gemini fuisse in quadam urbe infra Thebas sita, ex. gr. Ptolemaide, inter Thebaicas maxima[f]. Hoc certe melius est quam interpretari dicta de majore seu minore intensione vocis, quasi fuerint *ἀνάπλεων, κατάπλεων*.

CCCXCIII. γ.

ΑΧΙΛΛΕΥCΠΡΟCΚΥΝΗCΑCΙΕΡѠΤΑΤΟΝΜΕΜΝΟΝΑΚΑΙ
ЄΥΜЄΝΟCΤΟΥΑΔЄΛΦΟΥЄCΑΚΟΥCΑCΘЄΙΟΥ
ΦΘЄΓΜΑΤΟCΑΠЄΡΧΟΜЄΚΑΤΑΛΙΠѠΝΤѠΙΙΔΙѠΙ
ΥΙѠΙΑΜΜѠΝΙѠΙΤΟЄΝΤΟΑЄΙΜΝΗCΤΟΛΙΘѠΙ
ΠЄΠΡΑΓΜЄΝΗΝΦѠΝΗΝЄΝ

[a] Conf. not. Franzii ad titulum prædict. 4267.

[b] Vide Cicer. *Orat. pro lege Manilia*, VI. et al.

[c] Conf. Fulleri *Miscell.* IV. 16.

[d] Vide supra titt. Tentyrens. et Strabon. de politia Ægyptia sub Imperatoribus in XVII. 1. p. 433. T.

[e] Ubi supra, p. 446.

[f] Strabon. ubi supra, pp. 457. ss. Πτολεμαϊκὴ πόλις, μεγίστη τῶν ἐν Θηβαΐδι, καὶ οὐκ ἐλάττων Μέμφεως, ἔχουσα καὶ σύστημα πολιτικὸν ἐν τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ.

Ἀχιλλεὺς προσκυνήσας ἱερώτατον Μέμνονα καὶ μετὰ Εὐμένους τοῦ ἀδελφοῦ ἐσακούσας θείου φθέγματος, ἀπέρχομαι καταλιπὼν τῷ ἰδίῳ υἱῷ Ἀμμωνίῳ τὸ ἐν τῷ ἀειμνήστῳ λίθῳ τὴν πεπραγμένην φωνὴν ἐγχαράξαι.

Descripta de crure lævo, titulo tertio Trebullæ (supr. CCCLXXXIV. t.) proxime supposita. Meminere adventus Achillis qui ductus fortasse iisdem auspiciis ac ei cognominis in CCCLXVI. supra locum sacrum cum fratre et filio ejus inviserat. Votis respondisse Memnonem (veteris inimicitiæ parum memorem) tradit, seque abeuntem filio ejus Ammonio curam mandasse ut in monimento ipso commemorationem miraculi inscriberet.

Retulit Pocock.[s] unde, instauratione facta, edidit Jacobs. Denuo ex schedis Saltii Letronnius. Mendis adeo scatet exemplar Pocockianum ut paucissima exinde eruerit editor Monachiensis. Felicius cessit Saltio, cujus sunt **ЄCAKOYCAI** in fin. v. 2. et in 4. med. **YNO**. Quadratarii videntur fuisse **ЄYMЄNOC** in 2. init. **AΠЄPXOMЄ** in 3. sub med. (sed conf. supr. CCLXIII. CCLXV. et in Fasc. II. nn. CLI. CCLV. et al.), et **TOAЄIMNHCTO** in 4. sub fin. Hæc recentiorum sordes erant, ut supr. in typo nummi Byzant. p. 215. Videtur quoque littera postscripta fuisse in hac parte omissa, cujus secundum grammaticen adhibendæ parum scientes fuerunt Ægyptii. In ult. duriusculum est πεπραγμένην φωνήν. Intelligas πεπραγμένης φωνῆς μνήμην, *vocis exactæ*, vel *comparatæ, memoriam*, nam usitata erant πράττειν ἀργύριον, κέρδος, μισθόν. Conf. supr. CCXCVI. 7. In fin. supplevi ἐγχαράξαι ex CCCLXVIII. 12. Poteram ἐγγράψαι.

[s] Ubi supra, Tab. XXXIX. ima versus. Loc. Jacobs. est in *Denkschriften u. s. w.* p. 69. Letronn. in *Actt. etc.* p. 64. n. LIV. 33.

CCCXCIV. δ.

ΦΛ . . . . . CoY.TΑΛЄΙΝoC	Φλαουΐος Οὐϊταλῖνος,
ЄΠΙCΤΡΑΤΗΓΟCΘΗΒΑΙΔoC	Ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος,
CΥΝ.ΟΥΚΙΛΙΑ.ѠCΙΔΙΤΗC	σὺν Λουκιλίᾳ Σωσίδι τῇ συμ-
ΒΙѠΗΚΟΥCΑΜЄΜΝoΝoC	βίῳ ἤκουσα Μέμνονος,
Γ̄ΠΑΧѠΝδѠ.ΑΓ̄	L γ΄, Παχὼν δ΄, ὥρᾳ γ΄.

Descripta de crure dextro juxta sedile signi. Flavius Vitalinus, Epistrategus Thebaidis, adiit Memnonem cum uxore ejus Lucilia Soside, audivitque vocem anno tertio, quarta die *Pachon*, hora tertia.

Edidit Letronnius[h] ex schedis supradictis. In v. 1. descripsit *S.* oΥΑΛЄΙΝΟC, nihil præterea. Erat *Vitalinus* a *Vitale* factum nomen, sicut quam plurima, *Paulinus*, *Balbinus*, *Messalinus*, quod posterius intulit hic Letronn. ex vestigiis Saltianis. Præiverat *Flavius*. In 3. pleraque inquinata dat *S.* CΑΝΤΟΥCΙΔΙΑΙѠCΙΔΙΤΗCΧΑ, unde *L.* σὺν Πουβλίᾳ Σωσίδι etc. In 5. cuncta evanuerant ante Γ init. quod annum imperantis credo designasse; reliqua expressit *S.* ΠΑΧѠΝδις ΑΓ, ubi ultima instaurat *L.* A̅ϛ̅, vertens, *deux fois, à une heure et demie.*

Dies erat III. Kal. Maias. Regnantis nomen in incerto relinquitur: conjicere possumus dumtaxat ex ΦΛ in exordio ætatem fuisse Vespasianorum, et titulum fuisse insculptum in an. U. C. 825. (P. C. 72.) vel 834. (81.), prout de Patre sive Filio cogites. De magistratu in v. 2., Epistratego, conf. prægress. CCCXCII. 2.

CCCXCV. ε.

ΚΥΡΙΟΥΔΙΟΝΥCΙΑCΤΟ	Κυρίου Διονυσίας τὸ
ΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΠΟΛΛΑ	προσκύνημα· πολλά-
ΚΙCΔΑΚΟΥCЄΤΑΙ	κις δ' ἀκούσεται.

[h] Ubi supra, p. 65. n. LV. tab. n. 68.

Descripta de sinistro crure, ad partes medias. Commemoratur proscynema cujusdam Dionysiæ (vel Dionysiadis), quæ (vel qui) spem fovet vocis Memnoniæ sæpius audiendæ. Edidit Letronnius ex schedis Saltii.

Titulus, ni fallar, capite mancus est, quod vero neque oculis meis discernere potui, neque Saltianis usus. Quid sibi vult *Κυρίου?* An de Memnone intelligendum, sicut Balmarcos (supr. CCCXXVII.) et Osiris (CCCLXI. a.) *δεσπόται*, Isis (CCCLIV. d. etc.) et Nemesis (CCCXXXVIII.) *κυρίαι?* Potius dixerim, de Imperatore, quisquis ille fuerit, sicut Hadrianus in CCCLXIX. *Κύριος*, et in CCCLXXIV. *Κοίρανος*. Disponere queas titulum sequenti modo:

Ὑπὲρ τύχης τοῦ Κυρίου Διονυσιὰς
Τὸ προσκύνημα· πολλάκις δ' ἀκούσεται,

h. e. *ἐποίησε τὸ προσκ.* Possis et *μεμνημένος τοῦ* K. tentare. Hac ratione, quod claudit titulum, *πολλάκις κ. λ.*, affectum erga Principem notat, scil. adeuntem plus semel oraturum pro salute ejus, sæpius recordaturum. Hic scribere possis *Διονυσίας*, ut supra notavi, prætulerimque ob sequentem in vicina parte insculptam:

ΓΑΙΟϹΙΟΥΛΙΟϹΔΙΟΥΝϹΙΟϹ	Γάϊος Ἰούλιος Διονύσιος,
ΑΡΧΙΔΙΚΑϹΤΗΕΘΕѠΝΟϹ	Ἀρχιδικαστής, Θέωνος,
ΑΡΧΙΔΙΚΑϹΤΟΥΥΟϹΚΑΙ	Ἀρχιδικαστοῦ, ὑὸς καὶ
ΠΑΤΗΡΗΚΟΥϹΑΜΕΜΝΟ	πατὴρ, ἤκουσα Μέμνο-
ΝΟϹѠΡΑϹΠΡѠΤΗϹ	νος ὥρας πρώτης.

Hic memoratum habemus Dionysium, Præsidem collegii Judicum, qui Memnonem adiit audivitque prima hora. Erat fortasse pater Dionysiæ in prægresso, referuntque nomina ejus *Caius Julius* tempora

[1] Ubi supra, p. 65. n. LVIII. tab. n. 46.

matutina imperii. Magistratus ejus inter ceteros patrios (*ἐπιχωρίους*) meminit Strabo[k]: *τῶν δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων κατὰ πόλεις μὲν ὅ τε ἐξηγητής ἐστι κ. λ. καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος καὶ ἀρχιδικαστής· τέταρτος δὲ ὁ νυκτέρινος στρατηγός* (Turcarum اغا باشي). Notes cum his titulorum congruentiam, qui, memoratis strategis, hic archidicasta, fere semper Græcos habent vel Ægyptios, h. e. *ἐπιχωρίους*, talia munera obeuntes. Hoc a Lagidis pervenit ad Imperatores, ut ad localia capessenda ii maxime deligerentur qui penitiorem habebant localium cognitionem. Atqui conf. supr. ad nn. CCCLXVII. ss. Quod dicit scriptor in vv. 2–4. *Θέωνος κ. λ.* secum adfert eum habuisse patrem filiumque archidicastas. Sensu omni cassa est versio Gallica, *fils de Théon et père*, quam alicubi conspexeram[l].

CCCXCVI. ϛ.

A·INSTVLEIVSTENAXPRIMIPILARISLEGXII
FVLMINATAEETC·VALERIVSPRISCVSZLEG·XXII
ETL·QVINTIVSVIATOR·DECVRIO·AVDIMVSMEMNONEM
ANNO·XI·NERONISIMP·N·XVIIKAPRIL·HORA

Aulus . Instuleius . Tenax . Primipilaris . Legionis . Duodecimæ . Fulminatæ . Et . Caius . Valerius . Priscus . Centurio . Legionis . Duoetvicesimæ . Et . Lucius . Quintius . Viator . Decurio . Audivimus . Memnonem . Anno . Undecimo . Neronis . Imperatoris . Nostri . Septimadecima . Kalendas . Apriles . Hora - - .

De crure dextro inferiora versus descripta. Ediderunt Hamiltonus[m] et, ex schedis Saltianis, Letronnius, antea ex Girardianis. Cuncta ad amussim expressit Saltius.

[k] Libr. XVII. 1. p. 432. T.

[l] Loc. est in *Description de Thèbes*, (*Commiss. de l'Égypte*), p. 112.

[m] Ægyptiac. p. 173. Cf. Girard. in *Descr. de Th.* supr. not. p. 109. Letronn. in *Act.* ubi supr. p. 7. n. I. tab. 9.

Nomen *Instuleius* in 1. est ex rarioribus. Affine videtur *Insteius*[n], quod et a lapidibus comprobatur. De *primipilare*, ibid. (quod et *primipilario*) conf. Fascic. II. n. LXIII. 6. et *Auctar*. ad loc. In v. 2. init. *Fulminata* (non *Fulminatrix*, ut plerumque explicare solent rei siglariæ periti) adpellatur h. l. Legio Duodecima, scil. *fulmine icta*, κεραυνόβολος. Scrupulum hoc injicit, quum ubique, quantum comperi, obvia sint *Fulminatrix*, *Fulminifera*, *Fulminea*, κεραυνοβόλος, κεραυνοφόρος, huic legioni attributa[o]. Certe concilianda hæc veniunt, recepta lectione quam monimentum tractans in primis erui, scil. **FVLMINATME**, quæ expedire queas *Fulminatricis* (ut in lapide vet. Rosin.) *Melitenæ*[p]: incertus vero epitheti (*Melitenæ*), saltem ante bellum Judaicum, in lectione Saltiana constiti. In hoc versu notes siglum Z, quod *centurionem* notat sicut in pluribus Memnoniis, ex. c. infra CCCCI. 1. Adeas Inscriptt. et Siglaria[q]. Sic apud Ursatum[r], **Z FRVM . LEG . VII . GIM .** h. e. *Centurionis . Frumentariorum . Legionis . Septimæ . Geminæ.* Deinde memoratur Legio duoetvicesima,

[n] Vid. Tacit. *Annal.* XIII. 9. 39. Paterc. II. 16.

[o] Conf. Euseb. *Hist. Eccl.* v. 5. D. Dion. LV. 23. p. med. Vales. not. ad Euseb. loc. pp. 92. s. Rosin. *Antiq. Rom.* pp. 738. s. Brotier. *Excurs. ad Tacit. Hist.* II. 6. in ed. Lemair. vol. v. pp. 26–32. Amplectitur sententiam vir doct. quod inditum fuerat nomen ex *insignibus:* hoc a lect. FULMINATAE videtur plane refelli: nec minus miraculum Eusebianum ab ætate tituli. Fidem sane minuit ipsius historici clausula in A. fin. ubi supra.

[p] Conf. Tacit. *Annal.* XV. 6. 7. 10. 26. Brotier, ubi supra, et *Append. ad Hist.* v. 43. Meminit hujus legionis ad Melitenen a Tito dimissæ post expugnata Hierosolyma, propter militum sub Cestio ignaviam, in *Bell. Jud.* VII. 1. 3. ult. Cf. II. 19. Obv. in *Notit. Imp. Orient.* (sub dispositione Ducis Armeniæ) *Legionis duodecimæ Fulmineæ Melitenæ*, XXXV. 1. 4. In hoc loco legunt quidam *Fulminatricis:* recte Vales. quod dedi, ex Eusebii sui κεραυνοβόλον: cf. not. ubi supra.

[q] Scribit de hoc Jacobs. in *Denkschrift. u. s. w.* p. 72. *Dass das Zeichen Z durch* Centurio *richtig erklärt sey leidet keinen Zweifel*, citat. exx. S. Gudii *Antiq. Inscr.* p. CL. n. I. 3. CLIII. 3. 7. 9. etc. Addas Gerrard. *Siglar.* in edit. Forcellin. Lond. p. 9. b. ubi et alia quædam compendia ejusdem afferuntur.

[r] Cit. a Gerrard. ubi supra, p. 11. b.

2 o 2

sicut infra in CCCCI. 1. CCCCXII. 2. De hac ex Ægypto accita conf. Tacit. in *Vespasiano*[s]. In v. 3. Decurio erat qui decem equitibus præerat, ut in Philippens. nostr. cit. in Fascic. II. n. CLXXXIX. 11, **DECVR. ALAE. SCVBVLORVM.** Conf. Varron. *Primi singularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in singuleis turmeis sunt etiam nunc terni*[t]. In v. 4. apponitur ætas, scil. U. C. 816. (P. C. 63.) sec. Calendar. Roman., vel spectato Alexandrino, quum in III. Id. Octobr. inceperit Nero regnare, 817. 64.

CCCXCVII. η.

TI·IVLIVS	*Titus . Julius . Lupus .*
LVPVS·PR·ÆG	*Præfectus . Ægypti .*
AVDIMEMNO·NEM	*Audivi . Memnonem .*
HORAPRIMA	*Hora . Prima .*
FELICITER	*Feliciter .*

Descripta indidem, sub ima. Commemoratur adventus Lupi, Præfecti Ægypti; scil. ejusdem de quo Plinius[u]; *Sicut paulo ante Julio Lupo, qui in præfectura Ægypti obiit*, scil. portante casses. Tiberio Alexandro (infr. CDXV. 2.) successit, sicut ei Paulinus[v]. Ponendus est ideo invisisse Thebas post capta Hierosolyma, in an. U. C. 824. (P. C. 71.), quo anno Titus, a Palæstina redux, in Ægypto paulisper commoratus est[w]. Ediderunt Pocock.[x] Letronn. ex schedis ante dictis. Habet *S.* in 4. fin. **PP** et in 5. **FF**, quæ debuit **PR**, **FE**, *prima*, *feliciter;* hoc, ut in CDIX. 7. infr., solenni formula, quod Græci εὐτυχῶς, ipsum fortasse comparens in titulo Gemelli, supra CCCLXXXI.

[s] Hist. v. 1. p. med. Conf. Gruter. *Inscr.* p. DXXV. n. 2.

[t] De Ling. Lat. IV. ante med. pp. 26. s. Bipont.

[u] Libr. XIX. 2. 5.

[v] Conf. Joseph. *Bell. J.* VII. 10. 2, 4. Letronn. *Recherches pour servir, etc.* p. 232.

[w] Conf. Sueton. in *Tito*, v. sub fin.

[x] Ubi supra, tab. XXXVIII. ima versus. Letronn. in *Act.* etc. p. 8. n. II. tab. n. 59.

11. Hic in lapide perquam trito (deorsum currente fractura) agnovi vestigia litteræ **L**, ceteras supplevi pro hoc indicio. Pariter, post **PR** in 4. et **MEMN** in 3. cuncta effluxerant.

CCCXCVIII. θ.

LIVNIVSCALV	*Lucius . Junius . Calvinus . Præ-*
PRAEFEC...MONTISBERENIC	*fectus . Montis . Berenicidis . Audivi .*
AVDIVIMEMNONEMCVM	*Memnonem . Cum . Minicia . Rustica .*
MINICIARVSTICAVXORE	*Uxore . Kalendis . Aprilis . Hora .*
KAPRILISHORAIIANNOIVIMP·N	*Secunda . Anno . Quarto . Impera-*
VESPASIANI AVG	*toris . Nostri . Vespasiani . Augusti .*

Descripta indidem, prægressis paululum dissita. Commemorant adventum Calvini, præfecti (Montis Berenicidis?) in anno quarto Vespasiani, h. c. U. C. 826. (P. C. 73.), etc.

Ediderunt Pocock.[y] Norden. Letronn. ex Salt. In v. 1. *S.* **LIVNIVS** cum lacuna tertii nominis cujus priora expressi ex lapide, totum dederunt *P.* et *N.* Dein in 2. *S.* **PRΛFEL**, neque plura reperio in penu mea. Hic fortasse adjumento sunt incondita *P.* et *N.* nempe **PRAEFCCΛΛONTSβSRFNIC**, quæ nihil aliud esse possunt quam *Præfectus . Montis . Berenicidis*, Arab. الجبل ال زمرّد, (unde Ptolemæus suum Ὄρος Σμάραγδος[z],) hodie ال زبره. Jacet in itinere a Copto ad Berenicen, sinistrorsum, prope oppidum Senskim.

Hunc præfectum fuisse militarem verisimile fit ex memoratis alibi invicem se excipientibus cujusdam Sabidiani præfectura mont. Berenic. et epistrategia Thebaidis[a].

[y] Ibid. sub fin. Loc. Norden. est in *Itin. Ægypt.* tom. II. p. 74. Letronn. ubi supra, p. 8. n. III. 3.

[z] Conf. Ptolem. IV. 5. p. 103. Sic Strab. XVII. 1. p. 462. T. Ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστι κ. λ. Addas Theophrast. *De Lapid.* XXIV. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* vol. I. p. 45. Letronn. *Recueil.* etc. tom. I. pp. 453. s.

[a] Vide Gruter. *Inscr.* p. CXXX. n. 1.

Hæc legentibus, ut judicent, permitto. Ex sordibus Pocockii eruerat Letronn. *Præfectus . Legionis . Tertiæ . Cyrenaicæ.*[b], in obss. ubi supra. In v. 4. exspectaveris **MINVCIA**, sed quod dedi liquido comparebat in monimento. Erat fortasse Iotacismus insculpentis.

CCCXCIX. *ι.*

ANICIVS · I · F · VOL · VERVS · VIENNA
DIS _ $\overline{\text{III}}$ CYR · AVDIMEMNONEMIDVS
NOVEMBR · ANNO $\overline{\text{III}}$ IMP · N · ETVIIK · IANVAR
ETXVIIIKFEBR · ETIVNON · IV · DEMETVIIIDVS
IVSDET · XIIIK · MART · ETVIIKMART · ETXIII · ID · MAR
ETVII · IDVSIANBIS · ANNO $\overline{\text{IIII}}$ IMP · AVG
ETXVK · MART · ETVIIID . IVSD · AVDIM _ ET
VIIIIDVSAPRILIS · ANN · EIVSDEM
ITEMIVNON · IVNIAS · ANNIEIVSDEM

Marcus . Anicius . Julii . Filius . Voltinia . Verus . Vienna . Dispensator . Legionis . Tertiæ . Cyrenaicæ . Audivi . Memnonem . Idus . Novembres . Anno . Tertio . Imperatoris . Nostri . Et . Septima . Kalendas . Januarias . Et . Octavadecima . Kalendas . Februarias . Et . Quarta . Nonas . Ejusdem . Et . Septima . Idus . Ejusdem . Et . Tertiadecima . Kalendas . Martias . Et . Septima . Kalendas . Martias . Et . Tertiadecima . Idus . Martias . Et . Septima . Idus . Januarias . Bis . Anno . Quarto . Imperatoris . Augusti . Et . Quintadecima . Kalendas . Martias . Et . Septima . Idus . Ejusdem . Audivimus . Et . Octava . Idus . Aprilis . Anni . Ejusdem . Item . Quarta . Nonas . Junias . Anni . Ejusdem .

[b] Fides quadamtenus huic accedebat ex Tacito narrante hanc legionem fuisse, ineunte imp. Vespasiani, in Ægypto constitutam: conf. *Hist.* v. 1. cit. supr. et Brotier. in num. Excurs. ad II. 6.

Descripta indidem, de parte superiore. Recenset summa cum fide diebus singillatim notatis quidam Anicius suos coram Memnone aditus annis Vespasiani (sicut crediderim) imperantis tertio et quarto factos, h. e. U. C. 825. 826. P. C. 72. 73.

Ediderunt Pocock.[c] ex illo Jacobs. deinde ex schedis Saltii Letronn. Saltii sunt in v. 1. int. **HANICIVS·I·I·** Justiora dat *P.* in suo v. 2. **IIANICIVS**, unde eruitur **M** etc. quod ex lapide omnino effluxerat, saltem mihi tractanti. Dein ad fin. *S.* **VIENNAI**, quod potest esse *Viennæ* ut in CCCXCI. Ἡλιόδωρος Καισαρείας, etc. Sed prætulerim quod dedi, et constructionem sicut in tribu notanda, *Voltinia*, etc. Habet quoque *P.* in suo v. 1. **VIENNA.** Dein in 2. post **DIS** apparebat lacuna quam expleo inducta **L** i. e. *Legionis*. Pergit *S.* **CIR**, et sub fin. **MEMNONI·VI·IDVS·** pessum data constructione. In suo v. 2. *P.* **ꓶFVOIVERVS.** Ne mireris ideo titulum a Jacobsio infeliciter tentatum, qui inter alia erravit in tempore definiendo, *Nervæ* id faciens quod mihi constat fuisse *Vespasiani*[d], prava lect. Pocockii in v. 3. recepta. Turbantur Saltiana in vv. 4–5. **INIPEMETV—IDVSIVIDET**, et in 5. s. fin. **VII MAPT, VII ID MA.** In 6. lacuna est anni, et in 7. post **VII.** Hæreo in fine **AVDIM.** Suspicor expediendum **AVDI·M**, h. e. *audivi Memnonem* sicut in v. 2. Posui in minusculis *audivimus*. In hoc v. et seqq. 8. 9. revertitur homo scrupulosus et quasi religione tactus ad enumerandas dies quas

[c] Ubi supra, tab. XXXVIII. superiora versus. Hinc Jacobs. in *Denkschrift. u. s. w.* p. 71. Obv. Letr. in *Act.* etc. p. 10. n. v. tab. n. 11.

[d] Conf. tit. prægress. Inest vero difficultas quam intellexerint legentes ex loc. Joseph. supra cit. in not. *p.* ad tit. CCCXCVI. quam amoliri nequeo nisi posito quod legio Cyrenaica, quæ post bellum Judaicum confectum ad Cappadociam fuerat ablegata, stationem suam in Ægypto brevi post fuerat sortita. Aliter de Caio, Claudio, Nerone, cogitemus licet, vel etiam de Tiberio, in cujus anno XXI. Thebaidem eam occupasse certum est. Conf. inscr. citatam a Letronn. in obss. ubi supra, ex Gau. *Antiq. de la Nubie*, tab. XIV. 31.

imprudens omiserat in 5. s. Horas non notari mireris: id vero facile condonandum bono Dispensatori, qui legentium occasionibus procul dubio studebat.

De *Voltinia*, tribu rustica, in v. 1. conf. Fasc. II. n. CLXXXIX. 3. et Auctar. In 2. *Dispensator legionis* erat quem nos vocamus *Paymaster*, nempe, qui stipendia militum, etc. administrabat[e]. Hoc muneris antea Quæstores et Tribuni Ærarii[f]. Erant inter officia domus Augustæ, ex quibus hi res privatas fisci Imperatorii curabant, alii, jussu principis, impensas publicas, militares, etc.[g]

CD. *κ*.

FVNISVLANAVETVLLA
CLELIIAFRICANIPRAEFAEG
VXORAVDIMEMNONEM
PRID ◦ FEBR ◦ HORA $\overline{\text{IS}}$
ANNO ◦ I ◦ IMPDOMITIANIAVG
CVMIAMTERTIOVENISSEM

Funisulana . Vetulla . Clelii . Africani . Præfecti . Ægypti . Uxor . Audivi . Memnonem . Pridie . Idus . Februarias . Hora . Prima . Semis . Anno . Primo . Imperatoris . Domitiani . Augusti . Cum . Jam . Tertio . Venissem .

Descripta indidem, antecedentibus proxima. Commemorat titulus aditus ter repetitos Vetullæ, conjugis Africani, Præfecti Ægypti, etc. Tempus quo audivit statuitur fuisse pridie Id. Februar. anni primi

[e] Conf. Varron. *De L. L.* IV. p. 50. Ed. Bip. Plin. VII. 40. 1. XXXIII. 13. 2.

[f] Varron. ibid. p. 49. B.

[g] De hoc munere adeas Sueton. *August.* LXVII. *Othon.* V. *Galb.* XII. *Vespasian.* XXIII. et Reinesii *Syntagm.* VI. n. 86. IX. n. 99. p. 596.

Domitiani; erat ideo U. C. 835. P. C. 82. quum regnare cœperit Domitianus in Id. Septembr. 834.

Ediderunt Pocock.[h] Norden. Jacobs. (ex *P.*), qui et Jablonskii et Langlésii meminit: dein Girardus, et ex Saltio Letronnius.

In v. 1. *P.* IVNI SYLANA VE, accuratius *Norden.* In fin. *S.* VETTVLLA. In 4. PRID est luculenter PR·ID, sicut in minusculis exposui.

CDI. λ.

SEXLICINIVSPVDENS 7LEGXXII
XIKIANVARIAS•ANNOIIII•IMP
DOMITIANICAESARISAVGVSTI
GERMANICIAVDIMEMNONEM

Sextus . Licinius . Pudens . Centurio . Legionis . Duoetvicesimæ . Undecima . Kalendas . Januarias . Anno . Quarto . Imperatoris . Domitiani . Cæsaris . Augusti . Germanici . Audivi . Memnonem .

Descripta indidem, ad partes imas, subterque prægressa CCCXCVIII. Memoriæ traditur aditus Pudentis, etc. Ætas est U. C. 837. (P. C. 84.).

Ediderunt Pocock.[i] Hamilton. Girard. Letronn. ex sched. Salt. De siglo in v. 1. cf. supra CCCXCVI. 2. et de legione ipsa argum. et not. *w.* ad CCCLXX.

[h] Conf. tab. XXXVIII. n. 2. in edit. princ. p. 102. Loc. Norden. est in *Itin. Ægypt.* II. p. 74. n. 2. Jacobs. ubi supra, p. 70. ubi cf. de Jablonsk. Langlès. Girardum citat Letronn. ubi supra, p. 11. no. VII. tab. lithogr. n. 41.

[i] Tab. XXXVIII. supr. Loc. Hamiltoni est in *Ægyptiac.* p. 173. Girard. in *Descr. de Thèbes*, tab. LV. n. 33. Letronn. in *Act.* etc. p. 12. n. VIII. tab. n. 57.

CDII. μ.

IMP · DOMITIANO
CAESAREAVG · GERMANICO · XVII
TPETPONIVSSECVNDVS · PR · AEG
AVDITMEMNONEM · HORAI · PRIDVS · MART
ETHONORAVITEVMVERSIBVSGRAECIS
INFRA · SCRIPTIS

ΦΘЄΓΞΑΟΛΑΤΟΙΔΑϹΟΝΓΑΡΜЄΡΟϹωΔЄΚΑΘΗΤΑΙ
ΜЄΜΝωΝΑΚΤЄΙϹΙΝΒΑΛΛΟΜЄΝΟϹΠΥΡΙΝΑΙϹ

CVRANTET · ATTIOMVSA · PRAEF · COH · II
THEBAEORVM

Imperatore . Domitiano . Cæsare . Augusto . Germanico . Septimumdecimum . Titus . Petronius . Secundus . Præfectus . Ægypti . Audivit . Memnonem . Hora . Prima . Pridie . Idus . Martias . Et . Honoravit . Eum . Versibus . Græcis . Infra . Scriptis .

φθέγξαο Λατοΐδα—σὸν γὰρ μέρος ὧδε κάθηται—
Μέμνων ἀκτῖσιν βαλλόμενος πυρίναις.

Curante . Tito . Attio . Musa . Præfecto . Cohortis . Secundæ . Thebæorum .

Descripta de crure dextro, proxime supra prægress. CCCXCII. insculpta. Titulus est bilinguis, commemorato Latine, solemni formula, adventu Secundi, Præfecti Ægypti, dein appositis Græcis in honorem Memnonis. Horum sculpturam in monimento procuravit Musa, etc. Ætas tituli est vel U. C. 841. (P. C. 88.) in quo anno titulum Imperatoris septies iteratum (sc. a XIV. ad XX.) agnoscunt nummi[k], vel 848. 95. si ad consulatum respicere credamus notam numeralem.

[k] Vide Eckhel. vol. VI. pp. 382. s.

Ediderunt Hamiltonus[l] et Letronnius, ubi supra, ille seorsum ab invicem traditis vv. 1–6. et 7–10. Menda admisit in 7. init. **ΦΘЄΓΛΟΜΤΟΙΔΛ**, et in 9. fin. **PRAECOMIS**. Levissima sunt Saltii, scil. in 2. fin. **GERMANIK**, in 5. **HONRA**, etc. in penult. **PRAES**.

Cujusdam Petronii Secundi meminit Dio in narratis de cæde Domitiani[m]: *Καὶ αὐτὸ* (conjurationem) *οὔτε ἡ Δομιτία ἡ γυνὴ αὐτοῦ, οὔτε δὲ ὁ* Νωρβανὸς *ὁ ἔπαρχος* (Præfectus prætorio) *οὐδ' ὁ σύναρχος* Πετρώνιος Σεκοῦνδος *ἠγνόησαν, ὥς γε καὶ λέγονται.* Hæc sub fin. an. P. C. 96. Quæstio moveri possit an hic idem fuerit ac in nostro memoratus Secundus: saltem necessitudinem arguunt nomina congruentia.

In vv. Græc. dicitur *φθέγξαο* (*S.* **ΦΘЄΝΞΑΟ**) eximio sensu de Memnonis eloquio: conf. supra CCCLXXXIII. 4. metr. CCCLXXXIV. 6. metr. CCCLXXXVIII. 6. metr. Μέρος, pars alicujus rei, hic *dimidia*, ut in Juvenal. *dimidio resonant ubi Memnone chordæ*[n]. Est *λοιπὸν σῶμα* in CCCXC. 6. supr. quod excipiunt, Αὐτὰρ *ὅ γε στείνων, κεφαλῆς ἄτερ ἥμενος, αὐδᾷ.* Optime illustrat Pausanias[o]: *καὶ νῦν ὁπόσον ἐκ κεφαλῆς ἐς μέσον σῶμα, ἦν ἀπερῤῥιμμένον· τὸ δὲ λοιπὸν κάθηταί τε καὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ κ. λ.* Deinde, v. 2. *ἀκτῖσ ν βαλλόμενος* conferas Homericis cit. supr. *ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν*[p]. Euripid.[q] *Λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς ἡλίου, κανὼν σαφὴς,* Ἔβαλλε *γαῖαν,* alibique, *πρώτην χθόνα* Ἥλιος *ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.* Hinc radii *ἡλίου βολαί*, ut in v. ejusd. Ἑῴοις *ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἁλίου*[r], quos Oppianus, *ἠελίου πυρόεσσαν*

[l] Ægyptiac. ubi supra: ed. Letronn. in *Actt.* etc. p. 12. n. IX. 8.

[m] Hist. Roman. LVII. 15. init.

[n] Satir. XV. 5. Μέρος in CDXV. 23. init. infr. interpretantur quidam *trientem*.

[o] Vide I. 42. 2. fin.

[p] Odyss. ι'. 479. cf. τ'. 433. Iliad. η'. 421.

[q] Vide *Supplic.* 650. s. Dindorf. *Phaëth. fr.* in Strabon. I. 2. p. 52. T. Dindorf. n. I. 2. s.

[r] Phœniss. 169. ubi cf. *Bacch.* 458. Vide supra n. CCCXC. 9.

ἐρωὴν, hic ἀκτῖνας πυρίνας. Pro βαλλόμενος vide phras. variat. supra in CCCLXXI. 1–2. metr. CCCLXXXVIII. 2. metr. Rem attingunt Plin. Tacit. de signo Memnonis: *Non absimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statuæ dicatus; quem quotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicunt*[s]: et Histor. *Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum: quorum præcipua fuere Memnonis saxea effigies, ubi radiis solis icta est, vocalem sonum edens*[t]. Ideo adfuerat Augusti nepos loco quo steti! Diligentia summa monimentum lustravi siqua parte ejus vestigia nominis inlustris se proderent indagans: frustra! conlaborantium quorumdam fortuna non sum usus.

CDIII. *v.*

ANNO · $\overline{\text{VII}}$ · IMP · CAESARIS
NERVAE · TRAIANI · AVG · GER · DACICI
C · VIBIVS · MAXIMVS · PRAEFAEG
AVDITMEMNONEM $\overline{\text{XIIII}}$ · K · MAR
HORA · $\overline{\text{IIS}}$ · SEMEL · ET $\overline{\text{III}}$ · S · SEM

Anno . Septimo . Imperatoris . Cæsaris . Nervæ . Trajani . Augusti . Germanici . Dacici . Caius . Vibius . Maximus . Præfectus . Ægypti . Audivit . Memnonem . Quartadecima . Kalendas . Martias . Hora . Secunda . Semis . Semel . Et . Tertia . Semis . Semel .

Descripta de crure dextro, prægressis in CCCXCIX. proxime supposita. Commemoratur aditus Vibii Maximi, Præfecti Ægypti, in anno septimo imp. Trajani, XIV. Kal. Martias. Ideo ætas tituli est U. C. 857. (P. C. 104.).

Edidere Pocock.[u] Girard. Letronn. ex Saltianis. In v. 2. omisit

[s] Vide Plin. XXXVI. 11. 4.

[t] Annal. II. 61. init.

[u] Ubi supr. tab. XXXVIII. summ. Loc. Girard. est in *Descr. de Thèbes*, p. 108. n. 9. Letronn. in *Act.* supr. p. 13. n. I. tab. n. 36.

P. titulos **QER . DAC.** In 3. init. descripsit Q, vetante lapide, quod recte *S.*, et in fin. neglexit **AEQ**, ubi *S.* **PRAEAEC.** In 4. fin. omisit *P.* omnia post **MEMNONEM.** In ult. habet **HORA$\overline{\text{II}}$S SECVNDA,** ubi in extr. *S.* **SEN.**

CDIV. ξ.

ANNO$\overline{\text{V}}$HADRIANI	*Anno. Quinto. Hadriani. Imperatoris.*
IMP ∘ N ∘ T ∘ HATERIVS	*Nostri. Titus. Haterius. Nepos. Præ-*
NEPOS ∘ PRAEF ∘ AEQ	*fectus . Ægypti . Audivit . Memno-*
AVΔITMEMNONEM	*nem. Duodecima. Kalendas. Martias.*
XII ∘ K ∘ MART ∘ HoRA ∘ $\overline{\text{IS}}$	*Hora . Prima . Et . Semisse.*

Indidem descripta, supra verticem prægressi CD. stantia. Præfecti Ægypti, Nepotis, adventum commemorant ad XII. Kal. Martias anni quinti imp. Hadriani, h. e. U. C. 874. (P. C. 121.).

Ediderunt varii: Pocock.[v] Norden. Jablonskius, Langlésius, Jacobs. Letronn. ex sched. *S.* In v. ult. init. habet *P.* **XII. P.** quod *S.* **XIII.** Vera lectio est quam dedi ex lapide, Letronnii conjectura sic firmata. Supra caput tituli hujus, in exemplari *P.*, stant sensu cassa **TET TIT LXI,** quæ casu quodam huc ex proximo fuisse advecta constat.

CDV. *o.*

T ∘ FL ∘ TITIANVS	*Titus . Flavius . Titia-*
PRAEF ∘ AEQ	*nus . Præfectus . Ægyp-*
AVDIT	*ti . Audivit . Memnonem .*
MEMNONEM	*Tertiadecima . Calendas .*
XIIIKAPRILIS	*Aprilis . Vero . Tertium .*
VERO$\overline{\text{IIII}}$ETAMBIBVLOCOS	*Et . Ambibulo . Consuli-*
HORA∘$\overline{\text{I}}$	*bus . Hora . Prima .*

[v] Ubi supra, ad summa. Loc. Norden est in *Itin. Æg.* vol. II. p. 74. Jablonsk. in

Descripta indidem, prægressis subjecta, interveniente nostro CD. Memoratur aditus Præfecti Æg. alterius, Titiani, qui tempus notavit per Consules. Hi, Annius Verus et Lucius Varius Ambibulus, gesserunt magistratum in an. x. imp. Hadriani, h. e. U. C. 879. (P. C. 126.)

Ediderunt Pocock.[w] Norden. Jacobs. Letronn. ubi supra. Habet *P.* in exordio illa de quibus monui in arg. prægress. **TET TIT LXI**, quæ jamdudum pro conclamatis erant clarissimo Brotierio[x]. Deinde in v. 6. post **III.** habet incondita **PIΛΛΛBIRVIOC**, quæ ex fastis supplevit Brotier. *Vario Ambibulo.* Hæc, si vera fuissent (quod opinor) litem Muratorianam[y] statim diremissent: sed in hac quæstione lapis nil adjuvat.

CDVI. *π.*

C · MAENIVSHANIOCHVS
DOMOCORINTHIƧLEQ · XIIQFITEMII
ᴗAL · LEQ · AVDIVIMEMNONEMANTESECV · HORAM
XIIII · K · IVL · _ _ _ LICIANOETTITIANOCoSEODEMDIE
HORAPRIMAETDIMIDIA

Caius . Mænius . Haniochus . Domo . Corinthi . Centurio . Legionis . Duodecimæ . Geminæ ? . Felicis ? . Item . Tertiæ ? . Gallicæ ? . Legionis . Audivi . Memnonem . Ante . Secundam . Horam . Tertiodecimo . Calendas . Julias . Gallicano . Et . Titiano . Consulibus . Eodem . Die . Hora . Prima . Et . Dimidia .

Syntagm. de Memnone, p. 83. Langlès. in p. 218. Jacobs. in p. 71. Letronn. in p. 14. n. XI. tab. n. 21.

[w] Tab. XXXVIII. p. 102. supra. Norden. est in *Itin.* etc. p. 74. Jacobs. in *Denkschrift.* not. p. 70. Letronn. supra, p. 21. n. XVI. tab. n. 25.

[x] Conf. not. ad Tacit. *Annal.* II. 61. (Ed. Lemair. tom. IV. p. 380.)

[y] Conf. *Thesaur. Inscriptt.* vol. I. p. CCCXXIII. ubi *Eggius* est nomen Consulis. Brotier. ubi supra, p. 381.

Indidem descripta, subter prægressa (CDV.) proxime insculpta, commemorantia adventum Haniochi, centurionis, tempore notato per consulatum Gallicani et Titiani, unde prodit ætas, U. C. 880. (P. C. 127.).

Edidere Pocock.[*] Hamilton. Jablonsk. Letronn. ex Saltio. Habet *S.* in 2. fin. XIIOFITEMĪ, quæ *H.* IECXICIIFITEMI. Intelliguntur hic legiones in quibus centuriatum gessit noster, scil. *tertia* et *duodecima*, hæc, ut scripsi in minusc. *Gemina*. *Felix*[a], vel, si mavis, *Fulminata* (cf. supra, CCCXCVI. 2.), illa *Gallica*[b]. Pergit *S.* in 3. init. LAL, h. e. GAL in lapide: dein *H.* in med. VIMMNIM. In 4. post init. *S.* FHICIANO, cujus lacuna est in *H.*, prægressis nomini sordibus XIIINNICIII; neque melius cesserat antea Pocockio. Nomen, cujus prima pars fere exciderat monimento facile suppletur ex fastis consularibus. Erat *Gallicanus*. Hoc Jablonskium fefellerat qui, deceptus nomine *Titiano*, somniavit de consulatu in an. U. C. 998. scil. *Philippi I. Aug. et Junii Titiani*[c]. In vv. 3. 5. tempora invicem succedebant, scil. paulo ante ineuntem horam secundam, dein dimidia hora post.

In constructione verborum *domo Corinthi*, v. 2. init. nihil est quod nos moretur. *Domo* dicitur ut *Vienna* in CCCXCIX. 1. *Corinthi* est *apud Corinthum*. Hæc omnia ex Saltio expedivit Letronnius ad sequentem modum: *Caius* . *Mænius* . *Haniochus* . *Domo* . *Corinthius* (vel *Corintho*) . *Centurio* . *Legionis* XII . *Fulminatricis* . *Item* .... *Ejusdem* . *Legionis* . *Audivi* . *Memnonem*, etc.

[*] Ubi supra, n. 4. Cf. Jablonsk. *Syntagm. M.* Hamilton. *Ægypt*. p. 173. Letronn. supr. p. 22. n. XVII. tab. n. 14.

[a] Conf. Gerrard. *Siglar. Rom.* p. 42. col. 3. ex Ursato. Possit esse *Fidelis.*

[b] Conf. Dion. LV. 23. Καὶ τὰ τρία τὰ τρίτα· τό, τε ἐν Φοινίκῃ, τὸ Γαλατικὸν, καὶ τὸ ἐν Ἀραβίᾳ, τὸ Κυρηναϊκόν κ. λ. Hæc obv. in CCCXCIX. 2. supra; illa est de qua nunc agitur. Conf. Brotier. supr. cit. ad Tacit. *Hist.* II. 6.

[c] Conf. *Syntagm. de Memn.* p. 87.

CDVII. *p.*

PETRONIUSMΛMRNS
PRΛEF > ΛEG > ΛUDIMEMNONEM
UIIDUSMΛRTIΛS
SERUIΛNO $\overline{\text{III}}$ ETUΛROCOS
HORΛDIESΛNTEPRIMΛM

Petronius . Maximus? . Amerinus? . Præfectus . Ægypti . Audivi . Memnonem . Sexta . Idus . Martias . Serviano . Tertium . Et . Varo . Consulibus . Hora . Diei . Semis . Ante . Primam .

Descripta de crure lævo, superiora versus. Petronius (Amerinus?), Præf. Æg., adiit audivitque Memnonem, Coss. Serviano III. et Vibio Varo, h. e. in an. imp. Hadriani XVIII., qui erat U. C. 887. (P. C. 134.). Titulum dederunt Pocock.[d] Norden. Jacobs. (sc. fragm. vv. 1. 2.), ex Saltianis Letronnius. In v. 1. fin. *P.* **ΛΛΛBNS**, ubi excogitavit Jablonsk. **BALBVS**, Jacobs. **SALLABVS**. Rectissime omnium *S.* **ΛΛΛΛRNS**, cujus extrema dumtaxat tentavit *L.* posito **----RIVS**. Crediderim adesse **MAMRNS**, sculpto **Λ** pro **A** in monimento sicut in titt. aliis (ex. c. infr. CDXIII. et Fasc. II. n. CXCVI.), et omissis vocalibus in reliqua parte **E**, **I**, **V**, fortasse ad minuendum laborem vel ob exiguitatem spatii quod supererat[e]. Sic prodiret quod posui in minusculis *Amerinus*, officiente sane non nihil ineunte isto

[d] Tab. XXXIX. n. 2. ubi supra: loc. Norden. est in *Itiner.* etc. p. 74. Jacobs. p. 73. Letronn. supr. p. 39. n. XXXI. 20. Tentaverat et Jablonsk. in *Syntagm. M.* p. 89.

[e] Hic fortasse meminerint legentes scriptionis Shemiticæ cujus erat vel ex parte prorsusve omittere litt. vocales, quæ ab Ægyptiis conservata est et in sacris eorum codicibus et sculpturis. ex. c. Κῦρος erat כורש (Isai. XLIV. 28.), Ψαμμήτιχος, PSMTK, et sic. in al. Conf. de hac materia docte et subtiliter disserentem Carol. Guilelm. Wall. S. T. P. Vicepræpos. Col. SS. Trin. Dubl. in Opere de *Orthogr. Antiq. Judæor.* P. I. pp. 150. 153. ss.

M pro quo in minusc. statui *Maximus*. Cohæret fortasse reliquis adeo ut prodeat nomen singulare *Mamercinus* (a *Mamerco*) vel etiam *Mamertinus*[f]. Talia in usu fuisse apud Romanos compendia docent ubique siglaria[g], ex. c. **CS.IP.** *Cæsar . Imperator*. **LPS**, *Lapsus*, **MERTB**, *Merentibus*, **MGRA**, *Magistra*, et in propr. **MR.RF.** *Marcus Rufus*, **MRC.** *Mercurius*. Sic apud Græcos ætatis recentioris pro Nomine adorando stat **IC.XC.** in nummis **XPS**[h]. Pergit *S.* in 2. fin. **MEMNONI.** In ult. init. **HORĀ DIES**, recte, modo lineola quæ numeralem designat sublata. Hic suadet Letronn. instaurationem **DIEIS**; immerito, quum posuit scriptor, exempla satis idonea sequutus, **DIE** pro **DIEI**[i].

CDVIII. σ.

HORAMCVMPRIMAMCVMQVE
HORAMSOLESECVNDAM
PROLATAOCEANOLVMINAT
ALMADIES
VOXAVDITAMIHIESTTERBENE
MEMNONIA
VIATICVSTHEBAICOSFECIT
CVMAVDITMEMNONEMXIIKALIVNSERVIANOVIICOS
CVMASIDONIACALPAVXORE

[f] Succurrit hic memoriæ vir insignis Caius Petron. Mamertin., qui gener fuit Marci Aurelii, et consulatum gessit cum Rufo in an. U. C. 935. (P. C. 182.), sævitiam Commodi cum pluribus aliis expertus in an. post C. 190. Conf. *Hist. Antiq. Univ.* libr. III. cap. 22. Videtur ad hunc spectare Letronn. in *Recueil, etc.* vol. I. p. 131.

[g] Conf. seqq. in Gerrard. *Siglar. R.* ubi supra, pp. 16. col. 3., 45. 1., 47. 2., 48. 1., 49. 3., ex Diacono, Papia, Fabretto, etc.

[h] Vide Fasc. I. n. XXV. Eckhel. vol. VIII. p. 242. et pass.

[i] De hac scriptione conf. Gellii *Noct. Att.* IX. 14. extr. Exstat et in *Georgic.* I. 208. ubi vide not. Servii, et in *Metamorph.* III. 341. VI. 505. ubi obv. *fide* pro *fidei*.

Horam . Cum . Primam . Cumque . Horam . Sole . Secundam .
Prolata . Oceano . Luminat . Alma . Dies .
Vox . Audita . Mihi . Est . Ter . Bene . Memnonia .
Viaticus . Thebaicus . Fecit . Cum . Audivit . Memnonem . Undecimo .
Kalendas . Junias . Serviano . Tertium . Consule . Cum . Asidonia .
Calpa . Uxore .

Descripta de sinistro crure, verticique prægressorum, n. CCCLXXXII. adposita. Quidam Viaticus commemorat, exordio metrico usus, adventum ejus ad colossum cum uxore Calpa in an. XVIII. imp. Hadriani. Conf. CDVII. Reperio titulum inter Nordenianos[k] adusque v. 6. Dein ediderunt Girard., et Letronn. ex copiis Saltianis. Cuncta ad amussim *S.* in vv. 1–6. In 7. habet **THEPAIC.S**, quod mutandum vult Letronn. in *Thebaicus* vel *Heraclius.* Accipias prius, Græco more scriptum **ΘΗΒΑΙΚΟC**, *ad Thebas, Thebaïdem, pertinens:* erat nimirum Viaticus civis Romano-Ægyptius, meminitque patriæ ut Petronianus in CCCXC. 3., Heliodorus, in CCCXCI. 2. Nomen conjugis satis declarat originem ejus, Asidonia (*a Sidonè*) Calpa (*κάλπη*). In 8. med. *S.* **KIL**, dein recte **IVN**, quod *L.* mutatum vult in **IAN**, vetante lapide.

Ad v. 2. s. conf. Avien. de Luna; *Scandit, et aerias quarta face luminat oras*[l]. In 4. obv. *alma dies*, ut *alma lux*, *alme sol*[m]. Dein Statiana sunt; *Exuit implicitum tenebris humentibus orbem Oceano prolata dies*[n]. In v. 5. videtur in suo *ter bene* extulisse pedestrem formulam *feliciter*, et ad id vertisse Græca, *τρισευτυχῶς*, v. *τρισευδαιμόνως*. Conf. supra, CCCXCVII. infr. CCCCIX.

[k] Itin. Ægypt. ubi supr. Girardi loc. est *Descr. de l'Egypte*, tab. LV. n. 42. Letronn. ubi supra, p. 40. n. XXXII. tab. n. 37.

[l] Vide et *Prognost. Arat.* 127. Pariter obvia vox est apud Capell. I. p. 17. Apul. *Metam.* XI. p. 274. Bipont. Prudent. περὶ στεφ. II. 127. IX. 192., quam vero improbat Ruhnken., exsulare jubens e Paterculo suo, II. 35. 1. Cf. not. ad loc.

[m] Conf. *Æneid.* I. 306. *Carm. Secular.* 9.

[n] Achilleid. II. 287. s.

CDIX. T.

M ∘ VLPIVS ∘ PRIMIANVS	*Marcus . Ulpius . Primianus .*
PRAEF ∘ AEG ∘	*Præfectus . Ægypti . Sexta .*
VI ∘ KAL ∘ MARTIAS ∘ D	*Kalendas . Martias . Domino .*
ROCOSITERVMHORA	*Nostro . Severo . Consule .*
DIEISECVNDAAVDI	*Iterum . Hora . Diei . Se-*
VIMEMNONEM	*cunda . Audivi . Memnonem .*
BIS ∘ FELICITER	*Bis . Feliciter .*

Descripta indidem, subter prægr. CDVII. proxime supposita. Memoriæ traditur adventus Præfecti Primiani in anno II. imp. Septimii Severi, in quo consulatum secundum gessit cum collega Albino Cæs., h. e. U. C. 947. (P. C. 194.). Ediderunt Pocock.[o] dein Letronn. ex Saltio. In vv. 2. 3. optime explevit lacunam, litteris penitus absumptis ortam, Letr. ex tit. Elephantin. Girardi[p], *Domino . Nostro . (Imperatore) . Severo.* Accepi libens. In v. 7. decurrit **FELICITER** sicut in CCCXCVII. supra. Cf. argum. prægress.

De litteris minoris moduli quas descripserat *S.* post **AVDI** in v. 5. sententiam protulit *L.*, probabilem sane cuivis, ipsi non autoptæ, eas fuisse a Præfecto adjectas post titulum contextum in spatio quod solum fuerat relictum: ideo in minusculis adnectendas clausulæ curavit. Sed monimentum tractanti res in propatulo est: lapicida, parum curiosus memoriæ alterius cujusdam qui locum inviserat super inscriptionem ejus Primianam inciderat, relicto intervallo in quo obvia sunt seqq.

LINO	*- - - - - - lino,*
TEGIGRATIAS	*et ? egi gratias.*

[o] Ubi supra, p. 103. tab. XXXIX. ad verticem. Loc. Letronn. est in *Actt.* etc. p. 47. n. XXXVII. tab. n. 23. Conf. et libr. viri erud. *Recherches pour servir*, etc. p. 264.

[p] Scil. *De Nilometro Elephantin.* cit. in

Erat nempe cujusdam qui cum (Paulino? Messalino? Marcellino? etc.) advenerat et Memnone audito grati animi memoriam post se reliquerat, caducam sane brevique digniori cessuram.

CDX. *v.*

VNONASMARTIAS	*Quinto . Nonas . Marti-*
FELIX · AVGG · LIBERTVS	*as . Felix . Augustorum .*
PROCVRATOR VSIACVS	*Libertus . Procurator .*
HORAPRIMA · SEMIS	*Usiacus? . Hora .. Pri-*
MEMNONEM	*ma . Semis . Memno-*
AVDIVIT	*nem . Audivit .*

Descripta de crure dextro, in meditullio posita, proximeque subter nostrum CCCLIX. supr. Felicem, procuratorem, advenientem coram Memnone commemorant.

Edidere Pocock.[q] et ex Saltianis Letronn. Menda prioris sunt, in v. 1. **V.NIANAS MARTIAS**, quæ sustulerat jamdudum cl. Brotier[r]. In v. 2. **AVG CLIBERTVS**, quæ expedivit idem *Augusti collibertus*. Medicinam admovet inspectio lapidis, *Augustorum*, h. e., statuente Letronn. *Severi* et *Caracallæ:* hoc et ob compendiose scriptum **AVGG**, quod, saltem in nummis, nusquam ante ætatem Severi comparet[s], et quia hac recentiores nulli in monimento conspiciuntur tituli. In v. 3. *P.* in fin. **VSILCVS**. Ingeniosa est explicatio Letronnii, Οὐσιακός, quum procurator οὐσιακός fuerit ἰδίου λόγου, *rationis privatæ*, *du domaine de l'Empereur*. Conf. infr. CDXV.

Recherches, etc. p. 265. ubi conf. Cailliaud. *Voyage à Méroé*, tom. III. p. 387.

[q] Ubi supra, p. 102. tab. XXXVIII. med. Edidit Letronn. in *Act.* etc. n. XXXIX. tab. lithogr. 50.

[r] In loc. supr. cit. Tacit. *Annal.* II. 61. (tom. IV. p. 379. Ed. Paris. 1819.).

[s] Conf. Eckhel. *De Nom. August.* in vol. VIII. p. 358. a.

11. 39. 41. et al. Re ipsa de libertis Cæsaris munera fiscalia obeuntibus tradit Strabo[t]: *παρέπονται δὲ τούτοις* (sc. Præfecto, Dicæodotæ, etc.) *ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα.* Cf. infr. CDXIV. a. 35. et Dion. de Augusto[u]: *τοὺς ἐπιτρόπους ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει.* Ceterum conjeceram h. l. ipse **PELVSIACVS** ex intervallo in lapide, quod et Saltius expressit. Novimus ex siglario[v] **PROC·ALEX·PELVSI**, scil. *Procurator Alexandriæ Pelusiacæ*, qui nimirum ibi exercuit ministerium ejus fiscale. In nostro possit fuisse *Proc. Pelusiac.* qui apud Pelusium ipsum degebat.

Liquet ex supra dictis ætatis tituli limitem esse U. C. 951. (P. C. 198.), in quo anno Antoninus salutatus est *Augustus*.

CDXI. *φ*.

MEASQVOQVEAVRESMEMNONISVOXINCIDIT
ENNOMENADNECTOQVOQVEVATEMMAXIMVM

Meas . Quoque . Aures . Memnonis . Vox . Incidit .
En . Nomen . Adnecto . Quoque . Vatem . Maximum .

Descripta de parte media cruris lævi. Commemorat in senariis Maximus se a Memnone benigne fuisse exceptum. Exemplar Saltianum secundi perimit versum, scil. **NOMENNECTOQVOQVE**, etc.

Trochaici ejusdem apparent supra stantes, quos arbitror fuisse contextos quum jam secunda vice advenerit Maximus. Decurrunt ad hunc modum, quatenus vestigia litt. exarare potui:

[t] Libr. XVII. p. 1131. Ed. Oxon.
[u] Hist. Rom. LIII. 15.
[v] Gerrard. in Forcellin. Lond. 1828. vol. II. p. 58. col. 2.

MEMNONEMVATESCANO.VMMAXIMVSI
AVDITETDONATC/ME_ _MVSANAMC.R.E.TDEIS

Memnonem . Vates . Canorum . Maximus . Iterum . Adloquens .
Audit . Et . Donat . Camenam . Musa . Nam . Cara . Est . Deis .

Hic Saltii sunt **VATIS CANOEVM**[w] in primo, qui in secundo dipodias in v. med. 2. 3. explet incondito suo **CIMKMVSAM.** In minusculis meis tentavi *iterum* sub. fin. 1. ex indicio levi **I** in titulo; dein possis pro *adloquens* adsciscere *precans*, *obsecrans*, etc. In 2. med. succurrebat in primis **CARMEN**, quod versus respuit: tunc **CAMENAM**, quod amplectendum videtur. Sub fin. Saltiana magis suadent **CORDI** vel **CORDIEST**.

Inter describendum hærebam primo in **MVSANAM**, exspectato **MVSAENIM**. Certe in soluta oratione solœcum foret illud, quod tamen mecum reputans Maximo permisi, *ego nam videor mihi sanus*[x].

CDXII. χ. CDXII. ψ.

Descripta apud imam partem cruris dextri, invicemque adeo connexa ut una eademque serie locum postulare videantur. Maximus, Centurio leg. XXII., audivit primum, deinde Camillus brevi intervallo sequutus. Curavit ille, qua de causa ignoro, ut ad dextrum latus Camilliani inscriberetur alter titulus ad memoriam con-

[w] Epith. *canorus* est λιγυηχής, λιγύθροος, λιγύφθογγος. Bene respondent in n. CCCLXXI. 7. metr. Ὡς χαλκοῖο τυπέντος κ. λ. in quo loco respicere debebam ad notissimum Δωδωναῖον χαλκεῖον, de quo adeas Plin. XXXVI. 19. 9. et Servium ad *Æneid.* III. 466. *Canorus* est quoque in titt. CCCLXXXI. 1. CCCXC. 2. αὐδήεις, φωνήεις, quæ pulcre expressit Juvenal. in *Sat.* XV. 5. *Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ:* Pausan. in I. 42. 2. fin. de Memnone: τὸ δὲ λοιπὸν κάθηταί τε καὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ, καὶ τὸν ἦχον μάλιστα εἰκάσει τις κιθάρας ἢ λύρας ῥαγείσης χορδῆς.

[x] Horat. *Sat.* II. 3. 302. cf. vv. 20. 41.

CLAVDIVSMAXIMVS 7	*Claudius . Maximus .*
LEG · XXII · AVDI ·	*Centurio . Legionis .*
MEMNONEM · HORAT	*Duoetvicesimæ . Audi-*
CAMILLVS	*vi . Memnonem . Hora .*
HORAPRIMA	*Prima . Camillus . Ho-*
SEMISAVDIVI	*ra . Prima . Semis .*
MEMNONA	*Audivi . Memnonem .*

servandam adventus sui, qui ad hunc modum decurrit: **CLAVDIVS MAXIMVS = 7LHG XXII AVDIVI = HORAPRIMA.** Veritus est fortasse huc se conferentium injurias, et ne fama superstite fraudaretur hæc adjecit.

Conf. Pocock.[y] Norden. Jacobs. Walpol. Letronn. ex Saltianis. In v. 2. χ. legit *S.* XX. contra lapid., jure emendante Letronn. **XXII.**, quod et notes in altero quem expressi cum scriptione **LHG** pro **LEG**, spreta quantitate non minus quam orthographia: conf. scriptt. de Siglario[z]. Haud absonum videtur quod notavit Eckhel. de **II** pro **E**, idque non modo in nummis, sed et marmoribus[a], quum inveniatur aliquando **H** positum pro **II**, ut in **II . VIR**, quod scribere solebant et **H . VIR**[b]. Scientiam grammaticam nimirum minime callebant lapicidæ, qui specie vel sono decepti diversa invicem permutare solebant: ex. c. pro **H** Græcorum statuitur in CCCIV. supr. minusculum ejus in alphabeto Latino, sicut in nummis Justiniani II. obvium est in epigrapha Latina IhS, scil. nomen venerandum. Ceterum de leg. XXII. conf. supr. CCCLXX. CCCXCVI.[c]

[y] Ubi supra, tab. XXXVIII. ad ima. Loc. Norden. est in *Itin. Ægypt.* vol. II. p. 74. Jacobs. supr. p. 72. Letronn. in *Act.* etc. p. 67. n. LXVII. tab. n. 28. Edidit Walpol. tit. ψ in *Itin. Orient.* p. 596. Letronn. quoque, ubi supra.

[z] Vide Gerrard. ubi supra, p. 30. col. 2.

[a] Doctr. Num. Vet. VI. pp. 46. seq.

[b] Gerrard. *De Siglar. R.* p. 34. col. 1. ex Ursato.

[c] Silet de ea Dio in recensu legionum, LV. 23. Meminit Tacitus in *Hist.* I. 18.

In ✝. v. 1. *S.* **CAMILIVS**. Reperio et hoc notatum in adversariis meis, mutatum vero in lect. quam dedi, procul dubio inscriptione accuratius lustrata. Conjecerat Jablonsk. **CAEMILIVS**, *Caius Æmilius*, temere intruso **A**. De **Λ** in hoc titulo vide supr. CDVII.

CDXIII. *ω.*

Claudo seriem Memnoniorum fragmento quod descripsi de crure dextro, proximeque titulis Græcis supra editis, CCCLXX. CCCLXXX. CCCXCI.

MINEBRVTO
AVRIBVSIPSEMEISCEPI
SVMSIQVECANORVM
PRAEFECTVSCLE . OR . M
5 **PRAEFECTVSITEM R**
CR\STILIVSQVINTILIA

Solum quod ex his eruere queo est, quod Caius Rustilius Quintilianus, Præfectus (ut videtur) oræ maritimæ, audiverat Memnonem. Effluxerat omnino caput tituli quod ex heroicis constabat, sed ex epith. **BRVTO** in v. 1. possis fortasse conjicere meminisse scriptorem *vocis inarticulatæ* (*ἀνάρθρου φθέγματος* in CCCLXXXIV. 5. metr.) Memnonis dimidiati. Hinc expleverim, *modulamine bruto*. Quæ præiverant, non nisi sensu generali capto potes instaurare. In 3. Memnon vocatur *canorus*, ut supra in trochaicis, p. 306. ubi conf. not. In 4.

55. III. 18. IV. 24. V. 1. h. e. in an. P. C. 71. quum eam adduxit Ægypto Titus ad prosequendum bellum Judaicum. Conf. Gruter. *Inscr.* p. DXXV. 2. Illustrat quoque annales ejus marmor *Veterum Castrorum* ab Altingo editum in *Notitia sua German. inferioris antiq.* p. 32; moneta insuper Patrensis in Eckhel. II. p. 257. b.

Conf. Brotier. *Exc. ad Tacit. Hist.* II. 6. et dissert. singular. Wieneri *De Leg. Roman.* XXII.

video Saltiana fuisse **PRAEFECTVSQVEORVM** quæ sensu cassa sunt. Lapis vetat vel **EQVITVM** vel **CASTRORVM.**, suadere potius videtur quæ expressi, unde prodeunt lectt. *classis* (vel *classi*) *et oræ maritimæ*, de qua præfectura adeas Dion. XLVII. 12. XLVIII. 17. conlato Paterculo, II. 73. 2. Hinc in nummis Sexti (Eckhel. VI. p. 28. b.) **PRAEF. CLASS. ET. ORAE. MARIT.** Cf. et Pitisc. *Antiqq.* tom. III. p. 56. a. De præfectura in v. 5. nequeo quid certi decernere ex frustulo quod superest. Hic Saltius habet **REI.** Erat fortasse **REMIGVM**, et sic alteri congruum. Nomen in v. 6. gravia fuerat passum: conjeci in secundo **RVSTILIVS.** Exstiterat apud Romanos *Gens Rustia*, unde *Rustilla* vel *Rustilia*. Saltius hic habet **CYSTILIVS**, quasi fuerit *Cestilius*, a *Cestio*.

Ex his ita statutis possis fortasse eruere seqq.

Memnonium . Sonitum . Fractum . Heu . Modulamine . Bruto .
Auribus . Ipse . Meis . Cepi . Sumsique . Canorum .
Præfectus . Classis . Et . Oræ . Maritimæ .
Præfectus . Item . Remigum .
Caius . Rustilius . Quintilianus .

APPENDIX OASENORUM.

LIBYA. Ⲫⲁⲓⲁⲧ. ال لبة.

OASIS THEBAICA. Ⲟⲩⲁϩⲉ Ⲡⲥⲟⲓ, quæ et Ⲙⲁⲛ̄ⲡⲁⲙⲟⲩⲛ. الوح الخرجة.

HEBI. Ϩⲉⲃⲓ. الخرجة.

CDXIV. a.

Descripta de fronte orientali primi propylæi ædium grandiorum plus minus II. mill. pass. caurum versus ab oppido *El Khardjeh*[d] distantium. Ætas statuitur in vv. 6. s. scil. an. IX. imp. Claudii, *Mechír* 9. h. e. U. C. 802. (P. C. 49.). III. nonas Februarias.

Commemorantur in hoc titulo litteræ a Præfecto Capitone missæ ad Posidonium Strategum Oasis Thebaicæ[e] (vv. 2–13.), in quibus

[d] Scil. metropole hodierna Oasis Thebaicæ; antiqua, *Hebí* (vox Coptica pro *aratro*) vel *Hibé*, videtur fuisse posita ubi nunc obviæ sunt parietinæ spectabiles templi et necropolis. Cf. Wilkinson. *Topogr. Theb.* pp. 360. s.

Præiverant in his tractibus visendis Poncetius (an. 1698.), Brownius, Cailliaudius, Edmonstonus, Hennikerus, Hydius, Hoskinsius. Libri Hoskinsiani utilitatem inter visendum maxime percepi.

[e] Oasitæ, in partitione ditionis Ægyptiacæ, Heptanomidi adjungebantur, quarum tamen Grandior nominata est *Thebaica* ob positionem ejus geographicam, nempe intra parallelos Ægypti superioris 24°–26° clausam.

Memorantur a Ptolemæo (IV. 5.) Ὀάσεις, μικρὰ et μεγάλη, et sic in *Notit. Imper.* c. XX. Tres recenset Olympiodorus apud Phot. in *Bibl. Cod.* VIII. p. 192. Poterat plures; nam inter Minorem (Ⲟⲩⲁϩⲉ Ⲡⲉⲙϫⲉ)

[*To face Page* 310.]

ΠΟϹΕΙΔωΝΙΟϹΟϹΤΡ *βαΐδος.*
ΤΗϹΠΕΜΦΘΕΙϹΗϹΜΟ *γεμόνος*
ΕΠΙϹΤΟΛΗϹϹΥΝΤωΙ *άγ-*
ΜΑΤΙΤΑΑΝΤΙΓΡΑΦΑΥ *ἰδό-*
[ΤΕϹ] ΑΥΤΑΚΑΙ [ΕΥΓ *ντίον τοῖς προσ-*
[ΤΕΤΑΓΜΕΝΟ] ΙϹΠΟΙ *ν Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος*
ϹΕΒΑϹΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙ *Νεvείῳ τῇ ἐννάτῃ, Γναῖος*
μάλιστα κ. τ. λ.

ΞΗΚΟΝΤΑΕΙϹ
ΡΟΝΠΡΟϹΤΙ
ϹΘωϹΑΝ
ΠΕΙΝΠΑϹΙ
ΚΑΤΑΑΜΦΟΤ
ΚΑΙΤΟΙϹϹΤΡΑ
ΠΗΡΕΑϹΤω
ΗΔΗΙΠΡΟΛΕΓωΙ
ΤωΝΕΙΚΑΙ
ΙΝΟΙΤΟΤΕΑΚΟΥϹΑΝ
ΦΕϹΘωϹΑΝΤΑ
ΕϹΜΑΤωΝ
ΠΟΛΙΤωΝ
ϹΥΝΜΟΙΜΕΤΑ
ΤΑΕΓΡΑΨΑΠΡΟϹΤΟ
ΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΟΥΟΛ

præcipit ut coerceatur licentia effrenis militum, etc. in Nomo versantium ad res publicas exsequendas, vetita omni ex parte illorum exactione aut acceptione rerum necessariarum sive evectionis nomine sive alterius alicujus causæ, nisi per diplomata ab ipso habita (15–25.): transeuntes porro per Nomum tecto dumtaxat accipiendos statuit, nihilque præter quæ præscripsit Maximus commoditatis causa

quæ a Mœride lacu propius abest, inter parall. 28°. 29°., Majoremque (*Thebaicam*) interjacet Oasis dicta *Trynithis*, amplitudinis sane in æquore arenoso vix discernendæ. Dein est Oasis ultra Thebaicam ad occidentem posita, exinde ab Arabibus dicta وادي الغرب, necnon الدخل, cujus notitiam debemus in primis Edmonstono, in *Itiner.* pp. 44. ss.

Celeberrima omnium manet السيوا ubi etiam nunc cernuntur rudera ædium Hammonis cum fonte solis sepulcrisque subter solum excavatis. Ad hanc respicit Plinius in v. 9. 3. mentione facta *Nomi Hammoniaci* tendentis ad *Hammonis Jovis oraculum:* deinde in § 5. Conf. Diodor. XVII. 5. (ex quo Curtius sua in *R. G. Alex.* IV. 7. 20. ss.), Herodot. IV. 181. s., atque ex hodiernis, Brown. *Itiner. per Nubiam*, pp. 14. ss. Rennell. in op. *System. Geogr. Herodot.* tom. II. p. 230. Bougainvill. in *Commentar. Acad. Inscr.* tom. XXVIII. pp. 302. ss.

Hos revoco inter numero pæne infinitos. Non vero prætermiserim Strabonem breviter rem de Oasibus attingentem. In primis (II. 5. p. 208. T.) viva similitudine usus Libyam cum habitaculis suis pantherinæ pelli comparat: κατάστικτος γάρ ἐστιν ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. Deinde, maculas in pelle, οἰκήσεις, appellari ab Ægyptiis Αὐάσεις, voce Coptica nimirum inflexionem Græcam induente. Postmodum in tractatu speciali de Ægypto (XVII. 1. p. 458.); Κατὰ δὲ τὴν Ἄβυδόν ἐστιν ἡ πρώτη Αὔασις (Thebaica) ἐκ τῶν λεχθεισῶν τριῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, διέχουσα ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτὰ ἐνθένδε δι' ἐρημίας, εὔυδρός τε κατοικία καὶ εὔοινος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἱκανή· δευτέρα δ' ἡ κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην· τρίτη δ' ἡ κατὰ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Ἄμμωνι· καὶ αὗται δὲ κατοικίαι εἰσὶν ἀξιόλογοι. At conferenda hisce quæ de exsule Timasio scripsit Zosimus in *Hist. Imp.* p. 787.

De voce Αὔασις conf. Schweighäus. ad Herodot. III. 26. 4. et in nota citatum Langlès. *Appendic.* II. *ad Itiner. Hornemann.* t. II. pp. 343. s. Copticam videntur conservasse Arabes in sua pro *solitudine;* ex. c. Abû 'l Fedá, *Descr. Ægypt.* p. 8. دمنهور الوحش, *Damanhûr deserti.* Habent et الوحّ pro eadem. Ipsa vero οἴκησις est الوح, aliquando الوادي.

Quæ ad rem physicam Oasium pertinent, in primis geologicam, tractata a Wilkinsono reperient legentes in *Mor. Ægypt. Antiq.* vol. IV. pp. 118–120.

exigere debere (25–27.): immo multandos contra hanc ordinationem peccantes decuplo ejus quo Nomum fraudaverint, quadruplo ex bonis eorum deferenti dato (27–30.): dein, quo rectius ordinentur cuncta, jubentur Scribæ Imperatorii cum officiis iis subordinatis rationem inire summarum quæ a Nomo fuerint impensæ, et pro deletis habere cunctas præter constitutum exactas, multatis quoque rationes conficientibus singillatim sexaginta denariis (31–34.): post hæc præcipitur iis qui in Thebaide constituti sunt ad rationaria purganda, ut ad Basilidem, libertum Cæsaris, mittant contrascriptum rationum cum ipsis qui eas confecerint, qua occasione usum se omnia inique relata vel exacta ordinaturum pollicetur Præfectus (34–37.).

Ediderunt Cailliaudius[f], Saltius ex schedis Hydianis, Edmonstonus, Hoskinsius, ex quibus sequentia præcipue deligenda judicavi. In v. 1. suppleverat in primis *Letr.* (scil. in *Journal des Sav.*) Ὀάσεως Θηβαΐδος, nempe ex CDXV. 1., quod postea in edit. itin. Cailliaud. omisit. Certe in lapide non apparent, ne vestigia quidem. In 3. med. dedit *Hyd.* **ΥΠΟΤΕΕ**, etc. In 4. *id.* in init. **ΤΑΑΠ.ΓΡΑΦΑ**, dein **ΤΜΕΙΝ**. In 5. *id.* **ΑΤΑΚΙ..ΟΙΘΗΤΕ**. Hic aberravit omnino ingeniosissimus *Letr.*, propiora vero *Young.* αὐτα καταvoηθῆτε, *Anonym.* αὐτοῖς ὁμονοῆτε. In 6. init. explet. *Letr.* προσήκουσι πάθητε. *Young.* ἐγχειρίζητε, omisso deinde ἐπι. In med. *Hyd.* **ϹΠΙΗ.Ο**, ubi manifestum est **ΕΤΟΥϹ**, pro quo tamen *Anon.* sigl **L**. Observes

[f] Conf. *Voyage à Méroé.* tom. III. pp. 388–393., ubi dedit Letronnius in minusc. et cum versione, suppletis lacunis. Ediderat antea v. d. in *Journ. des S.* Nov. 1822. pp. 671-674. Edit. Salt. est in *Diar. Classic. Lond.* t. XXIII. pp. 365. 370., Edmonston. in libr. *Journey to two of the Oases*, pp. 99-105., cum instauratione Youngii, dudum apud Glasguenses Professoris Litt. Græc. Hoskinsii locus est in op. *Visit to the Great Oasis*, pp. 315–319. cum versione in 335–337., subjecta porro comparatione inter apographum suum et minusc. Letronnii et Youngii. His subinde contuli instaurationes cujusdam Anonymi in *Diar. Class.* t. XXXII. p. 360. cum adnotatione subjecta editas.

quoque **ENATOY**, formam ordinalis recentiorem. In 7. init. erant indicia satis clara in lapide nominis (non *tituli:* cf. Fasc. II, nn. CVIII. CLIII.) *Germanici.* Dein *Hyd.* **ΔΥΤΟ**, etc. **ΜΕΧΕΙΟ. Ξ.** In 8. init. supplet *Letr.* Οὐεργίλιος, *Young.* Οὐαλέριος. Vide infr. v. 14. Post lacun. *Hyd.*, ut in prægr., **ΗΤΩΝ**, dein **ϹΤΡΑΤΗΓΟΙ.** In 9. med. *Hyd.* **ΤΗϹΠΟΛΕΩϹΩΙΟ. ΘΗΚΑΔΙΑΤΧΜΑ.** Hæc *Letr.* rectissime, Χαίρειν· ἐκ τῆς πόλεως τόδε ἐξέθηκα, etc. Nihil tentavit *Young.* A justo omnino aberravit *Anonym.* In 10. post lacun. *Hyd.* **ΡΟΩΨΑϹ**, et in fin. **ΟΥΝ. ΕΕΜ.** Hic *Anon.* ὅλῳ ἔθνει καὶ ἰδίᾳ διασαφῆναι. Apud *Letr.* decurrit vs. in *J, des Sav.*, τοῦτο καὶ ἔπεμψά σοι. Βούλομαι οὖν τοὺς ἐθνάρχας ἐν τῇ μητροπόλει κ. λ., quæ in edit. *Cailliaud.* Βούλομαι οὖν σε ἐν βραχεῖ χρόνῳ. Intacta reliquit *Young.* In 12 post init. lacun. *Hyd.* **ΝΑΥΠϹ**, etc. nempe αὐτῆς: neque hoc solœcum est, quanquam præiverit Νομοῦ, nam intelligitur Ὀάσεως. Sic in *Iliad.* π′. 280. s. φάλαγγες ἐλπόμενοι, et in *Agamemn.* 119. s. Βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν Βλαβέντα λοισθίων δρόμων. Vide Matth. *Ausführl. Gr.* § 434. 1. Dein. *Hyd.* **ϹΑΦΕΟΙ.** In 13. init. *Id.* **ΚΑΙΡϹ.ΤΙ. ΑΗΝΑ.** Hic descripserat *Caill.* **ΜΠΟΛΤΙ ΑΜΙΑΓΟΝΠΤΑΙ**, unde *Anon.* μηδένι ἀμνημονῆται. *Letr.* in *J. d. Sav.* ἵνα παντὶ πολίτῃ δῆλα γένηται, etc. in *libr. Cailliaud.* ἐγκεχαραγμένον, ἵνα γένηται τὰ ὑπ' ἐμοῦ σταθέντα φανερά. Expedivit *Young.* καΤΑ στΗλην· ἁ γενηται ταχα ΕΠ' ἐμου. In 14. init. *Caill.* **ΓΜΑΙΟϹΟΥ... ΛΙΟϹ.** *Edmonst.* **ΙΟΥΛΙΟϹ**, quod integrum reliquit *Young.* *Anonym.* ex *Caill.* **ΛΟΥΚΙΛΙΟϹ**, nomen ejus nimirum qui damnatus fuerat coram Patribus in an. Tiberii imp. x. h. e. U.C. 776.[g] Sed in hoc titulo, sicut patet ex v. 6. s., agitur de *Claudio*, non de *Tiberio*, quod mira hallucinatione opinatus est *Anonym.* Ideo in hoc loco concidit tota ejus argumentatio. Inter lectt. **ΙΛΙΟϹ** et

[g] Conf. Dion. LVII. 23. fin. Tacit. *Annal.* IV. 15.

INIOC (hoc tamen prælato) ambigendum reor, et sic in codd. Tacit., ubi memoratur quidam *Capito* (noster fortassis) partibus Flavianis adstrictus[h]. In fin. v. *Hyd.* **HΛEΠEI.** In 15. sub init. *Hyd.* **MEM.** in fin. *Young.* *παραλογιας*. Rectius *Letronn.* *παραλογισθεῖσας*. In 16. post med. *Hyd.* lacunam, **ΔWOTAIOEEOYCI.** Ult. *Caill.* **ΘΞO TWΛIE.** In 17. fin. *Hyd.* **ΛIBYWH**, quod *Caill.* **ΛIPOYWΛI**, unde *Anon.* ineptissime Νεουτῶν. Emendatius dedit *Letr.* ab Hydiano edoctus. In 18. sub fin. *Caill.* **ΛIΔΔPCΔZONTWN**, *Hyd.* **TINΔAP. ZONTWN**, *Anon.* *διαδικαζόντων*. In 18–19. *id.* **AΔOWC.** Erat **AΔEWC**, quod et senserunt *Caill.* et *Anon.*, vox bonæ notæ, *secure*, Anglice *recklessly:* conf. Herodot. IX. 109. *m.* Demosth. *Olynth.* I. p. 16. 18. Reisk. Posuit *Young.* *ἀπλως*. In 19. init. levissimi sunt errores *Hyd.* In med. *Caill.* **XPCAIC---NOMENA**, quorum illud exposuit *Anon.* *πορείαις*, fortassis ex Xenophonteo infra citando. Atqui manifesto indicantur *οἱ ἐπὶ ταῖς χρείαις*[i], quales erant *Officiales*, *Statores*, etc. In 20. init. *Hyd.* **EONIAC**, in fin. **CINAI.** In 21. med. *id.* **ANWAPEIWN**, sub. fin. **KEΛYWN.** Apud Persas Ἄγγαροι erant nuntii seu tabellarii Regum, qui ad certas stationes dispositi mandata ab iis perferebant. Munus erat *ἀγγαρεία*[k]. In 22. sub fin. *Hyd.*

[h] Tacit. *Hist.* III. 77. IV. 3. Favet monimentum notato ab Ernestio ad primum horum, scil. Capitonem fuisse *Verginiorum* cognomen. Ideo in utrisque recepit *Verginii.*

[i] Conf. *Discip. Cyr.* v. 3. 28. Σὺ δὲ, ὦ Εὐφράτα, ὃς ἄρχεις τῶν ἐπὶ ταῖς μηχαναῖς, οὕτω ποίει. Construct. in LXX. est ut plurimum cum genitivo: ex. c. Apocr. *Judith.* XII. 10. *Maccab.* I. 10. 37. 41. et cf. Elsner. *Obs. Sacr.* I. p. 389.

[k] Conf. Herodot. III. 126. et not. Wesseling. in Ed. Schweigh. t. v. P. 2. p. 127. Dein, VIII. 98. De muneris ratione, *Inst. C.* VIII. 6. 17. s. Hinc notes tractam imaginem præclaram Æschyli in *Agam.* 273. Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς Ἔπεμπεν.

Apud Persas hodiernos notabilis est vox انگار, *tabella rationaria*, unde انگارین, quæ luculenter conservant indicia veteris appellationis. Cf. Relandi *Dissert. de vet. ling. Pers.* VIII. pp. 125–138. et Albert. ad Hesych. t. I. col. 37.

ΑΙΗΠΗϹΙϹΚΑΙ[1]. In 23. init. *Letr.* in *J. d. Sav.* *μετάτορας*, quod rectius exhibuit in libr. *Caill.* In med. *Caill.* ϹΚΑΤΟΛΤΧΧΔϹ. In fin. *Hyd.* ΤΟΥΟΑΔΙ, ubi *Young.* ex *Edmonst.* *λοιπους*. In 24. levissime erravit *Hyd.* Ἀγγαρεύειν sub fin. est *præstare officium angari*, scil. *tabellarii:* cf. v. 21. Hoc vetat Pr. nisi codicillo ab ipso accepto. In 25. med. *Hyd.* ΕΧΟΡΕΙΝ. Credidi aliquando designatos fuisse in hoc versu eos apud quos deversaturi erant *οἱ ἀγγαρεύοντες*, qui et ipsi codicillos (*διπλώματα*) acceperant, ita vetito incommodo accipiendi *δέχεσθαι* in sensu passivo; sed in Græco-Ægyptio hoc videtur

His apud Romanos respondebant *Tabellarii: Evectiones* seu *Codicilli* erant *Διπλώματα*, per quæ data est facultas cursu publico utendi. Cf. *Gloss. Manual. Halens.* t. III. p. 373. b. Hæc illustrant ss. *εἰ μή τινες κ. λ.* quæ et Plutarch. *Galb.* VIII. med. (Stephan. p. 1494.): *Τῶν δ' ὑπάτων οἰκέτας δημοσίους προχειρισαμένων τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ Αὐτοκράτορι, καὶ τὰ καλούμενα Διπλώματα σεσημασμένα δόντων, ἃ γνωρίζοντες οἱ κατὰ πόλιν ἄρχοντες ἐν ταῖς τῶν ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ἐπιταχύνουσι τὰς προπομπὰς τῶν γραμματηφόρων, οὐ μετρίως ἠγανάκτησεν, ὅτι μὴ παρ' αὐτοῦ καὶ σφραγῖδα καὶ στρατιώτας λαβόντες ἀνέπεμψαν.* Breviter Plinius in *Epist.* x. 14. (al. 65.): *Festinationem tabellarii, quem ad te cum epistolis misit, diplomate adjuvi.* Quantum expediebat hoc Trajano declarare apparet ulterius ex epist. 121. Nempe maximæ curæ erat Diplomatum ratio Cæsaribus Præsidibusque Provinciarum. Conf. epistt. 54. 55. ibid.

[1] De regimine militari Ægypti et dispositionem per eam copiarum cf. Strabon. XVII. 1. p. 432. T. Ceterum de Statoribus in h. l. memoratis pauca sunt monenda. Hi erant ministri publici magistratuum in provinciis qui in postico prætorii stabant ut præsto essent ad mandata eorum perferenda; fere sicut Angari, de quibus supra: scil. *Couriers.* Conf. Cicer. *ad Divv.* II. 17. 19. x. 21. Ulpian. in *Digest.* IV. 6. 10. Hinc notes obiter proprietatem epith. in Petron. *Satiric.* CXXVI. ante med. *statores altius cinctos.*

Erant in singulis castris duæ centuriæ Statorum quibus præerant Evocati: hinc explicata habemus in monimm. STATORUM. EVOCATI, et CENTVRIAE. STATORVM. Ex. gr. in Gruter. p. CCLVIII. n. 9. Memoratur et STATOR. AVGVSTORVM in p. DC. n. 6. et in Pitisc. *Lexic. Antiqq.* III. p. 486. a. STATORI. PR. scil. *Prætorio.* Cf. Gruter. p. MXXX. n. 3. et Reines. *Syntagm.* Cl. VIII. n. 4.

De munere horum officialium in provinciis sublato, militibus in eorum locum suffectis, adeas Lamprid. in *Alexandr.* LII. Ulpian. ubi supra, I. 16. 4.

usu venisse: conf. CDXIX. 5. infra[m]. In 26–27. reddas: *neminem porro commodi specie utentes quidquam exigere præter ea quæ a Maximo constituta sunt.* Sic et εἰσπράττω in v. 28. Cf. supra CCXCVI. 7. infra, CDXV. 29. In 27. ante med. *Hyd.* **ΜΑΨΙΜΟΥ**, dein **ΟΑΝ**. De *præfecto* hic luculenter agitur[n]. Sequuntur verba ἐὰν δέ τις δῷ κ. λ. Nimirum in tabulis rationum relati erant sumptus quos quisque in publicum commodum erogaverat eo fine ut summam ex ærario acciperet. Hæc rationaria identidem ad examen revocare Scribas jubet Præfectus ut amoliatur omnis fraudandi occasio. In 29. init. *Hyd.* **ΕΡѠΙ**. *Anonym.* ἐγώ. Melius edocere debebat v. 30. Dein *Hyd.* **ΑϹΤΟϹ**, in fin. **ΜΗΝΙϹΑΝΤΙ**, Angl. *to the person who had lodged information.* In 30. sub med. *Hyd.* **ΤΕΤΗΑΠΛΑϹΕΙΟΝΜΕΙΟϹΔѠϹѠΙ**: hoc recte, innuitque degenerem factum sermonem, quod lapicidæ potius tribuerim quam litteras mittenti. In his decretis frequentissime obvium est; sic supra in v. 21. **ΚΕΛΕΥѠΙ**, et in CDXV. passim **ΜΗΙ**, **ΜΗΙΔΕ**, **ΚΑΤΕΚΡΙΘΗΙ**, **ΠΑΡΑΓΓΕΛΛѠΙ**, et sim. in Philensi supra CCCLVII. a. 2, **ΗΚѠΙ**. Hoc arguit penitus ignorasse homines usum legitimum litteræ tertio casui postscriptæ. In 31. init. *Hyd.* **Ο.....ΑϹΙΑ**, etc. Recte ordinavit periodum *Letr.* adusque 33. fin. ubi scripsit καὶ εἰ μή, **Χ̄** ἑξήκοντα. In prægressis pro ἀναγραφέσθωσαν, quod sine dubio verum est, intulit *Young.* ἀνορθωσαν (ἀνορθούτωσαν?). De Scribis Regiis conf. supra CCCLXXVIII. 1. Ceterum locus ante oculos insignis est, qui de munere horum quædam notatu digna complectitur.

[m] Euripideum potius imiteris in *Orest.* 46. s. Ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα. Ceterum dicitur στέγῃ per ellipsim pro ἐν τῇ στ· ut in *Hippolyt.* (Valcken.) χρυσέᾳ κόμῃ ἀνάδημα δέξαι, 81. s. Variatur sæpius præpos., ut in *Orat. De Corona*, p. 300. 1. R. εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ δέχεσθαι τὴν στρατιάν. In sacr. codd. cf. S. Luc. *Evangel.* XVI. 4. et ἐδέξαντο simpliciter in *Act.* XXI. 17. Adeas Schleusner. in voc. § 3.

[n] Quinam fuerit nondum mihi constat. Video *Maximos* a Tacito memoratos, Præfectum Germaniæ imp. Tiberio in *Annal.* VI. 4., et Britanniæ in IX. imp. Neronis, ibid. XIV. 46. Conf. *Hist.* I. 60.

Liquet eos in rebus fiscalibus Nomorum rite ordinandis versatos fuisse, ipsisque subordinata habuisse officia qualia hic enumerantur cum jurisdictionibus per rura majoribus vel minoribus assignatis. Appellatio Βασιλικοὶ manserat ab ævo Lagidarum, quorum reditus et rationaria hi ἐξόχως curabant: erat proinde honorifica: et jurisdictionem eorum patuisse per nomos totos, aliquando per duos invicem συνορίους, manifestum est ex titulo Memnonio supra citato[o]. In 32. init. *Hyd.* **Λ . . . ΕΙϹ**, intervallo minus recte constituto, et in 33. **ΠѠΠΡ** etc. deinde **ΑΛΛΟΤ . ΑΝΑΝΑΦΟΘѠΟΑΝΚΑΙϹ.** Hic supplementum intuli a Letronniano diversum, quod tamen se commendat. Erant *Eclogistæ* qui vectigalia, etc., percipiebant inque rationariis referebant: cf. vv. 28. 36. et in tit. CDXV. sæpius. In v. 34. init. *Hyd.* **ΕΞΗΚΟΝΤΕϹΙΔΟΤ** etc., magis inquinata in fin. **ΕΠΤ. ϹΘΗΒΑΙΔΕϹΔΙΑ . ΕΤΡΑΛΗ . ΟΡΟ.** Pessime *Caill.* **ΔΙΛΙΕΤΡΛΛΟѠ ΟϹΘΑ.** Descripsi ipse **ΔΙΑΤΕΤΡΑ.Η.Ο...**, unde tentavi διατετρανηκότες a τρανέω, *purum* seu *perspicuum facio*[p]. Hi erant *inquisitores*

[o] Addas Letronn. *Inscr. Ægypt.* p. 337. n. XXXVI. 6. et *Papyr. Leidens.* (Reuvens.) III. p. 38. cit. ibid. p. 374. not. Tales scribas ex hoc titulo liquet fuisse Νομογραμματεῖς, adpellatos vero Βασιλικούς, quia curabant τὰ βασιλικά, scil. virtute officii, nec minus honoris ergo. Hæc βασιλικὰ erant *vectigalia regia*, ut in LXX. ὀφείλημα βασιλικὸν καὶ τὰ ἐσόμενα βασιλικά. Conf. *Maccab.* I. 11. 34. et 15. 8. Concinunt seqq. in Rosettens. Τά τε βασιλικὰ ὀφειλήματα, ἃ προσώφειλον οἱ ἐν Αἰγύπτῳ κ. λ. Idem igitur sonat Βασιλικὸς Γραμματεὺς ac ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν, prorsus ut habet Papyr. Leidens. ὁ ἐπὶ τῶν προσόδων.

Ex his videtur constare Scribas regios habuisse jurisdictionem in rebus fiscalibus Nomorum, quod ipsum ex P. Leidens. collegerat Letronnius. Cf. pp. 342. ss. supra.

[p] Utitur voce τρανόω Philo in *Vita Moys.* II. (citante Stephano): Ἅπερ δὴ μόνα μάλιστα τρανώσειν ἔμελλεν ἐμφαντικῶς τὰ δηλούμενα. Erat et τρανίω. Th. τρανὸς conspicitur apud recentiores; ex. c. Plutarch. in *Sympos.* VIII. 10. 3. fin. Conf. LXX. in *Isai.* XXXV. 6. et Symmach. in XXXII. 4. cum Apocryph. *Sapient.* VII. 22. X. 21. Atticorum erat τρανής, ut in *Ajac.* 23., et in Æschyl. *Agam.* 1344. Eurip. *Electr.* 758. Adesp. *Rhes.* 40. τρανῶς.

rationum, quos nos appellamus *auditors of accounts*, quorum erat officium tabulas ad amussim revocare. Fortassis in hac voce phrasim Romanorum agnoscimus, *purgare rationes*[q]. Ceterum discessit *Letr.* qui in *J. d. Sav.* instaurationem prætulit *διατεταγμένοι πρὸς τὰ λογιστήρια*, et postea in libr. *Caill.* *διὰ τετραμήνου ἐφοράτωσαν τὰ λ.* In 35. fin. *Hyd.* **ΑΠΕΛΕΤΟΕΡΟΝ . . . Γ**, quæ ultima exponit *Letr.* *τὰ ἐκ τοῦ λογιστηρίου*, et sic auct. anonym. Basilides hic memoratus in historicis obvius est[r]. Vocatur *libertus Cæsaris*, nempe *Claudii*, quod contra Ernestium in loc. Sueton. cit. in nota facit. Ceterum quæstio de ætate ejus videtur haud leviter cruciasse scriptorem anonym., quæ tamen satis expeditur, ablegato errore ejus primario de ætate inscriptionis dudum notato ad v. 4. In 36. fin. *Hyd.* **ΠΕΜΠΕΤΟϹΑΝΙΝΕΑΝ . ΠΑ.ΤΟΔΙ.** Ex falsa lect. *Caill.* **ΟΕΑΝ** effinxit anonym. *ὅ, τι ἄν.* In 37. post in. *Letr.* primo *λελογισμένον*, dein in libr. *Caill.* *λελογευομένον* (*λελογευμένον* ?). In med. *Hyd.* **ΠΕΡΙΤΑΓΜΕΝΟΝ**, quod *Young.* *παρατεταγμένον*, et sub fin. **ΔΟΡΟ ωϹΟΜΑΙ**, quod Letr. in primis *διορθώσωμαι*, postea in libr. *Caill.* *διορθώσομαι*. Hoc recte[s].

[q] Conf. Sueton. *Calig.* XXIX. fin. Habent, ni falsus sim, Francogalli phrasim non absimilem, *apurer ses comptes*, ad quam accedit et noster vernac. quando de ratione finali loquimur.

[r] De hoc Basilide conf. Sueton. *Vespas.* VII. Tacit. *Hist.* IV. 82.

Fructus loci hujus maxime conspicitur, quod ope ejus narrationes, quæ commentantes adeo cruciaverant, invicem conciliantur. Docet nimirum fuisse Basilidi, regnante Claudio, locum spectabilem apud Alexandrinos, quem eum retinuisse, annis jam in senium vergentibus, fidei non absonum est.

[s] Tentaverat Letr. *διορθώσωμαι*, pro *conjunctione* sumpto *ἵνα*. Atqui est *adverbium;* rarius equidem, ut in hoc loco, *χρονικόν*, ubi vertendum est, *quo tempore*. Nec desunt exempla. Confert Hoogeven. in Ἵνα, § v. s., S. Johan. *Evang.* XII. 23. XIII. 1. Aristoph. *Nub.* 1235. s. ἵν' ἄν, etc. *quandocumque*, aliquibus vero, interque eos Dindorfio, clausulam relegantibus. Citat Passov. (*Enchirid. Gr.* I. p. 1112. s.) *Odyss.* ζ'. 27. *Œdip. Col.* 617. *Trachin.* 1137., notans vero quod doctrinæ penitus adversatur Döderlein. ad loc. *Œdip.*

CDXIV. b. CDXIV. c.

Ad fragmenta accedo quæ ab angulo septentrionali ejusdem propylæi disposita invicem excipiebant. Hinc serie continua cum anteeunte jungenda arbitrati sunt Edmonstonus, et Cailliaudii apographis usus Letronnius, notante viro docto; *La suite de décret* (nostr. CDXIV. a.) *formait une autre colonne, dont il ne reste plus que le commencement des lignes, etc.* Ideo in minusculis suis plene interpungitur post *διορθώσομαι* in v. 37. et procedit clausula, *Ὁμοίως δὲ βούλομαι κ. λ.* Frustula ipse in primis tractavi tamquam ab invicem et titulo grandiore seorsum posita atque ad diversam materiam spectantia: nunc vero ad schedas reversus peritissimique in litteris epigraphicis auctoritate motus optimum factu judicavi eundem cum illo tenorem conservare.

Litteræ pæne omnes in ambobus ad dextram partem insculptæ effluxerant ex monimento, quarum vix unam et alteram discernere potui, id quod operi describentis in sensu aliquo continuo exarando potissimum obstabat. Quoniam vero ex indiciis quæ restant in fragmento superiore colligendum videtur sermonem esse de sacrilegis quibusdam qui injuriam ædibus sacris intulerant, nempe, de audacter patrato facinore (4–11.), multa propter id indicta (12–14.), litteris ad strategos de injuriosis quibusdam missis, eo fine ut facilius deprehenderentur (15–18.), subinde mandato adjecto de pœna Nomi-

Equidem de proprietate Attica dubitandi locus est, at inter recentiores, potissimum sacros, res satis constat. Confert Glassius (*Philol. Sacr.* Ed. Dath. I. 5. *Can.* 8. fin.) S. Johan. *Evang.* XVI. 2. 32. *Epist.* III. 4., quibuscum jungit Schleusner. (in Ἵνα, § 6.) Callim. *Dian.* 12. S. Joh. *Evang.* IV. 34. VI. 29. VII. 29. *Epist.* I. 4. 17., necnon *Epist. ad Corinth.* I. 4. 3., quæ vero plura a re aliena censeo. Sed in nostro nemini ambigere datur, quum lectio vera procul dubio sit **διορθώσομαι**.

tarum qui remissiores se præbuerant contra maleficos (19–25.), conatus sum hæc omnia in tenore uno, qua potui, componere, permisso conlaborantibus de supplendi ratione judicio.

In frustulo CDXIV. c. tractando lippitudine me adhuc laborare sentio. Nequeo continuum aliquem nexum, qui penitus mihi arrideat, cum antecedente constituere. Videntur quædam proposita Stratego quæ correctione indigebant in re vectigaliorum de quibus adierant Præfectum legati a Nomitis missi, et remedia, ne amplius turbarentur mentes agros colentium, præscripta: verum adeo levia sunt indicia ut minime fidens aliquod supplementum perpetuum protulerim.

Edidit fr. *b.* in libr. Cailliaudii versu primo tenus nostroque CDXIV. *a.* adnexum, sicut dixi, Letronn.[t] Dederat Edmonst. integrum cum supplementis Youngii admodum inauspicatis: dein Saltius ex schedis Hydii, postea Hoskinsius, integrum uterque. Reperio fr. *c.* in libr. Edmonstoni[u] cum instaurationibus Youngii, et in Hydianis editis a Saltio. Ad vv. ll. nunc procedo.

b. In v. 1. *Hyd.* **Δ...ΛΟΜΑΙ.ΔΗΛ**, etc. Præfectum opinor hic loqui, qui videtur fuisse Capito memoratus in prægresso. Dicitur *Βούλομαι* ut illic v. 10. In 2. init. *Hyd.* **Π.ΟϹ**, *Hosk.* **ΠΡΟϹ.** In fine *Hyd.* **ΔΙ.** Videtur quid hic notatum de mercede sacerdotum, vel eorum qui in ædibus reficiendis operam præbuerant. In 3. *Hyd.* **ϹΚΕΠΑΕΤΙΚΟΥΟ**, quod et *Hosk.* cum **ΣΙ** in fine. Versus videtur respicere ad ornationem vel instaurationem tecti. Apud Alexandrinos obvia sunt *σκεπάζω, σκεπαστής, σκέπαστρον, σκέπη, σκέπω*[v]. In 5. init. *Hosk.* **ΓΑ.ΑΤΗΝ.** *Κύριος* est Imperator. Conf. CCCLXVII.

[t] Conf. *Voyage à Méroé*, ubi supra, p. 392. Loc. Edmonston. est in *Itin.* supr. cit. p. 102., Salt. in *Diar. Cl.* p. 367., Hoskins. in *Visit*, etc. pp. 322. s.

[u] Ubi supra, p. 105. Loc. Salt. est in *D. Cl.* p. 368. supra.

[v] Conf. Schleusner. *Lexic. V. T.*, tom. III. pp. 49–51., et in voc. *σκάλιστρον*, p. 47.

et al. Sic *Dominus* in Lat., ex. c. CCCCIX. 3. Dicitur et Κύριος Ἡγεμών, scil. Præfectus, ut in prægress. v. 2. sed hic de rescripto imperatorio agi credibile est. In 6. *Hyd.* ΕΤΟΛΜΙΙѠ.ΝΗϹΚΕ. In 7. *Hyd.* *Hosk.* ΛΑΜΒΑΝΟ. Continuatus videtur sermo de tecto quadamque ei detracta materia. In 8. *Hyd.* ΛΑΚΙϹΠΑ.ΛΤ. In fin. *Hosk.* Π..ΑΤΙ. In 9. *Hyd.* ΕΑΝΤΟϹΓѠ. *Hosk.* ΘΑΝΤΟΣ Γ. In 10. diserte memoratur προγραφή, eaque procul dubio Præfecti. Sic in CDXV. 8. προέγραψα ἀναγκαίως. In 11. *Hyd.* ϹΤΡΑΤΗѠΙ.ΓΙ. Cum v. 12. conferas prægress. 34. Multam hic indictam puto quæ in 13. videtur adpellari πρόστιμον (ut in Fasc. II. n. CLXXXVII. 7.) et in CDXV. 43. ἐπιτιμία. In 14. *Hyd.* ϹΟѠΕΑ, *Hosk.* ΣΟΩ ΣΑ. Conjecerim hic ἐνεχέσθωσαν, h. e. ἔνοχοι ἔστωσαν, *sunto obnoxii.* In 17. *Hyd.* ΚΑΙΤΟΙΥϹΤΗΙΔ. In 18. *Id.* ΠΗΡΕΑϹΤΟΥ. De ἐπηρεασταῖς et ἐπηρείᾳ conf. CDXV. 6. In 19. *Hyd.* ΗΔΗΠϹΟΛΕΓѠΙ. In 21. *Id.* ΝΟΙΤΟΤ..ΤΟΥϹΑ, quod *Hosk.* ΥΤΟΥΣΑ. In 22. *Hyd.* ΦΕΕΟΑ Η.Λ, *Hosk.* ΦΕΣΘΑΙ. In 23. *Hyd.* ΕΛΑϹѠ, *Hosk.* ΛΑΣΣΩ. Fortassis dicta sunt κουφοτελέσματα, ut in CDXV. 26. κουφοτελείαι. Pœna hic statuta videtur fuisse deletio nominum de tabulis inquibus relatæ sunt vectigalium remissiones vel levationes. In 25. *Hyd.* ΝΜΟΙΜΕΤΑ. In 26. *Id.* ΑΓΡ..ΑΠ.ΟΤΙΟϹϹϹ. *Hosk.* ΓΡΑΜΑ ΠΡΟΤΙΟΣ ΕΙ. In 27. *Hyd.* ΤΥΟΠΟΛΗΤΟΥΟΛΟΥΝΗ.

c. In 1. init. *Hyd.* ΑΙΑ.ΕΔΑΕΤΗϹ. In 2. med. ΨΕΥϹΑΜΕΝΟΥΕ. Videtur anteisse ἐξελέγχειν, scil. potestate data aliquibus convincendi eos qui in actione quadam coram judicibus falsa testati fuerant. Conf. verba in tit. prox. v. 58. extr. In 3. init. *Id.* ΠΕ..ΒΙΤΑΕ. Hos legatos fuisse qui a Nomo (ex. c. Oasita) Alexandriam profecti fuerant ad mentem exquirendam Præfecti de incommodis quibusdam, ex. gr. fraudibus publicanorum. In 4. *Id.* ѠΗΛΟϹѠΝΑΝΑΓ...ΙΝΕ. ΙΚΕ. In 5. ΜѠΙΦΥϹΠΕΜΠΕΙΝ.ΜΟ.ΤΙΚΑΙ. In hoc ΜѠΙ erat fortasse ΝΟΜѠΙ in integro. In 6. *Id.* Ο.ΛϹΙΑϹΔΗΝΚΑΙ.ΗϹ. Hæc ad finem

usque videntur spectasse ad exactionem vectigalium. In primis ἐσ-σίασαν revocat ccccxv. 40. 41. 52., scil. turbas populares ortas malis artibus percipientium tributa, etc. In 7. *Hyd.* **ΔΟΝΑΙΙΝ ΔΙΑ..ΓΙΕ.** Res rationaria hic innuitur, cui cohæret mentio dis *privatæ rationis* (ἰδίου λόγου) facta, immo rationarii ipsius (λο-στηρίου) in 9. Conf. ccccxv. 36. 38. In 9. *Hyd.* **ΗΜΑΔΟΓΟΥ ΙΗΙΩ.** In 10. **Τ. . ΝΔΙΩΙΛΟ.** In 11. sub f. **ΠΡΟCΕ.** In **ΟΑΡΕCCΕΡ.** In ult. **Ω . ΑΧ . ΤΑ.** Conjeceram hic in primis ἀχθέ (cf. ccccxv. 50.) secundum Hydianum: sed intervallum, qua mini, vetat. Conferenda videntur huic loco proximi vv. 56. s. *θαῤῥο-τας--- κατοικεῖσθαι, καὶ προθύμως γεωργεῖν τοὺς ἀνθρώπους.*

CDXV. d.

Descripta de eodem propylæo cum prægressis ædium grandioru deo tutelari *Amûn* sacratorum, prope *El Khardjeh*, cujus parastade septentrionalem[w] totam fere cooperiunt. Duplex occasio in hac inscri-tione memoratur: prima est litterarum ad Demetrium Strategu Oasis Thebaicæ per Alexandrum Præfectum Ægypti missarum secunda, contrascripti harum apud Oasenos[x] declarandi. Tempo

[w] Hoc accurate statuerat Hoskins. ubi supra, p. 94. Dixerat Edmonston. *latus orientale*, quod oportuit, *latus septentrionale frontis orientalis.* Sed hæc levicula sunt. Satius est observare quod ante frontem orientalem templi exstant rudera trium propylæorum invicem disparium, et de primo *adeuntibus* hic agi, ut et in argum. supr. CDXIV.

De hoc templo religioni *Amûn* sacrato, a quo Oasis ipsa dicta est *Ma-n-Amûn*, h. e. *regio Ammonis*, conf. Wilkinson. *Topogr. Th.* p. 360.

[x] Manifestum erit legentibus quod in hoc titulo et prægresso de regimine politico præfecturæ *communiter* agitur: exinde probabilem conjecturam init Letronn. manere adhuc contrascripta parietinis templorum obruta, quæ fortasse aliquando in lucem prolatura est indefessa explorando peregrinantium diligentia. Utinam! Conf. not. in *J. des Sav.* ubi supra.

singillatim sunt, an. I. imp. Galbæ, 12. mens. *Epiphi*, h. e. U. C. 821. epoch. nostr. 68. Prid. Non. Julias, et II. imp. Galbæ, 1. mens. *Phaophi*, scil. ejusdem anni IV. Kal. Octobres. Hæc declarata habemus in vv. 65. s. et 2. s.

Ediderunt Letronnius[y], ex schedis Cailliaudii; Saltius, ex Hydianis; Edmonstonus iisdem fretus; Hoskinsius: supplementa quædam et illustrationes tentavit auct. anonym. supra dictus, ex libro Cailliaudii. Ex his Hydii exemplar in primis cura spectabili confectum expertus sum; sub clausulam sane mendis sæpissime lacunisque deformatum, id quod exspectaveris in monimento valde in hac parte attrito. Visum nostrum vehementer torquebant duodecim versus ultimi, quorum exordia et fines, utpote injuriis contrectantium magis objecta, pæne omnino ex lapide effluxerant.

I. Præfatur Strategus, memorato Tiberio Julio Alexandro, Præfecto, a quo litteras acceperat plurima quæ in præfectura sua prave administrata fuerant emendantes (vv. 1–3.). De hoc Alexandro, qui locum eminentiorem sua ætate consequutus est, adeas historicos[z]. Nomina Galbæ dantur sicut in nummis Alexandrinis[a].

[y] Conf. libr. Caill. *Voyage à Méroé*, t. III. pp. 394–419. et antea in *J. des Sav.* u. s. pp. 674–684. Salt. ed. in *Diar. Classic.* XXIII. pp. 156–165., Edmonston. in *Itin. Oas.* pp. 75–98. professus vero se paucissima proprio visu fretum transtulisse: ideo adscita Hydiana, quæ in libello suo dedit, subjecta Youngii versione. Hoskinsii edit. vide sis in op. *Visit to the Oases*, Append. A. pp. 301–314., adjecta versione Angl., necnon comparatione in serie continua cum sua explicationum Letronii et Youngii.

[z] Scil. Josephum, etc. Erat filius Alexandri Lysimachi, Alabarchæ Alexandrini, Claudio Imp. amicitia devincti, a quo, ineunte imperio, Præfectus noster acceperat procurationem, Judææ. Cf. *Antiq. Jud.* XIX. 5. 1. XX. 5. 2. Deinde in *Annal.* XV. 28. meminit ejus Tacit. *illustris equitis Romani, ministri bello* (sc. contra Tiridatem) *dati*. Hoc in XII. imp. Neronis, viz. U. C. 817. Postmodum, eodem regnante, Ægypti præfecturam nacti meminit Josephus in *B. J.* II. 15. 1., et seditionem popularium ejus compescentis, horrenda strage facta, apud Alexandriam, in c. 18. 7. s.; deinde se Flavianis ad-

Lectt. var. sunt, in v. 1. ant. med. *H.*[b] **ΘΑCΕѠ . Β . ΔΑ . ΔΟC. ΙΟΥ.** extr. **ΗΓΥΜ**, etc. In 2. med. **ΕΙΔΟΥC**, dein **ΕΥΕΡΓΕΤΙѠ λ** et **λΟΥΚΙΘΥΝΒΙΟΥΓΕΒ.** In op. *C.* omisit *L.* Λιβίου, quod antea in *J. des S.* expresserat. Penitus aberravit *Y.* scil. Τ*ου* ΘΕΟ*υ* ΑΕΙ*βιου*, quasi fuerit Galba tunc inter *divos* receptus; deceptus porro, ut videtur, a Rosettensi *αἰωνόβιος*[c]. In 3. post init. *H.* **ΑΙΟΥΝΑCΥ ΒΑCΤΗΙ.** Nempe primus dies *Phaophi* erat eponymus Liviæ[d], conscribentis, legionesque in sacramentum adigentis, in IV. 10. 6., quocum conf. Tacit. *Hist.* I. 11. II. 74. 79. et Sueton. in *Vespas.* VI. Hæc in an. U. C. 822–823. Brevi postea adfuit cum Tito obsidioni Hierosolymorum, locum eminentissimum inter duces Romanos adeptus: *B. J.* V. 1. 6. VI. 4. 3. Hæc U. C. 824. P. C. 71.

[a] Eckhel. *Doctr. N. V.* VI. p. 300. Explicat rationem nominum Sueton. in *Galba*, IV. init., nempe eum *Livium* habuisse adoptivum ex noverca, et *Lucium* pro *Servio* prænomen adscivisse adusque tempus imperii. Noverca erat *Livia Ocellina*.

Notetur hic ὑπέταξα, quod in CDXIV. a. 4. habemus ὑποτέταχα, et pariter in Philens. Letronn. *Recueil*, etc. I. p. 355. n. XXVII. 8. Vert. *submisi*, *subjeci*.

[b] Ne teneantur legentes monendum est me in seqq. ponere pro Hyd. Caill. Edm. Young. Letr. litteras ineuntes nominum; et pro Hoskins. *Ho.* Designavi scriptor. anonym. per *A.* et *Anon.*

[c] Conf. *L.* in *Recueil*, etc. p. 244. n. XXV. 3. s. Πτολεμαίου αἰωνοβίου.

[d] Constructio manifesta est, μηνὸς Φαωφὶ πρώτῃ, τῇ ἡμέρᾳ Ἰουλίᾳ Σεβαστῇ, sicut in CCCLXIV. ult. Θωῦθ εἰκοστῇ ἕκτῃ, τῇ ἡμέρᾳ Σεβαστῇ, quæ nimirum eponyma erat Augusti, et in Rosettens. cit. supra, vv. 46. s., dicuntur, phrasi variata, ἡ τριακὰς τοῦ Μεσορὴ et ἡ τοῦ Μεχὶρ ἑπτακαιδεκάτη eponymæ Epiphanis, hæc qua imperium accepit. illa qua natus est. Par ratio erat Mensium, qui tum a diis tum hominibus in veterum calendariis designationes sortiti sunt, qui proinde erant re vera Eponymi. Cf. supr. CCCLXXX. 7. et Fasc. I. n. I. 6. ss. II. n. LXXIV. ult. Similiter dicendi sunt in calendariis Ecclesiasticis dies eponymi Sanctorum quorum nomina ferunt.

De hac materia conferendus est cum fructu Letronnius in nota ad tit. IX. (nostr. CCCLXIV.) pp. 82. s. ubi hæc verba Oaseni citantur. Deinde in p. 321. ad loc. Rosettens. cit. supr.

In talibus cernitur fœda adulatio sortem degenerem arguens, præmiis mortalibus attributis quæ numinibus dumtaxat addicere solebant antiquiores. Legantur quæ tradidere Athenæus (VI. 62.) et Diodorus (XX. 46.) de honorato apud Athenienses Poliorcete, quorum narrationibus subjicienda sunt seqq., nostra

jugis Augusti, quæ post obitum mariti nomen *Juliam* adsciverat. Conf. supr. CCCLII. 1.

II. Spondet in exordio litterarum Præfectus se curam adhibiturum ut felicibus cunctis fruatur Ægyptus, et remedia adlaturum malorum de quibus conquesti fuerant coram eo cives spectatiores, in primis fraudulenter actorum a publicanis. Hæc pro jurisdictione sua: majora vero vimque ampliorem postulantia, ut rite corrigantur, se coram ipso Imperatore expositurum (vv. 3–10.).

In 3. sub fin. *H.* **ΠΙΡΟϹΗΚΟ.ΤΙΚ.** In 4. s. *L.* *καὶ τρισμεγίστῃ*. Dein in 5. *H.* **ΙΙѠ . Ν**, i. e. *τῶν*. Dicuntur *οἱ νῦν καιροί*, ut infr. v. 10. init. *ἱερώτατον καιρόν*, de regimine Galbæ, solemni adulatione. Sic pridem in Sardiano, n. VIII. 5. ubi conf. *Auctar.*, *Ἰνδικτεῶνος εὐτυχεστάτης*. Dein, paulo post, **ΜΗΙ.** Vide notatum ad CDXIV. *a.* v. 30. *Εἰσπράξεις* hic sunt *exactiones vectigalium*, etc. Vide notata ad vv. 26. s. Post med. *H.* **ΠΟΛΕϹ** (sc. *Πόλεως*, Alexandriæ: cf. v. 33.) et sub fin. **ΕΝΤΥϹ**, etc. Huic conf. *ἔντευξιν* infr. 10. et Fascic. II. n. LXXVII. 11.[e] In 6. init. *H.* **ΠΛΗΘΗΙ**[f], recte. Dein med. vers. intrusum **ΓѠΝ**. Sub fin. **ΝΜΙΝ**, sc. *δύναμιν*, *pro virili parte mea.* *Ἐπήρειαι* erant malæ artes eorum qui rem fiscalem administrabant[g]. In 7. *H.* post init. **ΕΛΠΙΖΗΝΤΕ.** Dicitur hic sermone blandi-

in primis illustrantia: Τέλος δὲ τῶν τε μηνῶν τὸν Μουνυχιῶνα, Δημητριῶνα, καὶ τῶν ἡμερῶν τὴν ἕνην καὶ νέαν, Δημητριάδα, προσηγόρευσαν, καὶ τῶν ἑορτῶν τὰ Διονύσια μετωνόμασαν Δημήτρια. *Demetr.* XII. init.

[e] Ἔντευξις h. l. est *postulatio* seu *rogatio*. Conf. rescript. in Obelisco Philensi (Letr. n. XXVII. 3. s.) τῆς ἡμῖν διδομένης ἐντεύξεως, ex viri docti supplemento. Sic in Aphrodis. h. l. citat. verti possint ἔντευξις ἡγεμονική, *petitio apud Prætorem facta.*

[f] Πλῆθος est *vulgus*, *the multitude*, ut in Rosettens. 13. τά τε βασιλικὰ ὀφειλήματα - - - - - - τῷ πλήθει ἀφῆκεν. Distinguuntur οἱ ὀλίγοι, quos in seq. adpellat εὐσχημονεστάτους. Sic nos, *the few*, *the many*. Τὸ πλῆθος est in Atticorum loquela οἱ πολλοί, apud Herodot. I. 136. τὸ πολλόν.

[g] Notes sensum vocis ἐπήρεια, *injuria contumeliose patrata*, qualis erat officialium supra, CDXIV. a. 15. ss. Adposita sunt Aristotelis in *Politic.* III. 16. Οἱ ἐν πολιτι-

ente Imperator *ὁ ἐπιλάμψας ἡμῖν*. Conf. CCCLIX. *c*. 3. s.[h] Habet hic *H*. **ΗΜΗΝ**. Dein **ΠΡΟϹѠΤ**, etc. In 8 post init. *H*. **ΠΕΦΡΟΝΤΙϹΑ**. Dein in med. *C*. **ΗΚΟΝΤѠΝ**, errore orto ex bis repetito **ΑΝ** in lapide. Vertas clausulam, *ad opitulationem vestram pertinentibus*. Construitur quoque *ἀνήκω* cum casu tertio[i]. Paulo post, *ἀναγκαίως* est *peremptorie*, q. d. *litteras misi quibus si quis adversetur contumaciæ pœnas subibit*[k]. In 9. post init. *H*. **ΤΑΒΕ**, dein **ΔΕΟΜΕΑΝ, ΜΕΓΑ ΛΕΙΟΠΗΤΟϹ, ΤΑΝΕϹΑΜΕΝѠΝ**. Notabilis est hæc loquendi formula, *ταμιεύσασθαι τὴν ἀσφάλειαν*[l], *incolumitatem dispensare*, h. e.

καῖς ἀρχαῖς πολλὰ πρὸς ἐπήρειαν καὶ χάριν εἰώθασι πράττειν. Necnon Thucydidis, de Corcyræis, in I. 26. med. Τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτούς. Addas Herodot. VI. 9. extr. et not. ibid. Schweigh. In primis *Orat. De Corona*, p. 229. 7. ss. Τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ προπηλακισμὸν ἐμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

Inlustrant affatim sacra: ex. gr. S. Matth. v. 44. ubi conf. Raphel. S. Luc. *Evang*. VI. 28. etc. et, in vers. Symmach. *Psalm*. LV. 12. XC. 3. De hac voce copiose et docte agit Wass. in not. Thucyd. tom. I. p. 329. Bipont.

[h] Loquut. ὁ ἐπιλάμψας indoli Orientalium convenit. Sic in sacr. *Numer*. VI. 25. יָאֵר יְהוָה פָּנָיו אֵלֶיךָ. In *Isai*. IV. 2. LXX. Ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς. Convenit his φῶς Homericum in *Iliad*. ζ'. 6. θ'. 282. sc. σωτηρία, ἀσφάλεια.

[i] Conf. Alexandrin. in *Maccab*. I. 10. 42. Καὶ ταῦτα ἀφίεται διὰ τὸ ἀνήκειν αὐτὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λειτουργοῦσι. Ibid. c. 11. v. 35. Καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀνήκοντα ἡμῖν ἀπὸ τοῦ νῦν τῶν δεκάτων κ. λ. In II. 14. 8. Πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνηκόντων τῷ Βασιλεῖ γνησίως φρονῶν. Alibi constructio cum præpositione sæpius obvia est, ut ἐς in Herodot. VIII. 111. et sic in Rosettens. vv. 31. 34.

[k] Conf. Ulpian. in *Digest*. v. 1. 70. Occurrit iterum ἀναγκαίως in 57. infra, κελεύω (vel προγράφω) ἀναγκαίως, saltem quantum conjicere licet ex littera ejus quæ sola restat.

[l] Conf. Suid. Ταμιεύεται· διοικεῖται, ἀποκρύπτει, φυλάττει. Sic. LXX. in *Proverb*. XXIX. 11., cui contuleris *Maccab*. IV. 12. 11. Citat Stephan. Dion. Halicarnass. ταμιεύσασθαι τὸν καιρόν, τὴν τύχην. Addas Diodor. IV. 12. post init. Ὁμῶς δὲ κατὰ τὴν μάχην ταμιευσάμενος ἀκριβῶς τὴν συμμετρίαν ἀπήνεγκε τὸν κάπρον ζῶντα πρὸς Εὐρυσθέα. Inter Atticos, Thucyd. VI. 18. ante med. Καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν κ. τ. λ.

Profluit significatio in nostro ex notione antiqua divorum ταμιῶν quæ in *Iliad*.

saluti providere. Spectat deos scriptor ut *ταμίας* rerum humanarum. Sunt quoque phrases bonæ notæ inter Latinos *dispensare lætitiam, victoriam*, etc.[m] In v. 10. init. *H.* **ΙΕΡѠΤΑΟΝ.** *C.* **ΥΕΡѠΤ**, etc. Cf. supr. ad v. 5. init. Dein *H.* **ΤΑΙΡΟΝ.** Post med. **ΟΥϹΑΙΠΗΕΝΤΕ ΥϹΙΝ**, et **ΜΗΕ.** De voce *ἔντευξις* vide supr. ad v. 5.

III. Postulatio (*ἔντευξις*) Oasenorum inter ceteros erat ut nemo eorum vi adigeretur ad colligenda vectigalia vel mercede conductus vel redemptura facta; cui responsum a Præside est, se consuetudinem istam et iniquissimam judicare et ærario Imperatorio (*ταῖς κυριακαῖς ψήφοις*) inutilem: spondet ideo se neminem adigi passurum neque in re vectigalium sine mercede pacta occupari, idque secundum antecessorum ejus in præfectura rationem constanter observatam (vv. 10–15.).

In v. 10. fin. recte *H.* **ΗΙ.** Vide supr. v. 5. In 11. sub init. *H.* et *C.* **ΟΥϹΙΑΚΑϹ.** Recte. Adversatur marmori quod conjicit *A.* *οὐ σιτικάς*, neque opus est instauratione, quum de conductionibus agrorum et vectigalium publicorum agatur, quæ sunt *μισθώσεις οὐσιακαί.* Hinc de *procuratore Usiaco* cogitat *L.* in Memnonio supr. CCCCXI. 3. Versio in h. l. viri docti est *propriétés publiques;* interpretatus est *Y.* (in *E.*), *payments of their substance*, quæ a sensu vero abhorrent. Ibidem post med. *H.* **ΟΥΥΟΑ . . . . . ΕΚΛΑ . ΨΕ.** In 12. circa m. *H.* **ΤΕΛѠΝ.** Quod sequitur, *ἤγαγον*[n], explicatur a

δ΄. 84. τ΄. 224. *Odyss.* χ΄. 21. comparet. Erant nimirum Ταμίαι (Hesych.) φύλακες χρημάτων, προστάται, δεσπόται, οἰκονόμοι, διοικηταί. Vis ideo exquisita dictioni inest *dispensandi, moderandi, adservandi*, quæ Præsidis stilum commendat.

[m] Conf. passim: ex. c. Liv. XXVII. 50. fin. XXXVIII. 47.

[n] Comparet *physicus* (quem vocant) sensus in *Antigon.* 885. Οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα κ. λ. Cf. Ælian. *V. H.* XXX. 34. et in Sacris, S. Matth. x. 18. *Act. Apost.* VI. 12. Ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. Conf. notam Zeun. ad Viger. *Idiotism.* v. 4. 7. quæ a loco nostro incrementum capit.

Vim apud Latt. consimilem habet *ago:* ex. c. Tacit. *Annal.* XIV. 42. *ad supplicium*

prægr. πρὸς βίαν ἄγεσθαι, ἀχθῆναι μετ' ἀνάγκης. Deinde *H.* sub finem, **CIΔωC**. In 13. ab init. *H.* **TAEC**. Κυριακαὶ ψῆφοι sunt ad litt. *dominicæ rationes*, h. e. *ærarium Cæsaris*[o]. Nempe ψῆφος[p] est *calculus*, exinde *ratio*, et οἱ περὶ ψήφους, qui in rationibus conficiendis versati sunt, *rationarii*. Dein in seqq. notanda est intentio (ἐπίτασις), sc. τὸ μετὰ προθυμίας ἑκόντας πρ., emphasis causa. Paulo post additur δυνατούς, *habiles*, *bene instructos*, *persons competent to discharge their duties.*[q] Legit *H.* in fin. **TONEMONAKONTACTIC**. Οἱ ἐμοὶ[r] sunt *Officiales mei;* qui mecum, sed ordine inferiore positi, munera

agi oporteret. Eandem et *duco* in Sueton. *Calig.* XXVII. post init. Plin. *Epist.* X. 97. 3. Hinc ad *moralem*, ut hic ἄγω, transitur, scil. *cogo*, *compello*, quam agnoscit Statius in *Thebaid.* VIII. 262. *Quanquam æger senio; sed agit miseranda potestas Invigilare malis.*

[o] Vertit L. *le fisc.* Conf. not. ad Rosettens. v. 14. ubi supra, p. 274.

[p] Conf. Herodot. II. 36. sub fin. Γράμματα γράφουσι καὶ λογίζονται ψήφοισι, Ἕλληνες μὲν, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα, Αἰγύπτιοι δὲ, ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά. Diodor. XII. 13. init. Διὰ γὰρ ταύτης (sc. Grammatices) τὰ πλεῖστα καὶ χρησιμώτατα τῶν πρὸς τὸν βίον ἐπιτελεῖσθαι, ψήφους, ἐπιστολάς, κ. λ., ubi caveto ne cum interpp. aliquibus vertas ψήφους, *suffragia.* Conf. Wesseling. in loco. Inlustrat porro Koraës ad Æthiop. IX. 22. sub fin. Τῶν γοῦν κατὰ τοὔνομα στοιχείων εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων κ. λ. Pariter inter Latt. *vocare aliquid ad calculos;* ut in Cicer. *Læl.* XVI. post in. Liv. V. 4. med.

[q] Constructio cum infinitis usitatior est apud Atticos: ex. gr. Thucyd. I. 139. fin. λέγειν τε καὶ πράσσειν δυνατώτατος. Xenoph. *Memor.* III. 7. 2. Δυνατὸς ὢν - - - - τήν τε πόλιν αὔξειν, καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο τιμᾶσθαι, κ. λ. Cernitur idem sensus cum construct. diversa in sacr. ex. gr. S. Luc. *Evang.* XXIV. 19. *Act.* XVIII. 24. δυνατὸς ἐν ἔργῳ, ἐν ταῖς γραφαῖς. Simpliciter in Epist. ad Cor. I. 1. 26. οὐ πολλοὶ δυνατοὶ etc. Vocem adsciscunt in sensu multiplice Alexandrini: in nostro, *Paralipom.* II. 35. 3.

[r] Scil. ὑπηρέται, οἱ ἐμοὶ ὑπηρετοῦντες εἰς τὴν ἀρχήν. Ellipsis obvia est frequentius in neutro: ex. c. S. Matth. XX. 15. S. Luc. *Evang.* XV. 31.

Transisse eam ad Latt. notabile est, cujus citanda veniunt plurima exempla: *Æneid.* II. 431. *Iliaci cineres et flamma extrema meorum Testor*, h. e. *amicorum*, *popularium.* Similiter *noster* in v. 149. *Quisquis es, amissos jam hinc obliviscere Graios, Noster eris.* Itidem in vernaculo nostro par usus solemnis est, sed cum notione communiter adjuncta *affinium* vel *cognatorum.*

capessunt, quales erant strategi, etc. Legit hic *A.*, invito lapide, *εἰς τὸ μέλλον*. In 14. media versus *H.* **ΥΚΟΥϹΙѠϹ, ΜΑΛΟΝ, ΑΙѠΝΟΝ ϹΥΝΘΕΙΑΝΨΥΛΑϹ**, etc. In hoc versu *διαμισθώσει* est *elocabit mercede pacta*, et hoc ne injuria fieret agricolis, etc. per fraudes et rapinas publicanorum. Notes iterum epitasim in loquut. *βουλομένοις ἑκουσίως προέρχεσθαι*[s]. Verba *πρόσκαιρον ἀδικίαν* expediuntur per *αἰώνιον συνήθειαν*. Est *πρ. ἀδ.* *injuria quæ per breve aliquod tempus durat*[t], *temporalis*. Possis et sensum adsciscere, *quæ occasioni inservit*, sc. *tempori idonea*, sed hic cum notione adjuncta injustitiæ.

IV. Spectant quæ sequuntur ad *sortes* et *usuras*. Duplex injuria notatur, ad quam admovenda est correctio: in primis ab iis patrata qui aliena fenore locata præter jus ipsis concessa exigebant, quasi publica fuerint, idque primæ exactionis (*πρωτοπραξίας*) jure abutentes, debitoresque qui solvendo impares erant in carcere *Πρακτορείῳ* concludebant. Huic obviam itur per mandatum ut nemo liber,

[s] Citat hæc Letronnius in obss. ad inscr. Philens. XXVI. 8. s. p. 343. ubi supra, in inlustrationem pleonasmi. Convenit potissimum tropus orientali plagæ; ideo plus semel in sacris conspicimus, præsertim in Paulinis. Nostra obvia sunt in *Exod.* XXXVI. 2. (LXX.), *Καὶ ἐκάλεσε Μωϋσῆς - - - πάντας τοὺς ἔχοντας τὴν σοφίαν - - - καὶ πάντας τοὺς ἑκουσίως βουλομένους προσπορεύεσθαι πρὸς τὰ ἔργα κ. τ. λ.*

Congeneres (ut obiter notem) videntur fuisse Hebraismi notissimi, quales cernimus in seqq. *Samuel.* I. 2. 25. *βουλόμενος ἐβούλετο*, et S. Luc. *Ev.* XXII. 15. *ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν*, etc. Conf. Glassii *Philol. Sacr.* tom. I. pp. 643–646. Ed. Dath.

[t] Conf. *Epist. ad Cor.* II. 4. 18. *Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.* Add. *Ep. ad Hebr.* XI. 25. *S. Matth.* XIII. 21. *S. Marc.* IV. 17. et in Apocr. *Maccab.* IV. 15. 2. Herodiani sunt in I. 1. post med. *ὧν οἱ μὲν ἐπιμηκεστέραν ἔσχον τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν*, ubi cernimus contrapositum non absimile Paulino supra cit.

Respondet *temporarius* in Lat. ex. gr. Nepot. in *Attico*, XII. med. *Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem neque temporariam neque callidam fuisse*, h. e. *occasioni servientem*, quod ipsum et bonum sensum nostro adquirit, ut in argumento notavi.

nisi maleficus fuerit, ad custodiam traheretur. Secunda nequitia est illorum qui Hypothecas (*Bonds of Mortgage*) inritas reddere conati, et jure eodem *πρωτοπραξίας* usurpato, summas fenore locatas a creditoribus vi exigebant, venditionibus pro infectis statutis, bonisque ab ementibus violenter abreptis, quasi illorum fuerint qui dilationes quasdam (*ἀναβολικά*) a fisco consequuti sunt magistratuum. Interdicitur cunctis ne privatorum commercia turbatum eant nomine rei publicæ: insuper procuratoribus et œconomis mandatur ut, si quem nequitiæ istiusmodi habeant suspectum, nomen ejus obstrictum teneant, vel interdicant ei cum quovis alio commercium, vel denique ut bonorum ejus quod satis sit in Grammatophylacio (*the Record-office*) asservetur eo fine ut debito solvendo cautum sit: ceteris vero jura fenerationis, emptionis, sortis recuperandæ, permittuntur (vv. 15–24.).

In v. 15. *H.* **ΠΡΟΨΑϹΕΙ, ΚΑΕΑΛΛΟΤΡΕΑ, ΠΟ, ΠΙΝΑϹ, ΠΡΕΔΟ ϹΑΝ, ΨΥΛΑΚΑϹ.** *C.* **ΔϹΚΑ**, unde *A.* *δέκα*. Dein *H.* **ΔΑΥΤΟ**. In hoc v. *τὰ δημόσια* vertuntur a *L.* *L'intérêt du fisc.* In 16. init. *ἔγνων* est vel *novi* vel *decrevi*[u]: *ἀναιρεθείσας*, *sublatas*, *dirutas*[v], scil. furore

[u] Conf. *Orat. De Falsa Legat.* p. 416. init. Παρ' ὧν κρεῖττόν ἐστιν ἑκάστῳ τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας τοῖς παισὶ καὶ ἑαυτῷ, τὰ δίκαια γνόντα καὶ τὰ προσήκοντα, περιποιήσασθαι. Diodor. IV. 57. sub init. Εὐρυσθεὺς - - - ἔγνω τοὺς Ἡρακλείδας ἐξ ὅλης τῆς Ἑλλάδος φυγαδεῦσαι. Eurip. Fr. *Dan.* 43. Ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι, ubi cf. Barnes.

[v] Conf. *Philipp.* III. p. 117. 20. ss. Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδένα, μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκήθησαν, εἶναι ῥᾴδιον προσελθόντα εἰπεῖν· καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος τοσοῦτον ἀνῃρημένον σιωπῶ· ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν παρῄρηται; Cognatæ sunt signiff. in Polyb. XXXII. 1. 3. τὴν συμμαχίαν ἀναιρεῖν, in *Inst. Cyr.* I. 1. 1. ὀλιγαρχίαι ἀνῄρηνται, in *Orat. contr. Ctesiph.* XVI. τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, quæ, ut obiter moneam, illustrant *Epist. ad Hebr.* x. 9. Conf. ibid. et LXXXVII. ante med. Οὐ γὰρ περιχαρακώσαντα χρὴ τὰ τείχη οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφὰς ἀνελόντα τὸν ὀρθῶς πεπολιτευμένον δωρεὰς αἰτεῖν κ. λ.

populari accenso ob injuriam factam, vel per mandatum meum. Hoc amplector, ut procedat sententia, *quas sublatas statui:* et sic Letronn. *J'ai jugé apropos d'abolir.* Dein *H.* in med. **ΠΩΜΑΤΩΝ**. sub fin. **ΠΗΙ**. In 17. init. παραχωρεῖσθαι perinde dicitur ut sæpius in sepulcralibus (Fascic. II. pp. 309. 316.) cum notione injuriæ illatæ. Est παραχώρησις quod nos vocamus, *a fraudulent assignment.* Dein *H.* **ΑΛΛΩΝΛΔΑΝΕΙΑ, ΚΤΑΚΛΕΙΕϹΘΑΙ, ΨΥΛΑΧΗΝ, ΜΗΛ**. Redit in 17–18. Πρακτόρειον obv. in v. 15. Respondet Latinorum *Pignerarium*[w], exponuntque communiter *Tributum* vi etymologiæ a πράκτωρ: sed in hoc tit. est manifesto *Carcer*, in quem custodiæ tradebantur qui solvendis tributis non erant. Expedit quoque vocem Salmasius[x], *Coactorium pignoribus captis*, unde supra dict. *Pignerarium.* Pergit *H.* in 18. post init. **ΕΞΩΙΠΩΝ, ΚΥΡΙΛΚΟΝ, ΛΕΜΠΗΙΛΑΜΟΘΕΝ, ΤΑΓΠΡΟΓ, ΔΗΝΟϹΙΩΝ, ΜΗΛΕ, ΤΙϹΤΙΝ**. Rationes (λόγους[y]) di-

[w] Conf. *Gloss. Manual. Halens.* v. p. 294. a. Πρακτόριον in Gl. MSS. Sangerman. *Tributum.* Sed hic cum Φυλακαῖς conjungitur, de quibus cf. Rosettens. 13. fin. Καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἀνηγμένους - - - - ἀπέλυσε τῶν ἐγκεκλημένων, ad quæ verba citat Letr. decretum nostrum in p. 274.

[x] Conf. Libr. *De Modo Usurarum*, p. 556.

[y] De his, quo elucescat magis tituli nostri ad eas spectans materia, pauca hic monenda explicatiora.

Quod obvium est in h. l. Κυριακὸς λ. versio Græca est ejus quod vocabatur a Latt. *Dominica ratio*, nempe, *Domini Imperatoris :* de usu primario cf. Varron. *De R. R.* II. 10. fin., unde ad rem fiscalem trahebatur. Hæc *Cæsarea* vel *Cæsaris* est in v. 30. et de *tributis* dicitur, quæ Imperatoris fuisse constat, sc. Βασιλικὰ ὀφειλήματα adeoque fisco pendenda.

Notissimum est hæc tributa fuisse et *soli* et *capitis*. Quæ agrorum erant adpellabantur a Græcis ἐκφόρια, de quibus conf. infra ad v. 26. Quæ vicissim capitis, nuncupabantur ἐπικεφάλαια. In his potissimum crediderim versatam fuisse rationem quæ in variis locis designatur ἴδιος λόγος, quia in proprio Cæsaris versata est.

Ex his ita statutis probe intelliguntur verba infr. 43–44. ; Strabonis quoque, quæ breviter tradit de munere ejus quem metonymice vocat Ἴδιον λόγον, sc. in XVII. 1. p. 432. T. (p. 1131. Oxon.) Ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος Ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστιν.

Restat *publica ratio* (Δημόσιος λ.), quam spectasse crediderim ad reditus reipubli-

versas in hac inscriptione obvias notes: hic **Κυριακὸς λ.** vertente *L. Le Fisc*, et *ὀφείλοντες εἰς τὸν κ. λ.* *Les débiteurs du Fisc*, pariterque *Καίσαρος λ.* obv. in v. 30. Redditur *Δημόσιος λ.* in 21. *Le Trésor public*, in h. v. *τὸ τῶν δημοσίων ὄνομα, Le nom de dette envers le fisc.* Est et *ἴδιος λόγος*, vv. 39. 41. Letr. *La Domaine privée.* Vertas in fin. v. 18. *συνέχωσι τὴν κοινὴν πίστιν, obstrictam teneant publicam fidem*, quod nimirum faciunt qui jure magistratuum abutuntur ad nequitiam patrandam. Vult hic *L. συγχέωσι*, vetante lapide. In 19. p. init. *H.* **ΠΡωΤΟΠΡΑΞΙΑ, ΔΑΙ,** *C.* **ΚΑΙΚΑΙ,** unde temere *A. κριταί*. Sic et sub fin. *κριταὶ ὑποθήκας*, etc. Verteris sub fin. *ὑποθήκας ἀφελέσθαι, inritas reddere hypothecas*. Hæ erant quas nos dicimus *Bonds collateral to Mortgage*, et dabantur ubi res quæ oppigneratæ sunt erant *immobiles*, ut *fundus, domus*. Pignora (*ἐνέχυρα*) dicebantur de rebus quæ creditori in manus traditæ sunt, præsertim si *mobiles* fuerint. Hinc apud Jctos legimus sæpissime, *Pignora sive Hypothecas*[z]. In 20. init. *H.* **ΤΕΓΟΝΥΙΑϹ.** Vertas post med. *ἀναδάστους ποιεῖν ἀγορασμούς, rescissas* (sc. *inritas*) *facere vendicæ*, sc. *vectigalia*, vocata exinde in v. 30. *τὰ καθήκοντα, the duties.* Conf. argum. ad v. 26.

Clausula huic notæ optime subjicitur, citatis Herodiani de regimine Pertinacis verbis, per quæ statim elucescit hæc tota disceptatio: Πρῶτον μὲν πᾶσαν τήν τε Ἰταλίαν, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀγεώργητόν τε καὶ παντάπασιν οὖσαν ἀργὸν, ἐπέτρεψεν, ὁπόσην τις βούλεται καὶ δύναται, εἰ καὶ βασιλέως κτῆμα εἴη, καταλαμβάνειν· ἐπιμεληθέντι τε καὶ γεωργήσαντι, δεσπότην εἶναι. Ἔδωκέ τε γεωργοῦσιν ἀτέλειαν πάντων εἰς δέκα ἔτη, καὶ διὰ παντὸς δεσποτείας ἀμεριμνίαν. Τοῖς τε Βασιλικοῖς κτήμασιν ἐκώλυσεν αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐπιγράφεσθαι, εἰπὼν αὐτὰ οὐκ ἴδια τοῦ Βασιλεύοντος εἶναι, ἀλλὰ κοινὰ καὶ δημόσια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Τέλη τε πάντα τε πρότερον ἐπὶ τῆς τυραννίδος εἰς εὐπορίαν χρημάτων ἐπινοηθέντα, ἐπί τε ὄχθαις ποταμῶν, καὶ λιμέσι πόλεων, ἔν τε ὁδῶν πορείαις, καταλύσας, εἰς τὸ ἀρχαῖον καὶ ἐλεύθερον ἀφῆκεν. *Hist. Rom.* II. 4. post med.

Hinc facile intelligimus quænam reputata fuerunt Βασιλικὰ et ἴδια τοῦ Βασιλεύοντος, quænam δημόσια seu κοινὰ τέλη, etc.

[z] Conf. Papinian. in *Digest.* XX. 1. 2. et 4. 1. Ulpian. ibid. XIII. 7. 9. Tractat hæc Salmas. in op. cit. supr. c. 12. et Græv. ad Cicer. *Epist. ad Divv.* XIII. 56. post med.

tiones. Conf. Dion. cit. in Stephan. ἀνάδαστα τὰ πραχθέντα αὐτῷ πάντα γίνεται[a]. In 21. post init. *H.* **ΕΙΛΗΦΟϹΕΙϹΤΟΥ**, etc. Quænam hæc ἀναβολικὰ fuerint mihi minus constare videtur. Vocem citat ex hoc loc. Caill. Passovius[b], sed intentatam mittit. Ἀναβολὴ habet sensum, inter ceteros, *Dilationem*, *Moram*[c], unde conjeceris ἀναβολικὰ fuisse dilationes solvendi tributi quibusdam (τισίν) per favorem concessas, quo pacto tamen eos se ærario obstrinxisse, pariterque τοὺς συμβεβληκότας, scilicet cum iis negotia habentes. Satis nimirum hoc fuit rapacibus in quos se invehit Præfectus. His videtur consentire *L.* qui vertit εἰληφ. ἀναβολ. *personnes qui avaient obtenus des délais du fisc.* Pergit *H.* **ΠΡϹΟΦΕΙΛ**, etc. **ΕΝΘΑΛΕ.** In 22. p. med. *H.* **ΟΝΟ.Α.** Dein lacuna, scil. **ΙΝ . . . . . . ϹΙϹ**, etc. Hic suppleveram in primis ἵνα ἐκδίκησις τῷ τοιούτῳ συμβάλλῃ, metaphora ducta ab actu confligendi[d]. Sed nunc propendeo ad id quod dedi, quum bonæ notæ sit atque inter Atticos[e] recepta loquut. συμβάλλειν τινί, *commercium habere cum aliquo, pacisci, negotiari*, quod hic interdici putandum est cum suspecto ne periculum subeant incauti. In 23. init. *H.* **ΗΙΜΑΡΗΙ**, quasi ἡ μέρη δέκα. Eandem numeralem habet et *C.*, quam vero mutat *A.* in **Β.** Sic et *L.* ἡ **Β̄** μέρη, *deux tiers:* ita quoque *Y.* in *E.* Habet *Ho.* **Η ΜΕΡΗ.** Lapis dabat manifesto **ΗΙΜΕΡΗΙ.** Hic non agnoverim numeralem, tantum in locis minus commodis incisum **Ι**, ut sæpius notandum venit: conf. CDXIV. a. 30.

[a] Conf. Ruhnken in *Lexic. Platon.* p. 33.

[b] Vide *Enchirid. Gr.* I. p. 134. b.

[c] Exponit Phavorin. in *Thesaur. Gr.* ἀνοχή, citato Ælian. ἀναβολὴν θανάτου. Cf. Thucyd. II. 42. Dion. Halic. XI. 33., et in sacr. *Act. Ap.* XXV. 7.

[d] Conf. Herodot. I. 77. 80. 82. etc. II. 159., Platon. *Menexen.* XIII., in sacr. S. Luc. *Evang.* XIV. 31.

[e] Scil. συμβάλλειν λόγους τινί, βουλὴν πρός τινα. Cf. *Iphig. Aul.* 830. *Phœniss.* 705. Hic vox nude ponitur, ut in Jamblich. *Vit. Pythag.* II. et Joseph. *Antiqq. J.* I. 12. 3.

Verterim ideo, *vel bonorum ejus partes*, quæ nimirum debito solvendo sufficiant. Alibi (cf. CDXIV. a. 28. 30.) magis definita ponuntur pro re nata. Quod sequitur paulo post, **κατέχειν**, est *oppignerata habere*, secundum sensum simplicem tenendi. Nimirum, pignoris (**ἐνεχύρου**) loco stabant **μέρη τῶν ὑπαρχόντων**, et hoc, ut fieret restitutio si quis vim spoliationemque bonorum ab injurioso acceperit: namque additur **πρὸς ὀφείλημα**. Hoc pacto cum prægressis bene cohæret periodus **κελεύω οὖν κ. λ.** supr. 21. s. Dein expedienda veniunt quæ in fine hujus versus subsequuntur, scil. **ὀνόματος κατεσχημένου, ὑπαρχόντων κρατουμένων.** Crediderim hæc respicere ad obstringendi actum per *pignus*, illa per *hypothecam*, prout de mobilibus vel immobilibus agitur. **Ὄνομα** hic ponitur ex usu Romanorum qui *nomen* vocabant et Caput ipsum rationum et Titulum debitoris Pecuniamque ipsam creditam[f]. **Κατέχειν**, quod agnoscit Hesych. in gloss. voc. **ἐμβατεύειν**, respondet Latino *obligare*[g]. In fin. v. 24. **οὐδὲν πρᾶγμα ἕξει** est, *non ullam contra se motam habebit litem*, vel, *periculum actionis nullum subibit*. Satis congrua est versio Letronn. *On ne pourra l'inquiéter en rien*. Vult Præfectus statutum hoc discriminis iis non adfuturum qui sua secundum leges fenerati fuerant.

V. Attingitur quæstio de Dotibus. Jus primæ exactionis[h] (**πρω-**

[f] Ex. gr. Cicer. *Orat. pro Amerin.* I. *Epist. ad Divv.* v. 20. etc. Aliquando est et *Debitor ipse*, ut in *Ep. ad Attic.* v. 21. *ad Divv.* v. 6. fin. Cf. Indic. Edit. Lemair. tom. XIX. p. 294. b. in voc.

[g] Conf. Sueton. *Vespas.* IV. ante med. *Rediit certe nihilo opulentior, ut qui, prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligarit*, scil. dato pignore vel hypotheca. Cp. Tacit. *Hist.* III. 65. Sic Scævola in Digest. XX. 4. ult. *obligata pignori.* Verbi **κατέχω** dispar usus, ipse vero forensis, obvius est in *Epist. ad Rom.* VII. 6.

[h] Conf. Plin. *Epist.* x. 109. *Ego inveni a plerisque proconsulibus concessam eis protopraxian, eamque pro lege valuisse.* Satis hæc explicantur a rescripto Imperatoris in prox.; *Privilegium quo ceteris creditoribus anteponantur.* Cf. *Digest.* Tit. 6. L. 42. *De privilegiis creditorum.*

τοπραξίας) feminis talium attribuitur qualium possessio viris non competebat (vv. 25–26.).

In 25. init. *Hyd.* ΠΑϹ. Dein ΑΛΛΤΡΙΑϹ. Sub fin. Γ : ΝΑΙΞΙ. Gravis causa erat cur Præfectus dotes istas feminis adjudicet, quippe *ἀλλοτρίας*, *alienas*. Hoc intelligitur ex jure Romanorum, secundum quod censendus est loqui Pr., in quo provisum fuerat dotem non semper penes maritum permansuram quanquam eam hic primitus acceperit quippe caput familiæ atque ad onera sustinenda destinatus. Dos aliquando ad feminam redibat, interdum ea defuncta ad liberos, vel, si non fuisset proles, ad eum unde fuerat profecta. Quandocunque erant conditiones inter conveniendum per quas definiebatur dotis possessio. Hæc Jcti[1]: sed verisimile est rei incertum plus semel lites et injurias peperisse quæ medicinam harum litterarum postularunt.

VI. Transit Pr. ad quæstionem de immunitatibus et remissionibus seu condonationibus reliquorum. Conquerebantur nimirum plurimi has remissiones, etc. quas jusserat Imp. Claudius in rescripto suo ad Postumum non firmas stetisse, reditus vero Imperatorios (*ἐκφόρια*) fuisse exactos ab iis qui agros quæsiverant medio tempore inter Flacci sententiam damnatoriam gratiamque ab Imperatore concessam. - Statuit Alexander se exempla Balbilli et Vestini sequuturum, condonatis residuis, quin etiam observata in posterum gratia de remissionibus, etc. quas statuerant ii qui ei præiverant. Manet vero quæstio de agris quos, tempore supra dicto decurrente, comparaverant privati. Minime jure factum pronuntiat proventuum illorum partem aliquam ex possidentibus fuisse exactam qui fundos ab

[1] Scil. Ulpian. Scævol. Papinian. citati in libro Pitisc. *Lexic. Antiqq.* t. II. p. 72. b., subjiciente viro erud. et in re juridica versatissimo ipso *difficillimum esse judicare quis proprie dominus dotis dici possit.* Hanc litem non dirimit Pr. sed tantum hoc jubet, ut protopraxia feminarum sit, ea ad finem perducta.

agricolis publicis emerant adeoque proprios eorum fecerant omnique tributo inmunes (vv. 26–32.).

Tenebræ huic periodo potissimum circumfusæ sunt per pravam (ut opinatus fui lapide inspecto) lectionem in 26. p. med. **ΚΑΙΤΑ ΠΡΟϹΔΙΚΑ.** Vertit hæc Letr. *Les impôts en nature.* Refingit *Anonym.* ἕστηκεν τὰ προσοδικά, reddens, *redevances en nature.* Admittit *Y.* τα προσδικα, cum interp. *peculiar privileges.* Denique *Hosk.* **ΤΑΠΡΟϹΟΔΙΚΑ** quod expedit *entrance dues*, quasi fuerit εἰσοδικά. Crediderim in hoc loco quadratarium, vertigine correptum, confudisse invicem, **ΚΑΙϹΑΡΟϹ** et **ΚΑΙΤΑΠΡΟϹ**, et insculpsisse quæ in lapide prostant pro **ΚΑΙϹΑΡΟϹΤΑΠΡΟϹΟΔΙΚΑ.** Quid enim? Recordandum est in primis duplex statui fundorum genus; publicorum, unde reditus suos habebant Imperatores, deinde illorum qui ad privatos devenerant emptionis jure per medium tempus supra dictum, atque hac de causa pensitationum inmunes. Distinguas porro inter ἐκφόρια et quæ in titulo adpellantur καθήκοντα. Priora erant *proventus* vel *tributa*, quæ potissimum penes Imperatores erat pro voluntate sua exigere vel condonare. His similia videntur quæ vocant nostrates, *crown-rents*, *quit-rents*, *chief-rents*. Redibant et proventus Imperatorii ex metallis, quæ nos, *Royalties*, atque, imperio capessito, ex auro coronario, quod vocabant. Contra, καθήκοντα erant *statuta* seu *communia*, ad rei publicæ commoda destinata. Hæc non remittit: immo pendenda statuit. At quæstio nunc est de reditibus Cæsaris, iis nempe qui ex solo provenere; nam de tributo ex *capite* in re instante non agitur[k]. Accipiant pro illustratione legentes seqq. Suetonii[l]: *Si quibus regna restituit* (sc. Caligula) *adjecit et fructum omnium vectigaliorum, et reditum medii temporis, ut Antiocho Commageno sestertium millies confiscatum.* Hic *medium tempus* (ὁ μέ-

[k] Conf. Pitisc. *De Tributo*, in *Lexic. Antiqq.* t. III. p. 640. a. et Forcellin. in voc. sub init.

[l] Scil. *Calig.* XVI. sub fin.

σος χρόνος) erat inter U. C. 773. quum in provinciam redacta fuerat Commagene, et 790, ubi facta est restitutio. *Vectigalia* erant quæ in nostro dicuntur *καθήκοντα*, ex Portoriis, Decumis, Scriptura: *Reditus*, qui ex metallis regiis, tributis (*ἐκφορίοις*), etc.[m] Redeo ad lectt. In fin. v. *H.* **ΚΛΑΥΔΟC.** In 27. init. **ΠΟCΤΟΜωΝΠΟΛΥωΝ.** Harum levationum exempla vide sis apud historicos[n]. Dein in med. v. **ΥΤΤΟ.** Hic interpretor *τὰ πραχθέντα*, *quæ parta sunt, pecunia numerata*[o]. Frustra tentat *A.* *πραθέντα*. Post med. *H.* **ΜΕΤΟΦΛΑΚ** etc. Præfectus hic memoratus erat *Avillius Flaccus*, de quo conf. supr. n. CCCLXV. argum. et nott. *f. g. h.* Dura ejus sententia, quæ hic appellatur *κατάκρισις*, erat procul dubio inter causas quare nomen adeo exsecrandum apud Ægyptios reliquit. In 28. p. init. *C.* **ΟΥΗΚΑΙ**, unde extricavit *A.* *δύ' ἑξῆς*. Dein *H.* **ΒΛΛΒ**, etc. Intelligitur hic C. Balbillus, qui Præfectus fuerat in II. imp. Neronis:

[m] Conf. not. Beroaldi et Ernestii ad Sueton. supra cit.

[n] Pauca memorasse sufficiat, et in primis de Tiberio narratum, urbibus Asiæ conlapsis, in Tacit. *Annal.* II. 47. Deinde Conlationes remissas a Trajano, vectigalia temperata, in Plin. *Panegyr.* XLI. init., cujus liberalitatem postea æmulatus est filius adoptivus qui, referente Spartiano (*Hadr.* VI.), *aurum coronarium* Italiæ remisit, in Provinciis minuit. Sequutus est M. Aurelius (Spartian. in vit. XXIII.) qui *vectigalia vel tributa, ubi necessitas erat, remisit.* Eminebat inter cunctos munificentia Gratiani, inito imperio, residua tributorum, deletis rationariis, condonantis, meritique ob liberalitatem præconia Burdigalensis: cf. *Gratiarum actionem ad Imp. Gr.* p. 730. Edit. Toll.

Voci in nostro, *κουφοτελεία*, respondet Latina *levatio vectigalis* seu *tributi* in Cicer. *Brut.* XXXVI. Tacit. in loco cit. supr. Formata est ut notiora *ἰσοτέλεια*, *λυσιτέλεια*. Inlustrant narrata de Epiphane in Rosettens. 12. Ἀπὸ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν Αἰγύπτῳ προσόδων καὶ φορολογιῶν, τινὰς μὲν εἰς τέλος ἀφῆκεν, ἄλλας δὲ κεκούφικεν.

[o] Significatio videtur affinis esse Polybianæ in XIII. 4. 6. Οὗτος ἀρχῆθεν μὲν ἐκ τῆς πατρίδος ἐξέπεσε, δόξας τὸν Τάραντα πράττειν Ῥωμαίοις, οὐ πολιτικὸν ἔχων δύναμιν, κ. λ. necnon jamdudum notæ in nostris *exigendi* (CCXCVI. 7.), nam pretium alicujus rei numerare est sane exigere possessionem ejus ab eo qui vendidit.

conf. supr. CCCLXXVI. 10. et Senecam[p]. Nomen *Vestinus* apparet in Fast. Cons. an. III. Neron., h. e. U. C. 818., sed ne de eo cogitemus vetat ordo Senatorius: potius de Lucio, loco equestri nato, cujus meminit Tacitus[q] in II. imp. Vespasiani, h. e. U. C. 824. Pergit *H.* med. vers. **ΑΠΕΛϹΑΝ, ΠΑΡΧΩΝ, ΝΚΑΙΕΚΙΝΩΝ.** De articulo, ut in h. l. pronomen comitante conf. Matthiä. *Ausführl. Gr.* § 264. 1. In 29. ante med. *H.* **ΜΕΙΔΕΠΩΙ.** Dein **ΕΙϹΠΡΧΘ**, etc. sc. *exacta.* Conf. ad v. 5. Post med. **ΛΟΙΟΝ.** In 30. sub init. de Καίσαρος λόγῳ conf. supr. v. 18. et not. *y*. Inter reditus imperatorios et vectigalia statuta distinguitur in h. v. sicut antea in v. 26. monitum est. Ceterum notes hic versionem Letronn. verborum ὑπὲρ δὲ τῶν, etc. *Quant aux terres vendues par le fisc à des particuliers, dans l'intervalle de temps ci-dessus indiqué, et qu'on avaient frappées de redevances, etc.* Huic concinit *Anonym.* scil. lectione illata πραθέντων, sicut ante πραθέντα in 27. In 31. init. *Hyd.* **ЄϹΤΗΜΙ.** Latinorum notissima constructio est, quam ei in h. l. obviæ contuleris, *stare judicio, opinione, alicujus*[r]. Deinde *H.* **ΑΠΩΛΥΛΥΚΩϹ, ΜΕΛΑΝ.** In 32. p. init.

[p] Scil. in *Quæst. Nat.* IV. 2. 12. adjecto præconio ejus ob indolem et studium litterarium. Meminerunt quoque Balbilli Tacit. in *Annal.* XIII. 22. init. et Plinius cit. supra in argum. CCCLII. not. *s.* Conf. Memnon. CCCLXXVI. 10. et Letronn. *Recherches*, etc. p. 395. Nactus est præfecturam in an. U. C. 809. P. C. 56. h. e. in III. imp. Neronis, secundum fastos Romanos, sed II. in Alexandrinis, nisi munus capessiverit Balbillus post neomeniam *Thoÿth* in an. 809.

[q] Scil. in *Hist.* IV. 53. pr. *Curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres.* Eundem fuisse cujus in *Orat. pro Gallis* meminit Claudius Cæsar arbitratur Lipsius. *Vestinus*, cujus mentio est in Martial. *Epigr.* IV. 73. 1., erat filius Consulis de quo Tacit. in *Annal.* XV. 48. etc. et Sueton. in *Nerone*, XXXV.

De viris equestribus Ægyptum sortitis *loco regum* vide Tacit. *Hist.* I. 11. pr. collatis *Annal.* II. 59. XII. 60., unde explicata habemus Strabonis in XVII. 1. p. 432. T., necnon Suetonii in iis quæ de Nerone jam ad mortem destinato tradit in XLVII.

[r] Conf. seqq. Cicer. *Orat. pro Cluent.* XLVII. sub. fin. *Tuscul.* v. 28. Sic solent Jcti: ex. c. Ulpian in *Digest.* IV. 7. 23.

vertit Letronn. δημοσίους γεωργούς, *des agriculteurs tenant à ferme des terres du trésor*. Dein vertas ἐκφόρια, etc. *proventus posci fundorum propriorum*[s]. Notes vero distinctionem: erant *Aratores publici* qui fundos reditibus Imperatoriis obnoxios colebant; a *privatis* communia dumtaxat vectigalia exigebantur suos quippe proprios arantibus. Præfecti sententia est, quod in ordine horum ponendi sunt quos per tempus supra dictum interjectum emerant privati, Claudiusque a pensitationibus liberaverat. Ceterum observanda est scriptio **ΕΔΑΠѠΝ** in h. l. quæ liquido apparebat in lapide. Nempe Macedonum fuit efferre β pro φ (Valckenar. ad Callimachi fragm. p. 39.), quod vicissim, vitiosa pronuntiatione Ægyptiorum, in π mutatum est, prorsus ut δ in τ supra in CCCL. 5. ubi conf. obss. Pariter Græci habebant Πόπλιος pro *Publius*, et Dores speciatim ἀμπί pro ἀμφί in compositis: cf. Kœn. ad Corinth. p. 159. Hic recte *H.* **ΕΔΑΠѠΝ**, sed in fin. v. **ΤΙΙ**.

VII. Spectat hæc periodus ad Alexandrinos nativos in Urbe, h. e. Alexandria, degentes: cf. supra, v. 5. Hos profitetur Eparchus se nolle trahi ad ministeria publica, quæ ad rura pertinent, obeunda (vv. 32–34.).

In 33. p. init. *H.* **ΕΝ-ⅭΝFΙΓΑΛFΖΛ**, etc. Hic *A.* vetante lapide induxit κατ' Αἴγυπτον. Dein *H.* turbata pleraque: **ΤΗ . . ΟΛΟΛ ΑΙΛΦΙΛFΡΓΙΑΛΙΚΑΤΟΗΟV. . ΤΔ _ _ | ΠΝ**, cum lacuna versus exeuntis. In 34. sub fin. *H.* **ΑΓΕⅭΒΑΙ**. In h. v. λειτουργίαι χωρικαὶ vertuntur

fin. *arbitri sententiæ stare*. Pariles sunt loquutt. in vernac. nostro, *to stand to, by*.

[s] Notes hic ἀπαιτεῖσθαι, decumanorum ministerio congruum, et conf. infr. vv. 50. 54. Inlustrant LXX. in *Isai.* III. 12. Λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύουσιν ὑμῶν. De ἐκφορίοις vide argum. ad v. 26. Notetur porro sens. ἔδαφος, quod plerumque obvium est quale usurpatur a Xenoph. in *Inst. C.* VIII. 5. 19. τὸ ἔδαφος τοῦ ποταμοῦ. Ad nostrum accedit gloss. Hesych. γῆ, cui vicissim LXX. in libr. *Sirach.* XXXIII. 10. Καὶ ἄνθρωποι πάντες ἀπὸ ἐδάφους, καὶ ἐκ γῆς ἐκτίσθη Ἀδάμ. Pari ratione apud Latt. erat Fundus et *ima pars* et *prædium*.

a Letr. *des charges imposées aux gens du pays:* a Y. *local services*, ab Ho. *district-services.*

VIII. Periodum superiorem excipiunt quædam de Strategorum officio et actionibus contra eos intentis coram Præfecto a Scribis rationum (ἐκλογισταῖς). Statuit in primis Præses duraturas strategias per triennium post rationes expositas (μετὰ διαλογισμὸν) ab iis qui magistratum antea gesserant. Dein transitur ad actiones a scribis (vel publicanis) illatas, vetita iteratione aliqua earum coram judice post Præfecti dijudicationem: si quem vero eandem bis referre et de causa cadere, pœna in intendentem statuitur qui hac sua pervicacia nihil aliud effecit quam locupletationem sui et actorum forensium (πραγματικῶν). Nimirum hinc profectum ut plurimi sua bona abjecerint potius quam sumptus actionum iteratarum tolerare. Hactenus dicta de actionibus contra Magistratus; quæ nempe ad rationem publicam (δημόσιον λόγον) pertinebant. Deinde attingitur privata (ἴδιος λόγος). Si in tali facta fuerit dijudicatio de re aliqua, statuitur non esse licitum actionem iterum intendere: nisi hoc fiat, urbem desertam fore et familias plus æquo vexatas. Contra has actiones ulterius provisum est per multam. Decernitur quod si quis scriba rationis privatæ alterum incusaturus prodeat, idemque tertii cujusdam advocatus, oportebit et hunc qui litem movet statui coram judice ne discriminis ipse omnino expers sit. Quin etiam, quod si quis privato ipsius nomine tres causas proferat, quarum ne unam quidem expediat, ei interdicenda est omnino accusatio cum jactura bonorum ejus semissis. His ita constitutis de actionibus tam in publica, quam privata, ratione, spondere pergit Præfectus se capita hujus diligenter recensenda commendaturum Inspectori (Γνώμονι), nova ea quæ contra gratiam imperatoriam in tabulas fuerint illata conrecturo: insuper supplicio se eos affecturum qui delationis pœnas subierint (vv. 34–46.).

In v. 35. p. init. *H.* ΔΙΑΤΟΓΙϹΜΟΝ. Vert. *revision of accounts.*

Dein. *H.* **ΕΓΧΙΡΙΖΕΙΝ.** Hoc est *tradere in manus.* scil. *administrandas*[t]. Post med. *H.* **ΚΑΘΟΛΟΥΔΕΥΩΙ.** In 36. ab init. *H.* **ΑΓΥϹΘΑΙ.** Deinde *ἐὰν δὲ καὶ* refingit *A.* *ἐὰν δ' ἑξῆς*, simili errore ac in 28. supr. Post med. *C.* **ΚΛΙΚΝ,** quod *A.* *σὺν δίκῃ*. In 37. init. *H.* **ΑΡΩΝ . . Ι,** ubi *C.* **ΑΟΝ.** Hoc insulse legit *A.* **ΒΟΝ,** positumque arbitratur pro *Δεύτερον*. *L.* recte *Ἄγων*. Dein *H.* **ΠΛΗΝ ΕΡΓΥΡ,** etc. Post med. **ΠΟΛΛΟϹ, ΕΚϹΤΗΑΙ** (*Ho.* **ΕΚϹΤΗϹΑΙ**) **ΜΛΛΛΟΝ, ΚΤΗΜΑΚΩΝ.** Notes hic sensum; *plus pretio illorum impendere lite toties repetita*, quod, ut recte notavit *L.*, de Strategis dicitur: porro, quod constructionem in priore clausula versus turbant Hydiana *πλὴν ἀργυρισμοῦ πρόφασιν καταλείπων*. In 38. ante m. *H.* **ΤΑΑΥΤΑΠΡΜΑΤΑ,** dein **ΑϹΕϹΘΑΙ.** Vertit *L.* *τὰ ἐν ἰδίῳ λόγῳ πράγματα*, *les affaires du domaine privé.* Conf. v. 18. not. *y.* supra. In 39. med. vers. *H.* **ΤΩΙΗΔΙΩΙΛΟΠΩΙ,** med. **ΕΞΕΙΑΙ,** *C.* **ΠΟΥΤΩΙ,** quod facit *A.* *πρώτῳ*. Hæc vertit L. *Il ne lui sera plus désormais permis de se porter accusateur ou d'intenter une poursuite juridique, etc.* Post med. *H.* **ΕΙϹΓΕΛΛΕΙΝ, ΜΗΛΕ.** In fin. v. *ἀπαραίτητος ζημία* est *pœna cujus nulla remissio speranda est*[u]. In 40. init. *Ho.* **ΞΗΜΙΩΘ,** etc. Dein *H.* **ϹΥΚΦΑΝΤ,** etc. Post med. **ΠΟΛΩϹ, ΑΟΙΚΗΚΟΥ.** Vertas *ἕως τις αὐτὰ κατακρίνῃ*, *donec quis sententiam*

[t] Constructio hic est cum casu tertio, ut in Demosth. *Philipp.* IV. fin. Ἀργύριον μὲν τῷ λέγοντι ποιήσων, τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειριῶν. Cf. *Orat. adv. Aristogit.* I. p. 785. 12. R. Herodn. *H. R.* II. 1. sub fin. Comparet diversa in LXX. *Paralip.* II. 23. 18. Καὶ ἐνεχείρισεν Ἰωδαὲ ὁ ἱερεὺς τὰ ἔργα οἴκου Κυρίου διὰ χειρὸς ἱερέων.

[u] Conf. Diodor. XIII. 23. fin. Τίς γὰρ Ἑλλήνων τοὺς παραδόντας ἑαυτοὺς καὶ τῇ τῶν κρατούντων εὐγνωμοσύνῃ πιστεύσαντας ἀπαραιτήτου τιμωρίας ἠξίωσεν; et in c. 27. post m. Ἄτοπον οὖν Νικίαν κολάζεσθαι - - - - καὶ διὰ μὲν τὴν εἰς ἡμᾶς εὔνοιαν μὴ τυχεῖν φιλανθρωπίας, διὰ δὲ τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς ὑπηρεσίαν ἀπαραιτήτῳ περιπεσεῖν τιμωρίᾳ. De persona, Diocle, in c. 33. post init. Ἀπαραίτητος (*inexorable*) γὰρ ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις γενόμενος, καὶ σκληρῶς κολάζων τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, κ. λ. Cf. LXX. in *Sapient. Salom.* XVI. 4. 16. et Schweigh. *Lexic. Polyb.* in voc.

adversam pronuntiaverit, nempe, deferentibus (*συκοφάνταις*) acceptam. In 41. med. *L.* vertit *ἐὰν μέν τις*, etc. *Que si quelque employé de domaine privé se portant accusateur au nom d'une tierce personne*, etc. Post med. *H.* **ΔΟΓѠΙΚΑ.ΗΓΟΡѠΝ**, dein **ΕΤΡѠΙ**. Vertas hic *εἰσάγῃ ὑπόθεσιν*, *litem moveat*, vel *actionem intendat*. *Ὑπόθεσις* est *materia accusationis*[v]. In CDXIV. a. 17. s. verteris *ἐν τῇ τῶν Λιβύων ὑποθέσει*, *in the matter (instance) of the Libyans*. In fin. v. *παρίστασθαι* est *sisti*, in sensu forensi[w], viz. *to be produced in court*. In 42. init. *H.* et *C.* **ΠΡΟϹΑΓΓΕΙΔΑΝΤΑ**. Notissimum est *παραγγέλλειν εἰς δίκην*, *diem dicere, denuntiare judicum*. Parilis est sensus *προσαγγέλλειν*, pro quo, vetante monimento, illatum vult *A.* *προσεισαγγέλλειν*, quasi de actione *εἰσαγγελίᾳ* cogitans[x]. Dein *H.*

[v] Glossæ Photianæ hujus sunt *περιοχή*, *αἰτία*. Est *argumentum, id de quo agitur, controversia*, ut in *Maccab.* IV. 1. 12. *Materia deliberationis*, ut in *Olynth.* III. init. Οὐδὲν οὖν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ἢ τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, οὐχὶ τὴν οὖσαν παριστάντες ὑμῖν ἁμαρτάνειν. Notes distinctionem in Polyb. III. 5. ult. Ὥρα, μνημονεύοντας τῆς προθέσεως (propositi) ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως (subjecti). Conf. argum. supra ad CDXIV. a. 18.

Sensum vocis in re forensi attingit Cicero in *Topic.* XXI. sub init. *Quæstionum sunt duo genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum, quod ὑπόθεσιν Græci*, etc. Illustrationes præbet in libr. *De Orat.* II. 48. s. ubi *de causa acta, tractata*, disserit.

Quæ in hoc versu et prægresso circa *delationes* referuntur illustranda veniunt a loc. Herodian. II. 4. sub f. de Pertinace: Ἐπεὶ καὶ τοὺς συκοφάντας τῆς Πόλεως ἐξελάσας, καὶ τοὺς πανταχόθεν κολασθῆναι κελεύσας, τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, μήτε ματαίοις ἐγκλήμασι περιπίπτειν προνοούμενος, ἐν ἀδείᾳ τε καὶ μακαρίῳ βίῳ ἥ τε Σύγκλητος μάλιστα καὶ οἱ λοιποὶ πάντες βιώσεσθαι προσεδόκων.

[w] Attingit Suid. t. III. p. 36. Kust. Παραστησόμενος αὐτὸν εἰς κρίσιν. Illustres ex sacris: ex. gr. *Epist. ad Rom.* XIV. 10. πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. *Ad Corinth.* II. 4. 14. Ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦν ἐγερεῖ καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. Simpliciter ἕστηκεν in *Act. Apost.* XXII. ult. In re deliberativa, obv. in not. prægress. ex Demosthene παριστάναι ὑπόθεσιν.

[x] Conf. not. in *Diar. Class.* ubi supra, p. 72. Norunt omnes fuisse Atheniensium proprium εἰσαγγέλλειν, *deferre aliquem criminis contra rem publicam reum: to impeach*. Hoc ex sexcentis in Demosth. et al. Cf. *Orat. De Chersones.* p. 97. 2. 9. R. *De*

IMA, IΠEAN, TPEC, EΞEINI. Quod anteit, **MHKETI**, mutat *A.* in *μὴ ὅτι.* In 43. init. *ἀναλαμβάνεσθαι* (ad litt. *resumi*) est *in fiscum redigi:* et sic Letr. *sera confisqué.* Ante med. *H.* **ΠAP**, med. **IΠPOY CIѠN**, dein **Π. IMIAC.** Ἐπιτιμία est *multa cum nota infamiæ*, (in quo differt a voce *ἐπιτίμησις*,) quod et *ἐπιτίμιον, τίμημα*[y]. In 44. init. *C.* **NEYCOMAI**, *H.* **AEYLOMAI**, *Ho.* **ΛEYΣOMAI.** Dein *H.* **TOY. AIOYΛΘEOY . . . . . . AITAKAINΠOI**, etc. *Ho.* **TOYIΔIOY ΛOΓOY ANTA KAINOΠ**, etc. Vertit L. *Aussi j'ordonnerai expressement à l'inspecteur du domaine privé de faire cesser toute innovation, etc.* et similiter *Y. Ho.* Ordinat in suis minusc. v. d. Καὶ καθόλου δὲ διακελεύσομαι τὸν Γνώμονα τ. ἰ. λ. π. τ. κ. π. τ. τ. Σ. χ. ἐ., περὶ ὧν προγράψω ἀναγκαίως. Ἤδη δὲ καὶ τούς μοι ἐνδειχθέντας κ. λ. Ultima in hoc v. 44. apud H. penitus disjecta: **E..NO..ѠCAIICI .OHΓOI...Ѡ.** Vult *A.* in init. *διαπεύσομαι*, monimento vetante, vocique *γνώμων* tribuit sensum quem minime comprobaverim, scil. *tabula ordinata vectigalium*, quam nos, *tariff.* Proinde vertit: *Je reviserai entièrement le tarif des perceptions du Trésor, etc.*, et pro *ἐπανορθῶσαι* ponit in minusc. *ἐπανορθωσάμενος*, sc. Præfectus ipse. In 45. init. *C.* et *Ho.* **ENΔEIXΘENTAΣ.** Rectius *H.* **EΔECXΘENTAC**, dein **ѠCEAI.** In lacuna ejus sub fin. certum est **ΔIAMENEIN** cujus vestigia discernere potui: congruit porro versui 3. supr. Εὐστάθεια

Coron. 310. 5. Adeas Bekker. *Anecdot.* p. 244. 14. Böckh. *Œconom. Civil. Athen.* I. p. 382.

[y] Conf. Aristot. *Polit.* v. 8. p. 347. Sic LXX. in *Sapient. S.* III. 10. Οἱ δὲ ἀσεβεῖς καθὰ ἐλογίσαντο ἕξουσιν ἐπιτιμίαν.

Pro voce nostra usurpabant antiquiores ἐπιτίμιον. Distabat omnino illorum ἐπιτιμία, scil. *jus in foro standi*, apud nostrates, *the possession of civil rights:* et sic Passov. in *H. wörterb.* I. 867. b. *der Stand eines ἐπίτιμος, welcher alle Rechte eines freyen Burgers geniesst.* Hæc utraque vide sis illustrata in *Orat. de Corona*, pp. 229. 29. et 230. 11. R.

Sequior sensus, qualem in nostro videmus, transibat ad Ecclesiam: sic in *Epist. ad Cor.* II. 2. 6. ἐπιτιμία est *excommunicatio.* De cett. adi Suicer. *Thesaur. Eccl.* I. p. 1195. a.

obv. est in v. 4.[z] In 46. init. *Χορηγία* notissima erat inter Atticos: in h. l. significat *salarium* seu *stipendium*[a].

IX. Tractat quæstionem de innovatis (conf. v. 44.) Præfectus, causamque quare ad eam accedit adfert turbatas arantium per totam Ægyptum mentes propter tributa aliaque vectigalia ex iis contra usum communiter præscriptum exacta, statuitque a Strategis ad priorem classem retrahenda quæ per quinquennium proxime actum in Nomis vel Toparchiis fuerant damnata, exactione illorum omissa: delenda porro de tabulis rationariis, quo tempore examini subjiciantur (46–50.).

In 46. post init. vult *A.* **ΟΙΟϹ** contra lapidem: intelligitur *τὸ ἐπανορθώσασθαι*. De idiotism. cf. Viger. III. 8. 9. et Zeun. ad loc. Levi errore hic *H.* **ΕΠΗΝѠΡΘѠϹΑΗΝ**, et post med. **Ϲ.ѠΜΟΥΝΤΕ, ΤΙΠΟΔΔΑΙ . . . . ΚΑΤΕΚΡΙΘΗϹ.** Supplevi hic *ἐκφόρια* ex v. 30. supra. In 47. init. *H.* **ΑΙΗΑΔΑ.** Notes in h. l. distinctionem vectigaliorum quæ soluta erant vel ex ipso agrorum proventu vel numerata pecunia: hæc *ἀργυρικά*, illa *σιτικά*[b]. Sic et mercedes, si vera exaravi in prægress. CDXIV. b. 2. Ad clausulam v. inscite *A.* *ταῦτα αὖ*. In 48. init. *H.* **ΕΜΙ.** Dein med. vers. **ΤΗΕѠΙ.** Desig-

[z] Vocem agnoscunt Alexandrini in *Sap. Salom.* IV. 24. Βασιλεὺς φρόνιμος εὐστάθεια δήμου. Cf. *Maccab.* II. 14. 6. Ἀσιδαῖοι - - - - - πολεμοτροφοῦσι καὶ στασιάζουσιν, οὐκ ἐῶντες τὴν βασιλείαν εὐσταθείας τυχεῖν.

[a] Sic vertit Schleusner. ad loc. apocryph. *Esdr.* III. 4. 54. ἔγραψε δὲ καὶ τὴν χορηγίαν, κ. λ. ubi Vulgat. *quantitatem.* Adest fortasse voci in h. l. plenior interpretatio ex Strabon. XVII. 1. p. 464. T. ubi de adscensu Niliaco scribit: Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς γεωργοῖς χρήσιμον - - - καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν προσόδων χάριν· αἱ γὰρ μείζους ἀναβάσεις μείζους καὶ τὰς προσόδους ὑπαγορεύουσιν.

[b] Conf. Rosettens. 10. s. Πρὸς θεοὺς εὐεργετικῶς διακείμενος ἀνατέθεικεν εἰς τὰ ἱερὰ ἀργυρικάς τε καὶ σιτικὰς προσόδους. Hi reditus sunt in v. 15. συντάξεις σιτικαὶ καὶ ἀργυρικαί. Cf. vv. 21. 29. quos ex nostro inlustrat Letr. in notis ad tit. vol. I. p. 271.

De vectigalibus ex agrorum fructibus quæ hic σιτικὰ adpellantur adeas Pitisc. *Lex. Ant.* p. 675. b.

natur in hisce Ægyptus superior et inferior, *οἱ ἄνω, κάτω, τόποι*[c]. Sub med. *H.* **ΠΡΟΑϹΤΑ.** ubi *Ho.* **ΠΡΟΑΣΤΙΑ**, *C.* **ΠΡΟΑϹΤΕΙΑ.** De Metropole hic manifesto loquitur Pr. ut supra in vv. 5. 33. In 49. init. *H.* **ΙΕΙΑΤΑΝΟΜΝ.** Dicitur *πληθικῶς* post med. ut supra in 5–6. *κατὰ πλήθη*. Imperite *A.* *παροίκως*, ut et post *τοπαρχιῶν* intruso *ἢ ἰδιωτῶν*. Expedivit clausul. Letr. *Νομῶν ἢ Τοπαρχιῶν ἀδικηθέντων κατεκρίθη*, scil. *au préjudice de Nomes ou de Toparchies.* In 50. init. *H.* **ΤΑΙΤΑ.** Ad seqq. *εἰς τὴν προτέραν τάξιν*, conferas supra citata ex Herodiano in not. *y*. v. 18. *εἰς τὸ ἀρχαῖον καὶ ἐλεύθερον ἀφῆκεν*. Vertunt *L.* et *A.* *sur l'ancien pied*, quod et in vernac. nostr. *on their former footing*, *ordine* (statu) *eorum pristino.* Respicit nimirum Pr. ad immunitates vel levationes memoratas in v. 26. Supplevi in fine *λογιστηρίου* ex CDXIV. a. 35. Deinde varia conjeceris; *ἀναγράψουσιν, ἐξαφανίσουσιν, ἐξαλείψουσιν*. Hoc prætuli. Sed conf. CDXIV. a. 33.

X. Obviam itur fraudibus Scribarum a rationibus (*ἐκλογιστῶν*) et Pragmaticorum, qui ditandis ipsis dumtaxat studentes plurima de tabulis rationariis absque monitu ejus habito deleverant, summis quas acceperant procul dubio ipsorum factis. Ideo strategis interdicitur accipere in venturum a Scribis rationes eorum clam Præfecto, actoribusque (*πραγματικοῖς*) qui tabulis aliquid falsi intulerint indicitur multa, scil. summarum quibus ærarium expilaverant restitutio, totidem insuper (*ἔξωθεν*) eidem pensitatis (51–55.).

In 51. init. *C.* **Ϲ.ΩΛΕΑΕΤΙΚΑΙ**, *H.* **Γ.ΩϹΑϹΑ.ΕΤΙΚΑΙ**, *Ho.* **ΕΚΟΛ ΣΑ**, concinente *L.* in minusc. *ἐκόλασα*. *A.* *ἑώσας αὐτίκα.*

[c] Conf. Rosett. v. 46. Ἐστὶν τοῦ Βασιλέως τοῦ ἐπιφανῆ ποιήσαντος τήν τε ἄνω χώραν καὶ τὴν κάτω. Pariter εἰς τοὺς ἄνω τόπους in *Papyr. Taurin.* cit. a Letronn. u. s. p. 286. Huc refer et *Æthiopic.* IX. 22. p. m. Ὡς δὲ τὴν ἑορτὴν ἐξεθειάζον, ἐπὶ μέγα Νεῖλον αἴροντες, Ὧρόν τε καὶ ζείδωρον ἀποκαλοῦντες, Αἰγύπτου τε ὅλης, τῆς μὲν ἄνω σωτῆρα, τῆς κάτω δὲ πατέρα καὶ δημιουργον.

Circa med. *H.* **ΕΓΔΟΓΙΣΤΩΝ**, dein **ΤΟ.ΠΑΝΚΑΣ**, ad fin. **ΠΛΙΣΤΑ.** Hic optime supplet *L.* *τὰ ἐξομοιώματα αὐτῶν*, huc retracta ex. v. prox. Παραγράφω est *scriptum deleo* vel *muto*, scil. fraudis patrandæ causa[d]. In v. 52. init. *H.* **ΕΖΟΥΕΥΝΕΒ**, etc., in med. **ΑΙΤΥΠΤΟΝ.** Sequuntur *ἀνάστατον γίνεσθαι*, scil. *vastari*, vel *seditionibus commoveri*[e]. Παραγγέλλω sub fin. est *mando*, *præcipio*[f]. Dehinc adusque extrema inscriptionem reperi paullatim indistinctiorem factam ubi contrectationi magis exposita est. Letronnii minuscula in hoc versu exeunte sunt, *παραγγέλλω μηδὲν ἐξομοίωμα παραγράφειν ἀλλαχῇ ἄλλο τι κ. λ.* vertitque ; *Je leur défends absolument de faire aux extraits des rôles tantôt une addition, tantôt une autre.* Vertit Anonym. *Je leur enjoins de nouveau de ne se permettre aucune rature sur les doubles de leurs livres en aucun lieu, en aucun temps, en aucune manière.* Verum sensum vocis hic scriptorem adsequutum credo. Ὁμοιώματα sunt *simulacra:* exinde, in re rationaria, *tabulæ invicem accurate respondentes*, quales in nostr. vernac. adpellamus *Duplicate copies*, quarum unam ad strategum missam fuisse credibile est, alteram penes exscribentem mansisse. In 53. init. *H.* **ΓΥΑΦΕ.ΝΑΛΛ..ΠΙΑΛΛΟΤΙ.** Post med. **ΕΚΛΟΠΣΤΩΝ.** In lacuna ad fin. supplet *L.* *ὑποθέσεως*, *A.* *ὑφηγήσεως ἰδίας*. In 54.

[d] Bene hoc illustratur a versione incerta Græc. *Daniel.* VI. 8. *ὅπως ἂν μὴ παραγραφῇ κατέναντι τούτου*, ubi LXX. *ἀλλοιωθῇ*. Cf. in voc. Schleusner. *L. V. T.* II. p. 643. g. nec minus congruit gloss. Hesych. *παραγράφεται, ἐκβάλλεται*, scil. facta deletione.

[e] Conf. ad loc. plura Herodot. sc. I. 155. *a. m.* VII. 56. *b.* etc. quorum hoc apprime nostris convenit, et Lysiæ *Olympiac.* I. med. Ὁρῶν - - - *πολλὰς πόλεις ὑπὸ τυράννων ἀναστάτους γεγενημένας.* Hinc verb. *ἀναστατόω*, h. e. *ἀνάστατον ποιέω*, in *Actt. Apost.* XVII. 6. XXI. 38.

[f] Inlustrant. voc. seqq. *Inst. Cyr.* I. 8. 15. *Ξενοφῶν Ἀθηναῖος ὑπελάσας ὡς συναντῆσαι, ἤρετο, εἴ τι παραγγέλλοι.* Lysias, *De Cæde Eratosth.* IX. post m. *Οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι καὶ κελεῦσαι.* Conf. Theophrast. *Charact. Mor.* XIII., et in sacr. S. Luc. *Evang.* v. 14. *Actt.* I. 4. v. 28., ubi et notes Hebraismum, *παραγγελίᾳ παραγγέλλειν*, h. e. *iteratis jussis denuntiare*, vel, ut Beza, *etiam atque etiam.*

init. *H.* IIEΠ, etc. Dein recte ΑΛΛΟΙΔΕ, ubi vero *A.* δή. *Pragmatici* in h. v. sæpius memorantur in titulo ob ministrationem eorum in rebus fiscalibus Nomorum. Conf. vv. 21. 37. 63. Nimirum fuere Pragmatici ipsi scribæ a rationibus, et huic convenit notissima significatio verborum πράττω, εἰσπράττω, *vectigalia exigo*[g]. Pergit *H.* in med. etc. ΠΑΡΑΓΕCΙΑΦΟΤΕC, ΑΠΗΤΗΘΗCΑΜΜΑΙΟ. Deinde lacuna ad v. seq.

XI. Exactiones nunc attingit Pr. quæ factæ sunt pro adscensu Nili. Improbat malas artes Publicanorum qui hunc æstimabant pro eo qui conspectui adparebat, non pro justa ejus mensura, summis hoc pacto fraudulenter constitutis. Ideo jubet rem transigi mensuratione accurata adscensus aquæ agrique submersi facta. Porro multa, tripla pensitationis factæ, contra publicanum qui nequitiæ istius convincatur indicitur. Deinde eos qui verebantur ne in agro Alexandrino fieret æstimatio pro antiqua quadam Nomi Menelaitæ bono esse ani-

[g] Conf. Polyb. III. 7. 5. Τί δ' ἀνδρὸς πραγματικοῦ (ὄφελος) μὴ δυναμένου συλλογίζεσθαι κ. λ. VII. 12. 2. Δοκεῖ γάρ μοι, τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ βουλομένοις τῶν πραγματικῶν ἀνδρῶν περιποιεῖσθαι τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας διόρθωσιν, etc. scil. *virorum in rebus gerendis versatorum.* Harum vero plures sunt: *Forenses;* idcirco adsciscit vocem Juvenal in *Satir.* VII. 123. Cicer. *De Oratore,* I. 45. init. 59. extr. Quintilian. *Inst.* III. 6. 34. 59. XII. 3. 4. Tractant de his Budæus, *In Pandect.* II. p. 132. et Jacobs. in *Antholog. Græc.* P. II. pp. 503. s. tom. secund. Dein *Sacræ:* conf. Alexandr. in Apocr. *Esdr.* I. 8. 22., ubi inter Templi ministros recensentur οἱ πραγματικοί, quos fuisse ἱεροδούλους conjicit Schleusner. in *L. V. T.* II. p. 847. *h.* Glasg. Hi sunt λειτουργοὶ in *Esdr.* (canon.) VII. 24. et in Joseph. *Antt. Jud.* XI. 5. 1. γραμματεῖς, procul dubio ex prava lect. supr. γραμματικοῖς.

In nostro de re *fiscali* manifesto agitur. Qui in officio vectigali (πραγματείᾳ, v. 12.) versabantur, adpellantur in vv. 21. 37. 54. 63. πραγματικοί, et in primo horum consociantur strategis ipsis, utpote προσωφειληκότες τῷ δημοσίῳ λόγῳ, in hoc vero et 37. Eclogistis. Pariter in Philens. (Letronn. XXVI. 7.) recensentur Strategi, Epistatæ, Thebarchæ, etc. Καὶ οἱ ἄλλοι πραγματικοὶ πάντες. Proinde vertit v. d. *Employés du gouvernement, civils ou militaires,* οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ut hic οἱ ἐπὶ τῆς πραγματείας, *Employés dans les finances.* Conf. *Recherches, etc.* pp. 85. 307. 309. *Inscr. de l'Égypte,* I. p. 341. not.

mo hortatur, neque enim adhuc inchoatum fuisse opus, neque ausurum aliquem, se parum sciente aut ei in magistratu succedentibus, illud aggredi (55-61.).

In 55. post init. *H.* **ΛΑΥΤΗϹ, ΕΓΤΙΝΑΙΠΙΔΕϹΜΕΝΗ.** Dein **ΑΠΑΙΤΗϹΙΕ**, in fin. **ΑΝΒΑ.** Sermo hic est de incrementis Niliacis quæ vocabantur Ἀναβάσεις[h]. Hic in extr. supplet *L.* πρὸς τὴν οὖσαν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου ποταμοῦ. In 56. init. *H.* **ΠΟΛΛϷ**, etc. Satis bene procedunt cetera, quibusdam interpositis lacunis, ad fin. ubi habet **ΘΑΓ**, quod *C.* **ΘΑΡ**, *Ho.* **ΘΑ.** Concinnavit *L.* 56–57. ad hunc modum: Τῆς ἀληθείας αὐτῆς οὐδὲν δοκεῖ δικαιότερον εἶναι. Θαῤῥεῖν δὲ βουλόμενος εἰς τὸ καθ' ὅλην τὴν χώραν κατοικεῖν καὶ προθύμως γεωργεῖν κ. λ. Θάρσος in h. l. est ἀμεριμνία in Herodian. cit. supra ad v. 18. In 57. init. *H.* **Ι.ΙΑΑΙ**, dein **ΠΡΟΘΥΜѠΤΕѠΡΓ** etc. **ΑΝΘѠΠΟΥ. Λ . . . Ϲ**, et in fin. **ΒΕΒΡΙΓΧ.** In 58. *H.* **ΥΠΡΟϹ ΛΙΚΟΦ** etc. **ϹΥΝΨΙΝΠΑΙΑΙΡΑΙΙΨΟΡѠΝѠΝΗΙ.** Hic *Ho.* **ΠΑΡΑ ΓΡΑΦΟΝΤѠΝ.** In fin. *H.* **ΕΞΕΛΕΓΧΟΗΙΨΕϹΑ.** Recte constituit *L.* vv. 58–59. In 59. init. *H.* **ΝΤΟΝ** etc. **ΑΠΟΔѠΕ** etc. in fin. **Λ . . ΞΑΝΔΡΕѠ.** In 60. init. *H.* **ΔΕΝΕΔΑΙΤΗΙΑΙΧΑΙΑϹΓΙϹ . . ΙϹ.** *Ho.* **ΜΕΝΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΡΧΑΙΑΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΗΝ.** Dein *H.* **ΚΑ. ΙΙΝΕΧΟΗΙΜΗΙ.** Verbum quod sequitur habet *C.* **ΕΥΝΟΚΕΙϹΘѠϹΑΝ**, (unde *L.* ἐνοχλείσθωσαν, et *A.*, nescio quo augurio fretus, εὐηθιζήσθωσαν), *Ho.* **ΣΥΝ ΕΙΣΘΩΣΑΝ**, *H.* **ΕΥΝ.ΕΙϹΘѠϹΑΝ.** Lapidi hoc magis congruit, immo sensui[i]: subsannare enim hominum nimis credulorum stultitiam putandus est Pr. Ideo dicit, *Ne cum vecordia agant; ne ineptiant;* quasi dixerit Angl. *Let them not be such simpletons as to credit a rumour of the kind.* Sic εὐήθεια, *silliness, simplicity:* congruit-

[h] Conf. Herodot. II. 13. Strab. u. s. p. 425. T. *Inscr. Rosettens.* v. 24. Contraria erat ὑπόβασις, in Strab. p. 419. supra.

[i] Agnoscit vocem Plato, *De Republ.* I. p. 336. c. Τίς, ἔφη, ὑμᾶς πάλαι φλυαρία ἔχει, ὦ Σώκρατες, καὶ τί εὐηθίζεσθε πρὸς ἀλλήλους, ὑποκατακλινόμενοι ὑμῖν αὐτοῖς; ubi versio Ficini est *ineptitis.*

que quod præit, *μάτην*, *temere*, *gratuito*, nempe quod a fatuis exspectaveris. In 61. init. *H.* **ITHN . . ETP** etc. deinde **OYTET . . HC** etc. **OΦ . I . E . . . EΞ** etc. **AYTHCΔIKX.** Hanc periodum sic expedivit *C.* **MENEINΓAPOΦEIΛE... EΞAIωNOCAYTHIΔIKA**, unde *L.* *μ.γ.ο.* *τὰ ἐξ αἰῶνος αὐτῆς δίκαια*, scil. *tout ce qui a été reconnu juste, des l'origine, relativement à ce point, doit subsister.* Denique *A.* expressit *αὐτῇ*, nempe *τῇ χώρᾳ*, vertitque, *ce territoire doit conserver des droits acquis de temps immémorial.* Vera, ni falsus sim, me descripsisse in loco admodum contrectato arbitror: nempe *αὐτὴ* (fortasse *αὐτηί*, *hæc ipsa*) est *ἀναμέτρησις*, et *δικαία* quæ facta est *πρὸς τὸ ἀληθὲς τῆς οὔσης ἀναβάσεως* in 57.[k] In extr. *H.* **ICTHMP. . . IIITωNTO.** In 62. init. *C.* **ωNΠPOCΓENHMATωN**, fere omnino congruente *H.* Rectissime expressit in minusc. *L.* *περὶ τῶν τοπικῶν προσγενημάτων*, vertens, *relativement aux augmentations locales d'impôt:* nam *προσγένημα* est *accessio*, *incrementum*, suadente hoc themate[l]. Disparem prorsus sensum quæsivit in hoc loco *A.* ex lectione prava *προσγεννημάτων* profluentem, vertitque *créations.* Vertas quod sequitur *ἐπ' αὐτῶν*, *in re* seu *materia illorum*[m].

[k] Nili adscensus (*ἀνάβασις*) erat *μέγας* seu *τέλειος*, *μείζων*, *μέγιστος*, dein *μέσος* seu *δίκαιος*, *ἐλάττων*, *ἐλάχιστος*. Conf. Strab. ubi s. pp. 417. 464. *Inscr. Rosett.* 24. et not. Letr. u. s. p. 289. *Δικαία* in h. l. est quod dixi in argum., Latinorum *justa*, ut in Sueton. *Galb.* XXI. init. *Statura fuit justa*, i. e. neque procerior, neque ob exiguitatem spernenda. Plinianum est de Nilo in v. 10. 8. *justum incrementum*, quod *delicias* (scil. abundantiam) secum adtulisse tradit.

De hoc adscensu conf. Wilkinson. u. s. vol. IV. pp. 99–112., et in primis quæ de ratione illius æstimandæ memorat Strabo in loc. ult. superius citato.

[l] Scil. *προσγίνομαι*. Cf. *Inst. Cyr.* I. 6. 17. *Οὕτω γάρ μοι δοκεῖ ἥ τε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν καὶ ἰσχὺς προσγίγνεσθαι*, accedere, h. e. incrementum capere.

[m] Similis est constructio in Thucydid. I. 17. init. *Τύραννοι δὲ ὅσοι ἦσαν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι τὸ ἐφ' ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι κ. λ.* Huc spectant et *Antigon.* 789. Pindar. *Olymp.* VII. 133.

XII. Nunc ad clausulam litterarum ducimur in qua spondet Pr. se de pensitationibus quibus præscriptionis jure obstricti sunt, necnon de conductionibus, quarum utrasque fraudulenti homines ad sua et sociorum commoda transtulerant, scripturum ad Imperatorem eo fine ut tollantur penitus occasiones injuriose agendi, coronidemque imponit, breviter repetitis iis quibuscum epistolam inchoaverat (62–65.)

62. med. expressit *H.* **ΑΡΧΑΙΟΤϹ . . . . . . ΕϹΕΩΝΕΝΚΕΙ . . . . ΝΥ ΜΟΝΑΙϹΗ.** Prima *Ho.* **ΑΡΧΑΙΟΤΕ . . . . ΣΕΩΝ**, *C.* **ΑΡΧΑΙ ΟΤΕΛ . . . . ΕΤΕ . ΩΝ**, unde *L.* ἀρχαιοτελειῶν ἐτείων, *anciennes contributions annuelles.* Effluxerant litteræ in hac parte adeo ut ne unam quidem inter **Ι** et **Ϲ** discernere potui: supplevi vero, ob verba supr. in 10–11., *μισθώσεων*. Sed vide annon stare possit et *συνθέσεων*, ut intelligantur *pacta* quibus invicem se obstrinxerant, quæ vero in sua commoda nequitiæ sectatores converterant: cf. supra vv. 16–21. In 63. init. *H.* **Ε . ΝΗΟ . ϹΑΙ.** Deinde, **ΠΑΕ . ΝΠ . ΡΙΕΙΕΙΗϹΑΝ, ΤΩ ΝΑΓ . ΩΝ, ΚΑΙΤΗϹΤΩ . . . . . ΠΟΝΕΠΗ Α.** Accuratiora in extr. dedit *Ho.* **ΤΗΣ ΤΩ . . . . ΡΓΩΝΕΠΙΤΡ**, scil. *præter agricolarum contritionem: τρῖψις* a *τρίβω*, ut *θλῖψις* a *θλίβω*, translaticie *damnum, noxa.* In 64. init. *H.* **Ε . . . ΤΩΑΥΤΟΝ** etc. **ΓΡΑΦ . . . Η** etc. **ΛΛΩ . . ΕΑ, ΔΗΛΩΙΤΩΙ, ΔΥΝΑΜ . . . ΟΙ, ΟΛ . . . . . ΩϹϹΚΚΟΠΤ.** Extr. *C.* et *Ho.* **ΟΛ . . . ΩϹ**, unde *L.* ὁλικῶς. Usurpatur in h. l. vox fortior *ἐκκόπτειν*, *exscindere, delere, amoliri*[n]. Sic *ἐκριζόω*, et Latt.

[n] Sensus primarius conspicitur in Böckh. 2831. 8. ἐπιγραφὴν ἐκκόψαι. Cf. n. 3518. 3. (nostr. Fasc. I. n. XVIII.), cui congruit Thucydideum ἐκκολάπτω, unde Nepos in *Pausan.* I. fin. *Hos versus Lacedæmonii exsculpserunt, etc.* Conjungitur translaticio in vers. LXX. *Job.* XIX. 10. ἐξέκοψε δὲ, ὥσπερ δένδρον, τὴν ἐλπίδα μου, Lat. *incidit spem.* Sic *amputare causam morbi* est apud Galen. in libr. X. *Meth.* ἐκκόπτειν τὴν αἰτίαν νόσου, ut in Cicer. *Philipp.* VIII. 5. *In corpore si quid pestiferum est amputare.* Hinc optime Plutarch. in *Comparat. Demosth. cum Cicer.* IV. init. de pestibus reipublicæ; Καὶ μὴν ἥ γε φυγὴ τῷ μὲν αἰσχρὰ, κλοπῆς ἁλόντι, συνέπεσε, τῷ δὲ, κάλλιστον ἔργον, ἀν-

eradico, *exseco*, etc. In 65. init. *H.* **AI.** Dein **ΝΑ.ΤΩΝΙΗΤΩΝΓΩ ΤΗΦΙΑCΗΙΔ . ΝΕΚΗC . . ΡΓΕCΤΑ** etc. **ΓC ΠΙΩΤΟ . . . . ΔΕΙΒΙΟΥ.** In 66. **ΒΑΝΑΙ . ΑΡΟCCΕΙΟΛΓΠΥΔΥΤΟ** etc. **ΠΙΦ · ΙΒ.**

CDXVI. e.

ЄΠΤΑΚΙΤΟΥCЄΚΑΤΟΝΠΗΧЄΙCЄΙCΜΗΚΟCΟΤΗΝ [ΔЄ]
ΤΗΝΙΒΙΚΟCΜΗCЄΝCΤΡΩΜΑΤΙΤΩΙΛΙΘΙΝΩΙ
ЄΡΜΟΛЄΩCΟΓΥΝΑΙΚΙCΥΝΑΝΘΟΥCΗΙΜЄΘ [ΙΔΡΥCΑC]
ΠΑΤΡΙΔΟCЄΞЄΡΜΟΥΥΙΟCΟΔΕΡΜΟΦΙΛΟΥ

Ἑπτάκι τοὺς ἑκατὸν πήχεις εἰς μῆκος ὁ τήνδε
Τὴν Ἶβι κόσμησεν στρώματι τῷ λιθίνῳ
Ἑρμόλεως, ὁ γυναικὶ σὺν Ἀνθούσῃ μεθιδρύσας
Πατρίδος ἐξ Ἑρμοῦ, υἱὸς ὁ δ' Ἑρμοφίλου.

Descripta apud ædes easdem quæ in prægressis memorantur, de propylæo earum secundo ejusque fronte australi. Tetrasticho elegiaco commemorat Hermolaus Hermopolites se cum uxore sua Anthusa ornasse Metropolem[o] Oasis strata via cubitos DCC in longum porrecta, h. e. pro mensura cubiti, pedes mille quinquaginta vel quadringentos; dignum sane opus præconio ornatiore!

Video editum a Cailliaudio inter cetera quæ in Oasita congessit, sed adeo oppletum sordibus ut Œdipo redivivo opus fuerit ad concinnitatem tituli instaurandam. Ex. gr. decurrit versus primus:

θεράποντας ἀλιτηρίους ἐκκόψαντι τῆς πατρίδος, et in re simili Joseph. *Antt. Jud.* VIII. 12. 1 init. ἐκκόψας (sc. Asa) εἴ τι πονηρὸν ἦν ἐν αὐτῇ. Polybii sunt, ἀνοχὰς, πολέμους, παιδίας, ἐκκοπῆναι, in v. 104. 10. et S. Apostoli in *Epist. ad Cor.* II. 11. 12. ἐκκόψω τὴν ἀφορμήν. Hæc pauca satis inlustrant metaphoram.

[o] De hac, *Hibe*, vel ut h. l. *Hibi*, conf. not. *d.* ad argum. init. CDXIV. a.

ΘΠΤΑΚΙΡΟΥCЄΙΑΤΟꞒΙΗΧЄΙCΘΙΟΜΗΚΟCΘΤΗΙΝ, dein 2. **ΤΗΝΙ ΙΝ . ΟCΜΝCΓΡѠΜΑΠΤC . ΑΙΘΙΝΟ**, 3. **ΘΡΜЄΙΑCΟCΟΑCΥΝΑΧΜΗ ΝΑΝΘΟΥCΑ . ΘΘ**. Quartus ad amussim expressus datur, præter **ЄΡΝΟΥ** pro **ЄΡΜΟΥ**. Oppidum *Hermopolis* designatur, (quæ et *Hermupolis*[p], Ἑρμοῦ πόλις,) sicut *Latopolis* in Memnonio CCCLXVIII. 2. supra Λάτων πάτρα. Supplementum in v. 3. ut probabile tantum commendo: litteræ quas uncinis inclusi omnino exoleverant.

CDXVII. f.

ΙΛЄѠC	Ἵλεως
COIЄΡΜ	σοὶ, Ἑρμεί-
ΑCΥΙΟC	ας, υἱὸς
ЄΡΜΟΓЄ	Ἑρμογέ-
ΝΟΥCΚΑΙ	νους, καὶ
ΗΡΑΚΛЄΙ	Ἡράκλει-
ΟCΑΔЄΛ	ος, ἀδελ-
ΦΟC	φός σου,
ΚΑΙΗΡΑΚΛЄ	καὶ Ἡρακλέων
ΠΟΛΥΔЄΥΚΟ	. Πολυδεύκους.

Descripta apud easdem, de fronte orientali. Orat quidam *Hermias* numinis templi (*Amûn:* cf. CDXIV. *a.* arg. init. not. *d.* et CDXV. init. *w.*) favorem erga se et fratrem ejus *Heraclium* amicumque *Heracleonem* (vel *Heraclidem*). Conf. titulum similiter comparatum supra inter Berytenses, CCCXXVII., necnon inter Saltianos edit. a Letronn. in *Actt.* ubi supra a Syringibus.

[p] Conf. not. *y.* tit. CCCLIII. arg. init.

CDXVIII. a.

ΥΠΕΡΤΗϹΤΟΥΚΥΡΙΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΚΑΙϹΑΡΟϹΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΥΑΡΙϹΤΟΥϹΕΒΑϹΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥΤΥΧΗϹΕΠΙΜΑΡΚΟΥΡΟΥΤΕΙΛΙΟΥΛΟΥΠΟΥ
ΕΠΑΡΧΟΥΑΙΓΥΠΤΟΥϹΑΡΑΠΙΔΙΚΑΙΕΙϹΙΔΙΘΕΟΙϹΜΕΓΙϹΤΟΙϹΟΙΑΠΟΤΗϹΚΥϹΕΩϹΓΡΑΨΑΝ
ΤΕϹΤΗΝΟΙΚΟΔΟΜΗΝΤΟΥΠΥΛΩΝΟϹΕΥϹΕΒΕΙΑϹΧΑΡΙΝΕΠΟΙΗϹΑΝ L ΙΘ̄ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΚΑΙϹΑΡΟϹ
ΝΕΡΟΥΑΤΡΑΙΑΝΟΥΑΡΙϹΤΟΥϹΕΒΑϹΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥ · ΠΑΧΩΝ · Ᾱ

Ὑπὲρ τῆς τοῦ Κυρίου Αὐτοκράτορος Νερούα Τραϊανοῦ Ἀρίστου Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ τύχης. Ἐπὶ Μάρκου Ῥουτιλίου Λούπου, Ἐπάρχου Αἰγύπτου, Σαράπιδι καὶ Ἴσιδι, θεοῖς μεγίστοις, οἱ ἀπὸ τῆς Κύσεως γράψαντες τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πυλῶνος εὐσεβείας χάριν ἐποίησαν· Λυκάβαντι (ἔτει) ἐννεακαιδεκάτῳ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Νερούα Τραϊανοῦ Ἀρίστου Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ, Παχὼν τῇ πρώτῃ.

Descripta de fronte boreali primi propylæi ædium apud vicum qui varie adpellatur *Dûsh El Qal'ah*, *Sheîkh Dûshî*, et *Sheîkh El Qal'ah*, videturque ex hoc titulo antiqui oppidi *Cysis* sedes fuisse. Commemoratur exstructa porta templi, sumptus conferentibus Cysitis, in anno XIX. imp. Trajani, die *Pachon* I., h. e. U. C. 869. (P. C.116.) et VII. Kal. Maias, Præfecturam obeunte M. Rutilio Lupo.

Ediderunt Cailliaud.[q] Salt. ex schedis Hydianis, Hoskins. Letronn. ex editis a Caill. Hosk. et schedis Pachonis. In v. 1. abesse video a Letronii exemplari **ΤΟΥΚΥΡΙΟΥ**, quod recte admiserat *Hyd.* In 2. sub fin. *Ho.* **ΡΟΥΠΙΝΟΥ**. In 3. med. *H.* **ΟΕΟΙC**. De tit. μεγίστοις vide supra CCCLII. 2. CCCLIII. 4. Ibid. sub fin. *Ho.* **ΚΥΡΣΕΝΙΚΟΙ**. In fin. *H.* **ΓΡΑ . ΑΝ**. In 4. init. *Ho.* **ΤΑΥΤΗΝ**. In med. *Id.* **ΕΥΣΕΒΑΙΑΣ**, ubi *H.* **CΥCΕΡΓΙΑC**, dein **Ι . ΙΦ**, quod in melius postea mutavit supra scripto **LΙΘ**. Hic *Ho.* **FΙΘ**. De siglo **L** conf. notata ad CCCXXXVII. 1. In 5. init. *Ho.* **ΝΕΡΟΥ**., omisso mense in extr. Sub fin. *H.* **ΔΑΝΚΟΥ**, quod postea correxit supraposito **ΚΙ** in justo loco.

Notandus est in v. 1. titulus Ἄριστος Trajano adscriptus. *Optimus* audivit Imperator in an. U. C. 852. vel 853., sed nummi non testantur nisi in 867–868. quo tempore tribunatum XVIII. gessit. Abest *Parthicus* secundum ea quæ tradidit Eckhel.[r] In v. 2. notabilis est mentio Lupi, de quo adeas Eusebium[s]. In v. 3. obvia est

[q] Conf. Letronn. *Recueil, etc.* I. n. XIV. p. 120. Salt. in *Diar. Cl.* supr. pp. 368. s. Hoskins. *Visit*, etc. p. 321. Addas Wilkinson. *Topogr. Theb.* pp. 329–335, et de Cyse, p. 362.

[r] Conf. *Doctr. Num. V.* VI. p. 438. s. 460. s. et Mionnet. *Catalog.* VI. p. 136.

[s] Caveant legentes ne Lupum hic memoratum confundant cum eo cujus meminit Josephus in *B. J.* VII. 10. 2, 4. quique in locum Alexandri (supr. CCCCXV. init.) successerat, imperante Vespasiano. Conf. Memnon. supr. CCCXCVII. init. Lupum de quo nunc agitur memorat Euseb. in *Hist. Eccl.* IV. 2. p. 115. c., Trajano tunc temporis agente an. XVIII. imperii. Hoc rationi temporum in nostro optime convenit. Discimus porro ex eodem, conlato Spartiano in *Hadr.* VIII., Marcium Turbonem excepisse in præfectura Lupum nostrum.

religio Serapica[t], de qua conf. prox. v. 4. et CCCL. 1. supra. Porro in hoc versu notes constructionem *οἱ ἀπὸ τῆς* Κύσεως, quam vide in CCCLXIV. 2. supra, et seq. Est *Κυσῖται*. Deinde in 3–4. vertas *οἱ γράψαντες*, *qui decreverant;* in hoc expediendo enixe laborat erud. Letronn.; atqui nihil apertius est[u]. Deinde *ἐποίησαν* est, eodem notante, *faciundum curaverunt*. Conf. Fasc. II. n. CXXXIII. ubi *ἀνέθηκεν* et *faciundum curavit* invicem in bilingui respondent.

CDXIX. b.

ЄΝΘΑΔЄ [ΤΟΠΡΟ] ΘΥΡΟΝΔωΜΗϹΑΤΟΤЄΙΧЄΟϹЄΝΤΟϹ
ΥΨΗΛΟΝΞΑΘЄΗϹΙϹΙ [ΔΟϹ] ΟΑΡΧΙЄΡЄΥϹ
ΠΡΟϹΔЄΤΙΚΑΙΤΟΝΑΝΥϹϹЄΠΥΛωΝΑΙΡΗΙЄΝΙΚΥϹЄΙ
ΟΥΠΑΡΟϹЄΝΝΑЄΤΗϹЄ [ΡΔ] ЄΝΟΜΙΞΟΜЄΝΟΙΝ
ΑΘ [Λ] ΑΠΟ [Θ] ЄΙΝΑ [ΚΑ] ΛΟΙϹЄΠЄϹΙΝΥΠΟΠΑϹΙΔЄΧЄϹΘΑΙ
[ЄΝ] ΘΑ [ϹΑ] ΡΑΠЄΙΗ [Ν] ΚЄΡΧΟΜЄΝΗΝЄ [Π] ΙϹΟ [Ν]
ΘΥϹΑϹЄΠΑΓΑΘωΙ
ΠΑϹΙΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙϹΝΑΟΝΜ [ЄΓΑΝωΔΑΝЄΘΗΚЄ]
ΗΠΙΟΘΟΛΜΟϹЄωΝΥΙΟϹΟ [ΦΛ] ΑΟΥΙ [ΑΝΟΥ]

Ἐνθάδε τὸ πρόθυρον δωμήσατο τείχεος ἐντὸς
Ὑψηλὸν ζαθέης Ἴσιδος ὡρχιερεύς,
Πρὸς δ' ἔτι καὶ τὸν ἄνυσσε πυλῶν' ἱρῇ ἐνὶ Κύσει

[t] Conf. Hoskins. u. s. p. 154. *The Roman Emperor is represented making offerings, in the first line, to Serapis, who has the head-dress of the globe and two feathers: in the second, to Isis with the head-dress of the globe and horns: in the third, to Horus with the hawk's head and a helmet upon it: again, in the line beneath, to Isis with the globe and horns, etc.*

[u] Cp. Demosth. *Philipp.* IV. p. 146. 1. R. Εὐθὺς ἀναστάς τις λέγει ὡς οὐ δεῖ ληρεῖν, οὐδὲ γράφειν πόλεμον, *decernere bellum.* Sic Alexandrini in libr. *Esther.* x. 1. Ἔγραψε δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐπὶ τὴν βασιλείαν, scil. τοὺς φόρους, ubi Hebr. est וַיָּשֶׂם מַס, *et imposuit tributum.* Vulgat. *fecit tributarias.*

Οὗ πάρος ἐνναέτης ἔρδεν ὁμιζομένοιν.
Ἆθλα ποθεινὰ καλοῖς ἔπεσιν ὑπὸ πᾶσι δέχεσθαι
Ἔνθα Σαραπείην κ' ἐρχομένην ἔπισον.
Θύσας ἐπ' ἀγαθῷ,
Πᾶσι Καταχθονίοις ναὸν μέγαν ὧδ' ἀνέθηκε
Ἠπιόθολμος ἐὼν υἱὸς ὁ Φλαουιανοῦ.

Descripta de aditu australi primi propylæi ædium apud *Dúsh El Qal'ah.* Prostant insculpta in facie ejus orientali, subter globum aligerum.

Memorant exstructum vestibulum (*πρόθυρον*) ædium Serapidi et Isidi dicatarum, atque insuper portæ (*πυλῶνος*), apud Cysitas, a summo sacerdote Isidis (1–4.), quos suos labores, deamque Serapicam (*Isidem*), ut benigne excipiant cuncti, rogat (5. s.). Qui adjecti sunt (7–9.) videntur ab Epiotholmo profluxisse, ipso fortasse Sacerdotis filio, qui fanum diis inferis addicit. Conjicere licet patrem mortuum fuisse post opera peracta, vel alibi commoratum ei officium dedicandi permisisse.

Hæc sola sunt quæ exaranda veniunt ex titulo gravissimas injurias perpesso per totas ejus partes, potissimum in vv. 6–9, propter hyperthyridem in medio fractam. Tentavi, qua solertia potui, supplementa.

Edidit in primis Cailliaudius, in opere supra dicto, tab. XXIII. dein Saltius ex schedis Hydianis, in *Diario Class. Lond.* ubi supra. Utriusque exemplaria pro inquinatissimis habenda sunt, adeo ut vix una quidem lectio certa possit ope eorum constitui. Piget sordes proferre; sed in legentium gratiam, nec minimum, ut peritiorum studia provocem, oculis subjiciendas judicavi.

In v. 1. habet *C.* ΟΝΡΜΥΑΙΕΔΥΡΟΝΔѠΜΗϹΑΤΟΤ . ЄΙΧЄΟϹΙЄΝΠΟϹ. Paulo saniora *H.* ΘΝΡΑ . ΑΙΡΑΥΡΟΝΔѠΜΗ . ΑΤΟΤΗΧ

ЄOCЄNTOC. Hic in schedis meis primitus descripta observo, *Θηβαΐδι πρόθυρον δωμήσατο Χέμμιος ἐντός*, h. e. intra *Panopolem*, quæ a Græcocoptis Χῆμις seu Χέμμις vocabatur[v]. Proinde arbitratus sum templi, in tit. supr. CCCLIII. memorati, rem agi. Deinde in v. 2. *C.* Υ+ΗΝΟΜΧΑΘЄΗΟΑΡΙΧ . ΟVΡΧΙΡЄΥC, *H.* V+ΗΝΟΜΕΑΘΕΗΕΝ ΡΙΧ . ΟΑΡΧΕΕΡΕΥc, quæ primo obtutu ipse expresseram; Ὑψηλὸν *ζαθέης* Τρίφιδος *ἀρχιερεύς*, recordatus deæ in CCCLII. CCCLIII. quæ in istis *μεγίστη* audit, hic *ζαθέη* in sermone metrico, *divinissima*[w]. Deinde vero, sæpius iterato conspectu, potiora duxi quæ in minusculis subter titulum dedi, magisque congrua loco in quo steti. Conf. prægress. CDXVIII. Pergit *C.* in 3. ΠΥΟCΔЄΤΗCΑΙΤΟΝΑΝΥCC ΚΜѠΝΑΙΗΙΕΗΙΚΥCΙ, et post med. *H.* Κ . ΛѠΝΑΙΗΕΙΝΙΚΥΕΙ, exordio ad amussim dato. Hic portam, ipsam fortasse quæ in prægresso v. 4. memoratur, confectam (*ἀννσθεῖσαν*) agnoscimus, et in extr. mentionem urbis, *ἱρῆς* adpellatæ ob cultum Serapicum. In 4. *C.* DVΠΑΡΟЄЄΝΝΑЄΠΠΚΟΥΜΜΟΜΙΣ|ΞΟΜЄΝDΝ, quæ *H.* ΡΥΠΑΡΟC ΕΝΝΛΕΤ . ΠΚΕΟΜΙΖΟΜΕΝΟΙΝ. Hic *οὗ* est *ubi*, scil. *apud Cysenses*, *ἐφ' οὗ χώρου*[x], et *ἐνναέτης* (non *ἐνναετής*), *inhabitator*[y]. Ὁμιζομένοιν in extr. de Serapide et Iside dicitur, quorum arctissima erat in theogonia recentiorum connexio; qui *σύνναοι* erant, earundem ædium et cærimoniarum participes. Porro, una cum his triadem explevisse Horum patet ex vestigiis anaglyphorum quæ adhuc in propylæo

[v] Vide supra CCCLIII. not. *y.* arg.

[w] Epith. potissimum de *regionibus*, *urbibus*, *etc.* usurpatur, ut in notiss. Homeri, Κίλλαν τε ζαθέην. De *personis* conf. ζάθεοι Κρῆτες in *Bacch.* 121. scil. Corybantes tuentes Jovem infantem.

[x] Ellipsis notissima est. Conf. *Nubes*, 302. Οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα Μυστοδόκος δόμος Ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται, hoc est, ἐφ' οὗ. Similiter expediendum est Thucydidis οὗ γῆς; *ubi terrarum?*

[y] Conf. *Analect. Br.* III. 85. Τὸν θρασὺν ὑψικόμαν ἐνναέταν δονάκων. Comparet synonym. ἐνναετὴρ in Mosch. II. 119. Τρίτωνες πόντοιο βαθυῤῥόου ἐνναετῆρες, et feminin. in *Analect.* supr. II. 99. Ἠχὼ ἐρημαίης ἐνναέτειρα νάπης.

restant[s] ægre discernenda ob putredinem saxi. Declaratur hæc conjunctio *S.* et *I.* cum *H.* per vocem metro aptatam, quam sane in lexicis non adhuc reperi, analogiæ vero congruam, quum obvia sint ὅμευνος, ὅμιλος, et similia. In v. 5. omnino turbantur exemplaria *C.* et *H.*, prout exspectandum erat, litteris supra fracturam prædictam vel deletis omnino vel truncatis. Decurrunt; **ΛΘΠΤΑΤΛϤΝΑΙ ΝΟϹ . . ΝΟΙϹЄΠΘΤЄΝΥΤΟΤΑϹΙΔЄΧЄϹϹΧ** et **ΛΘ + + ΑΤΑΙΝΑΙ ΠΟϹϹ . ΝΟΙϹΕΠΕ . . ΝΥΠΟΠΑΕΙΔЄΧЄϹΘΑΙ.** Ipse quæ descripsi parum fidens profero, ad sensum magis quam exoleta vocum simulacra respiciens. Certiora sunt quæ minus læsa reperi in v. extr. Posui in pr. ἆθλα ποθεινὰ, sicut supra obv. in CCCXXVIII. 3. s. τέχνασμα ποθινόν, ubi conf. not. Opera erant desiderio expetenda, proinde fausto omnium plausu dignissima quæ exciperentur. De hoc usu verbi δέχομαι cf. supra CCCXIV. a. 25. Deinde *C.* in v. 6. **Ο . . . ΟΥΥΑΡΠΟΙΟΙΚЄΡΠΟΜЄΝΗΠЄΔΙΟЄϹ**, quæ *H.* **ΥΥΑΡΤΤΟ ΙΟ . ΕΡΠΟΜΕΝΗΠΕΔΙϹω.** Evanida in exordio versus vix fidens commendare queo, de sensu tantum solicitus. Isis videtur nuncupari Σαραπεία, Σαραπιακή, quod expedire licet ex supra notatis. Sic Venus, *Vulcania*. Appositum in extr. ἔπισον, *æquum*, *fas est*, videtur esse quasi se excusantis a culpa intrudendi cultus Isiaci cum Serapico conjuncti: hoc facile explicatum habemus quum notum sit deum exterum (Serapidem) Ægyptiis valde displicuisse, qui proinde cærimoniis ejus magnopere obnitebantur Isidemque, spectabant, theogoniæ antiquæ numen, tamquam Osiridi proprio jure adligatam[a]. Stat porro sub fin. in apogr. *C.* et *H.* **ЄΡΠΟΜ** etc. quod me aliquan-

[s] Vide not. *t.* ad argum. prægressi.

[a] Conf. Plutarch. *De Iside, etc.* XXVII. s. cum Tacit. Pausan. Clement. in *Protreptic.* etc. cit. in libr. Wilkinson. *de Ægypt. Antiq.* vol. IV. pp. 360–366. Testimonia veterum satis arguunt Serapem fuisse Græco-Ægyptium, non vere Ægyptium. Hinc Σινωπίτης audit in Dionys. Perieget. cit. supr. in not. *p.* p. 193.

tulum movet. Certe descripsi **ЄΡΧΟΜ** etc., sed inhæret et alteri probus sensus, quem facile intellexeris ex Theocriteo, *Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν, Ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν*[b]. Nolim dicere nos subdole expressum habere aversari Isidem alienigenam maritum. Vs. 7. descripsit *C.* **CΝΥCΓЄΤΜΙCΟ**. Omisit *H.* Huc conf. Fasc. II. n. CXXV. 4. ss. *ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ οἴκου αὐτοῦ θυόμενος ἐποίησε τὸν θρόνον κ. λ.* In v. 8. extrema penitus evanuerant: hemistichum primum *C.* **ΠΑCΠΑCCΤΗΟΝΟΙCΙΝΑΟΙΛΜ**, *H.* **ΠΑCΙΓΑCCΧΗ⁻ΟΝΟΙCΙΝΑѠ . Μ.** Jure hic inferis fit dedicatio, quorum numero accensebatur Serapis[c], quandoque et Isis, quæ in vetustiorum sacris fuerat cum Osiride consociata in defunctos judicium exercente[d]. Hinc pro Cnidio nostro (n. LXXXIX.) amplior fortasse explicatio eruitur, scil. *Σαράπιδι, Ἴσιδι, θεοῖς πᾶσι,* quibus ut *καταχθονίοις* censendus est Apollonides vota persolvisse, quippe morti ereptus. Cf. et CCCL. supra. Supplevi in extr. *ἀνέθηκα* vel *ἀνέθηκεν* ex ejusdem v. 3. Versus ultimus omnino depravatus cernitur in exemplaribus *C.* et *H.* scil. **ΗΠΙΟCΟΛΝΟCѠΝΥΙΟCΟΟVΔΛЄΤΙ ΜΧ**, et **ΗΠΙΟCΟΑΜΟCѠΝΥΙΟЄΟ . ΟV. . ЄΜ.** Nomen erat *Ἠπιόθολμος*, in quo fortassis Græcocopticum existimandum est *Θόλμος* pro *Πτολεμαῖος*. Conf. supra Libanens. CCCXXXVII. 1. Secundum, scil. Patris, penitus fere effluxerat: quod supplevi, minime vero fidens, *Φλαουιανός* vel *Φλαβιανός*, conficit pentametrum, saltem secundum

[b] *Idyll.* I. 105. s.

[c] Nimirum apud Ægyptios Plutoni æquiparatus est Serapis: *εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. Isid. et Osir.* XXVIII. post m. Conf. Tacit. *Hist.* IV. 83. s. et not. prox.

[d] Plutarch. ubi supra, XXVII. fin. *Οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν ἢ τὸν Πλούτωνά φασι, καὶ Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν.* Cf. Herodot. II. 123. 156. Apuleii *Metamorph.* XI. pp. 257 ss. Bipont.; porro quæ tradit ipse Plutarchus in c. LXXIX. fin. de arctissima conjunctione Isidis cum Osiride in veterum theogonia (*παλαιῷ λόγῳ*). Addas Wilkinson. u. s. pp. 314. ss.

legem in talibus metricæ sequioris. Conf. supra ad nn. CCCLXXI. 3. 9. metr. CCCLXXIV. 5.

Hæc sunt quæ detitulo in signiore, gravissima a barbarorum injuriis tractantiumque manibus passo, enucleando probatiora duxi: fateor vero adhuc restare quæ mihi molestiam creant. Loquor potissimum de vv. 5. 6., satis enim expediri prægressos autumo qui intervallo ampliore distabant a fractura in summo propylæo, de ultimis vero conclamatum esse per quos medios patebat rima in summo aditu. Varia in illis, monimento inhærens, tentavi, quorum unum quod in exemplari supra dato expressi auspicatius judicavi. Alterum hic appono quod non tam sensu, certissimus quum sit, quam verbis priori distat:

Δεῖ τὰ ποθεινὰ σεμνοῖς ἔπεσιν ὑπὸ πᾶσι δέχεσθαι
Ἔργα, Σαράπειον κ' ἐρχομένην ἔδεθλον[e].

CDXX. c.

ΒΕΛΤΕΡΟΝΗΕ - - - - - - - - ΑΥΔΗΝΟΤΙ
ΓΗΡΥΝΕΧΣΣΝΜΕΜΝΟΝCΕΔΕΟΥCΥΙΟΝΟΥΔΕΤΙ
ΟΞΕΙΩCΦΩΝΕΙΝΕΚΔΙΟCΕΝΔ . . . ΤΑΙ
ΡΗΙΔΙΩCΜΕΝ - - - - - - - ΕΚΓΑΙΗCΗΧΟΝ

Βέλτερον ἠὲ - - - - - - - - - - αὐδὴν ὅτι
Γῆρυν ἔχων, Μέμνων, σε δ' Ἕους υἱὸν οὐδ' ἔτι
'Οξείως φωνεῖν ἐκ Διὸς ἐνδίδοται.
Ῥηϊδίως μὲν - - - - - - - - - ἐκ γαίης ἦχον.

[e] In hisce dicuntur ἔπεα σεμνὰ sicut λόγοι in *Hippolyt.* 957. σεμνοί, scil. καλοί, εὐσχήμονες. De voce poetica ἔδεθλον respicias ad CCLIX. c. 11. supra.

Descripta indidem de facie occidentali. Pessime habitum reperi, adeoque mutilatum, ut de sensu aliquo extricando diu desperaverim. Iterato sæpius conatu quædam de Memnone vocali scripta fuisse suspicatus sum, idque ex v. 2. ubi **MEMNON** sub med. agnovi: deinde facilior patebat via ad cetera, quorum plurima innotuere ex solenni formula Memnoniorum, scil. de ortu, voce, tutela Jovis. En fructum! Sed in carmine penitus concinnando inter tot ævo absumpta dolere restat inritos conatus.

Videtur quidam huc adpellens ex sede Thebaica statuæ canoræ meminisse; sed qua de causa, quo fine, me fateor ex fragmine hoc poetico nullatenus comperisse. Certe quorumdam fuit qui Memnonem inviserant, quum alibi visendi causa commorarentur, miraculum vocale laudibus efferre; ex. gr. in titulo Wilkinsoni apud Syringas descripto quidam, nomine Heraclius, et ipse Musarum alumnus, supra omnes extollit *Memnonem divinissimum.* Tale possit fuisse argumentum versiculorum quos nunc tractamus: Memnonem etsi voce fracta, effigie dimidiata, plus admirationis ciere quam miracula artis hodiernæ.

Habeo ante oculos exemplaria Cailliaudii et Hydii, in libris supra dictis expressa, sed quantum adminiculi conferunt intelligi potest ex seqq. Vs. 1. *C.* est **ЄΛΤЄΡΟΝΜΗΓ..ΟΓΠ....ΥΛΗVΟΤΙ**, *H.* **ΕΑΤΕΡΟΝΗΕ........Η.** 2. *C.* **+ΥΝЄΧΗCϹΧΙЄΙΟΥϹѠϹѠCѠΥ ΔΥΙΟΝΛ.ΟΥΔΛΤΙ**, *H.* **+ΥΝΕΧΕΕ.Ε..ΠΟΝΑCC.** Hic restat *H.* ob reliqua omnino exoleta. Pergit *C.* in 3. **CϹϹ...ΟΝЄ.ΝΟΑ.Ο CϹΝ.ΛΓΤΜΙ**, et in 4. **ΥΗΙΔΙѠ..ΜЄΙ...ЄΓΑ..ΗϹΑΥΟΝΙ..V.** Hæc, ut nostra explicatiora reddant, ænigmatistarum filiis linquo. Hoc dumtaxat monendum est, quod **AYON** ponitur in ult. pro **HXON**, fere ut, constanti errore, Saltius in Memnoniis. Conf. supra CCCLXXI. 11. CCCLXXV. 6.

TCHONEMYRIS. Tϭoⲙⲙⲡ̄ⲙⲙepнc? قصر عين الزيان.

CDXXI. a.

ΑΜΕΝΗΒΙΘΕѠΙΜΕΓΙϹΤѠΙΤΧΟΝΕΜΥΡΕѠϹΚΑΙΤΟΙϹ
ϹΥΝΝΑΟΙϹΘΕΟΙϹΥΠΕΡΤΕΤΗϹΕΙϹΑΙѠΝΑΔΙΑΜΟΝΗϹΑΝΤѠΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙϹΑΡΟϹΤΟΥΚΥΡΙΟΥΚΑΙΤΟΥϹΥΝΠΑΝΤΟϹΑΥΤΟΥΟΙΚΟΥΟϹΗΚΟϹΤΟΥΙΕΡΟΥΚΑΙΤΟ
ΠΡΟΝΑΟΝΕΚΚΑΙΝΗϹΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΘΗΕΠΙΑΟΥΙΔΙΟΥΗΛΙΟΔѠΡΟΥΕΠΑΡΧΟΥΑΙΓΥΠΤΟΥ
ϹΕΠΤΕΙΜΙΟΥΜΑΡΚѠΝΟϹΕΠΙϹΤΡΑΤΗΓΟΥϹΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟϹΠΑΙΛΙΟΥΚΑΠΕΙΤѠΝΟϹ
ΕΤΟΥϹΤΡΙΤΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΚΑΙϹΑΡΟϹΤΙΤΟΥΑΙΛΙΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΑΝΤѠΝΕΙΝΟΥ
ϹΕΒΑϹΤΟΥΕΥϹΕΒΟΥϹΜΕϹΟΡΗΟΚΤѠΚΑΙΔΕΚΑΤΗΙ

Ἀμενήβι, θεῷ μεγίστῳ Τχονεμύρεως, καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς, ὑπέρ τε τῆς εἰς αἰῶνα διαμονῆς Ἀντωνίνου Καίσαρος, τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ σύμπαντος αὐτοῦ οἴκου, ὁ σηκὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ τὸ πρόναον ἐκ καινῆς κατεσκευάσθη, ἐπὶ Ἀουϊδίου Ἡλιοδώρου, Ἐπάρχου Αἰγύπτου, Σεπτιμίου Μάρκωνος, ἐπιστρατήγου, στρατηγοῦντος Ποπλίου Αἰλίου Καπίτωνος, ἔτους τρίτου Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τίτου Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς, Μεσορὴ ὀκτωκαιδεκάτῃ.

Descripta apud parietinas *Qassr E'Zîân*, ubi sitam fuisse intelligimus *Tchonemyrem*. Vicus hodiernus *Gunakh* distat ab *El Khardjeh* (supr. CCCCXIV. a.) meridiem versus plus minus XV. mill. pass. Exstant insculpta in hyperthyride aditus ædium australis qua vergit ad occidentem. Commemorant, cum votis solemnibus pro conservatione perpetua Antonini universæque domus ejus, dedicatum adytum cum pronao numini maximo *Amenebi* cum sociis divis. Ætas exacta tituli apponitur, scil. an. III. imp. Antonini, XVIII. *Mesorê*, h. e. U. C. 893. (P. C. 140.), III. Id. Augustas.

Ediderunt Edmonstonus[f], Saltius ex schedis Hydii, Hoskinsius, nuper Letronnius ex Drovettio, Pachone, Hoskins. Conf. et Wilkinson. In v. 1. *H.* **ΤΧΟΝΕΜΥΡΩϹ**. In 2. med. vers. **ΚΤΗϹ**. In 5. *Ho.* **ΜΑΚΡΩΝΟΣ ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ**, ubi et Edmonst. Μακρωνος. Sub fin. *H. Ho. P.* **ΠΑΙΝΙΟΥ** (quod adscivit *Letr.*), *E.* Πλινιου, *Dr.* **ΠΑΙΜΟΥ**. In 6. post. m. *H.* **ΑΙΝΟΥ**.

Obvium est in v. 1. numen conflatum ex duobus in Ægyptiorum theogonia notissimis, *Amûn*, *Kneph*. De priore conf. supr. CCCCXV. pr. not. *w.*, hic Græce scriptum, 'Αμέν[g]. Νῆφις, quod et Νῆβις, propter sonos invicem adsimilatos β et φ, erat Copticum *Nef*, varie elatum *Kneph*, *Knuph*, et cum terminatione Græca, *Knuphis*, *Knubis*, nempe spiritus omnia vivificans (נֶפֶשׁ, نفس) qui in simulacris sacris formam humanam cum capite arietino induebat. *Σύνναοι* in hoc versu erant

[f] In libr. supr. cit. p. 67. cum instaurat. Youngii. Saltii loc. est in *Diar. Cl.* u. s. pp. 370. s., Hoskins. in *Visit, etc.* p. 320., Letronnii, in *Recueil, etc.* I. n. XV. p. 125., Wilkinsoni. in *Topogr. Theb.* pp. 236–259.

[g] *Amûn* erat qui a Græcis Ζεὺς adpellatus est interque deos majorum gentium accensitus. Solemne erat apud Ægyptios ei tribuere quæ numinum aliorum erant propria, adeo ut in eodem consociarentur diversis attributa; ex. c. *Khêm* (supr. CCCLIII.), *Rê*, *Kneph*, *Osiris*. Hoc ex superstitione eorum deifica facillime explicatum habemus. Conf. Wilkinson. *Æg. Antiq* IV. pp. 235–245.

qui una cum *Amun-Neph* admissi sunt ad cærimonias loci sacri, *Osiris*, *Isis*, *Horus;* quibus cum *Amenebe*, ipso in loco dignitatis eminentissimæ posito et proinde Eponymo (ut *Thriphis* in CCCLII. *Khêm* in CCCLIII. *Isis* in CCCLXIV. *Athoris* vel *Athyris* in CCCLXV.), donaria ferentem Imperatorem referunt simulacra in aditu templi sculpta, quæ ipsa et frontem arietinum produnt, signum supra notatum[h]. In 2. s. sequitur precandi formula cujus similes habemus in Fasc. II. XLVI. CCCXLIII. et supra, CCCLII., etc. In 3. fin. *σηκὸς* est *sacrarium*, de quo, in templis, adeas Fasc II. n. CLVII. 19. In v. 4. dicitur *ἐκ καινῆς*, scil. *ἀρχῆς*, (quod in constr. *ἐξ ὑπαρχῆς* apparet), *denuo, ab integro*[i]. De Avidio Heliodoro, cujus in h. l. meminit in-

[h] Conf. Hoskins. u. s. pp. 169. s. *The sculpture on the door-way of the façade represents the Emperor Antoninus (or rather, Cæsar, as he is called) making offerings to the divinities with the attributes of Kneph, Osiris, Isis, and Horus. As the god in the top-row on each side has the head-dress of the ram, I conceive the temple to be dedicated to Kneph. The Greek inscription also which I copied there - - - - - says the temple is dedicated to Amenibis, etc.*

Satis adcurate in his tractavit sculpta in aditu ædium vir perspicax, videturque intellexisse quod titulus noster sententiæ suæ favebat: subjectum vero desidero quod numen eponymum erat ipse *Amûn* insignia *Spiritus* gestans quem ab exordio rerum, voce *Nephesh* aliquatenus conservata, habuerant Ægyptii.

[i] Exempla hujus ellipsis sunt, Thucyd. III. 92. sub f. καταστάντες δὲ ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς, ἣ νῦν Ἡράκλεια καλεῖται. Dion. LXXVI. 16. ante m. καὶ σφίσι τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα, ὡς καὶ ἐκ καινῆς αὐτὰ καὶ ἐξ ἰδίων χρημάτων κατεσκευακὼς, ἐπέγραψε. Cf. Aristid. *Orat.* t. I. p. 84.

Affinia sunt Herodoti in I. 60. post in. Αὖτις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐστασίασαν. V. 116. init. Κύπριοι μὲν δὴ ἐνιαυτὸν ἐλεύθεροι γενόμενοι αὖτις ἐκ νέης κατεδεδούλωντο. Ibid. c. 106. post in. Ὅρα μὴ ἐξ ὑστέρης σεωυτὸν ἐν αἰτίῃ σχῇς. Thucyd. I. 77. med. Χαλεπώτερον φέρουσιν, ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον, φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν. In seq. Plutarchi *De Solert. Anim.* I. ante m. suppletam habemus ellips. Δοκῶ μοι καὶ αὐτὸς ἐκ νέας αὖθις ἀρχῆς παρ' ἡλικίαν ἐμπαθέστερος γεγονέναι.

Reliqua quæ huc pertinent vide sis in libr. Bos. sub cap. Ἀρχή in Edit. Glasg. p. 28. Hoc solummodo notandum, quod ellipsin suam fecerunt Latt. in *de novo* (*denuo*), cui subaudias necesse est *cœpto.*

scriptio, conf. Dionem.[k] Erat Hadriani ab epistolis, et ob hanc causam fortasse ab eo Ægypto præfectus[l]. Hoc excipit mentio Epistrategi, ut supra in CCCLXIV. et seq., de quo magistratu conf. dicta in CCCLXV. not. *k*. et CCCLXXXVII. 5. CCCXCII. 2. CCCXCIV. 2. Adpellatio, sicut et *Στρατηγός*, venit ad Imperatores ex Lagidis, qui Græcos semper, ut Romanos iis succedentes, ad munera epistrategica obeunda delegerunt. Causam satis idoneam adfert Letronnius[m]: *Les Épistratéges étant les chefs de la force armée dans chacune des trois grandes divisions de l'Égypte, les Empereurs eurent également soin de ne confier ces fonctions qu'à des hommes qu'aucun intérêt n'attachait au pays.* Quomodo hæc de officii hujus conditione verbis Geographi inlustris[n] concilianda sunt parum scio, nisi quis dixerit loqui per comparationem Strabonem, qui paulo ante meminerat dignitatis longe amplioris Præfecti. Nimirum Caput hic erat cuncta ordinans; ceteri, Epistrategi, iisque subordinati, Strategi, qui in administratione civili Nomorum versati sunt, secundum mandata ab eo profecta, (*διατάγματα, προστάγματα,* in CDXIV. a. 3. CDXV. 1.), munera sua obibant. Sequitur Strategus, cujus nomen ex Romanis fuisse censeo: contra doctiss. Letronn. qui

[k] Scil. LXXI. 22. med. Ὁ δὲ δὴ Κάσσιος (is nempe, qui in an. XV. M. Aurelii res novas in Syria molitus est) Ἡλιοδώρου τινὸς, ἀγαπητῶς εἰς τὴν τῆς Αἰγύπτου ἡγεμονίαν ἐξ ἐμπειρίας ῥητορικῆς προχωρήσαντος, υἱὸς ἦν. Ceterum emendatum velim loc. in LXIX. 3. post m. Ὅ τι Διονύσιος πρὸς τὸν αὐτοῦ ἴδιον Ἡλιόδωρον. κ. λ. Hic, meo periculo, reponas pro αὐτοῦ ἴδιον, Ἀουΐδιον. Discimus porro, Heliodorum fuisse *scribam privatum* (ἐπιστολία, *ab epistolis*) Hadriani: ideo fortassis præfectura Ægypti dignatum. Conf. obss. Letr. u. s. pp. 130. ss.

[l] Conf. exempla a Letronnio congesta virorum litteratorum ad hoc muneris ab Impp. delectorum, ex locc. Philostrati, in p. 130. u. s. Addas inlustre ex Romanorum numero, Tranquillum; Spartian. *Hadrian.* XI.

[m] *Recueil, etc.* ad n. XXXVIII. p. 420.

[n] Scil. XVII. 1. p. 433. T. Κατὰ δὲ τὴν χώραν ἐπιστρατήγους τινὰς καὶ νομάρχας καὶ ἐθνάρχας καλουμένους ἀποδείξαντες (Romani) πραγμάτων οὐ μεγάλων ἐπιστατεῖν ἠξιουμένους. Conf. Memnon. CCCXCII. 2.

Græcum fuisse statuit, argumento exinde capto ad sententiam suam de Strategis stabiliendam[o], quod videtur rei parum congruere. Conf. dicta ad Memnonia, CCCLXVII. 2. CCCLXIX. 1.

* * * * * * * * * * * * * * * *

Mihi in primis propositum fuit prægressis instar coronidis apponere alterum apparatum Libycum quem in scriniis jamdudum adservaveram repositum. Nimirum commoratus aliquandiu in loco percelebri الملوك البابان, necropole montana inlustrium, qui subditis suis jura, hostibus catenas dabant, principum, inter penetralia abdita recessuum sacrorum congessi monimenta epigraphica adeuntium, vel potius proscynemata dixerim, quæ visum solicitabant non tam ob decorem stili, qui maximam partem aberat, quam ob reverentiam loci, antiquitatis venerandæ speciem, immo religionis sensum qui mentem perstrinxit attoniti primum et vi subitanea conrepti, deinde intuendi, indagandi, amore inexplebili. Huic obsequutus et occasione nimium brevi usus insigniora quædam chartis commisi. Reversus ad studia tranquilliora labores temere impensos comperi: præivisse enim litterarum hierographicarum antistites, Saltium dico, Champollionem, Wilkinsonum, ut de ceteris taceam, quorum thesauros amplissimos agnovi meis adeo præcellentes ut operam perdiderim atque oleum, immo legentibus fortasse fastidium moverim, opibus pusillis in lucem promptis. Idcirco melius conticescere statui. En quoque nuperrime mihi in rustico meo domicilio versanti missa viri

[o] Doctrina Letronnii est: *Tous les exemples connus prouvent que la fonction de Stratége n'était confiée qu' à des Grecs ou à des Égyptiens:* ubi supra, p. 129. De consuetudine nullus dubito; semper vero fuisse observatam, et ubique, non item. Saltem ad regulam constituendam crisis arbitrariæ vix adsciverim suppetias.

præstantissimi Letronnii conlecticia[p], cuncta cunctorum in unum congesta, præ quibus perpaucis quæ descripseram facile scriniorum tenebras indulserint studiosi: fateor enim me non ulla reperisse (qui poteram?) quæ non jamdudum tractaverant viri impigerrimi.

Pervenit mihi ad manus liber Letronnianus quum jam officinæ Academicæ commiseram Ægyptiaca mea, isque eruditione, qualem exspectare æquum erat, copiisque undique conlatis ornatus, inter quas eminent proscynemata Philensia, dein, ut in nostris morer, actus, quos dicunt, παρουσίας ad colossum Thebaicum, cum quibusdam ex Oase Majori relatis. Inter conlaborantium nomina eminent Cailliaudii, Hydii, Hoskinsii, Wilkinsoni, Lepsii, Durandi, Saltii, L'Hôtii fato nimis immaturo prærepti, aliorumque quæ recensere longum foret. Ex adminiculis quæ subministraverant viri egregii, dolet me maxime non adfuisse quum prelo subjicerer L'Hôtiana; simulacra dico titulorum Memnoniorum imprimendo facta; idque non tam propter fidem qua elaboratæ sunt imagines ipsæ quam ob lectiones quasdam quæ visum mihi inter perlustrandum fefellerant, invicem adeo confusis in aliquibus elementorum specie atque ordine. Hoc vero solaminis adest, quod talium exempla pauciora sunt: in quam plurimis experiendo sensi quod in monimento contrito, æquata pæne canaliculis litterarum imis superficie, oculis potissimum fidendum est, quum respuat imagines adeo evanidas factas materia superinducta: reque ipsa hoc in Memnoniis probatur, titulis bene multis, qui inter Saltiana integritatem satis spectabilem induunt, lacunis omnimode conclamatis in L'Hôtianis fatiscentibus. Addas quod elementa ipsa in plurimis invicem confunduntur vel propter strias in lapide con-

[p] Scil. *Recueil des Inscriptions Grecques et Latines de l'Égypte étudiées dans leur rapport avec l'histoire politique, l'administration intérieure, les institutions civiles et réligieuses de ce pays depuis la conquête d'Alexandre jusqu' à celle des Arabes:* tom. II. Paris, MDCCCXLVIII.

terendo factas quæ sæpissime pro litterarum partibus sumuntur, vel quia impressionem satis dilucidam recusaverit lineamentum per quod solum discrimen statuere possumus.

Pauca exempla adferre libet, quorum ope videntur hactenus dicta comprobari.

In Memnonio nostro primo (n. CCCLXVI. Letr. CCCXXX. G. 19.) v. 1. ΤΙΒΕΡΙΟϹΚΛΑΥΔΙΟϹΗΡ- - - -ΥΤΩΝ in exempl. *L'H.* prostat ΟϹΚΛΑΥΔΙΟϹΗΡ, 2. Ο-ΗΚΟΥϹΑΜΕΜΝΟΝΟϹ est in *L'H.* ΟΥϹΑΜΕΜΝΟΝ, 3. ϹΥΝΑΧΙΛΛΕΙΚΑΙ, in *L'H.* ΑΧΙΛΛΕΙΚΑΙ, 4. ΩΡΑϹ·Α̅·L·Η̅·ΑΥΤΟ, in *L'H.* ΩΡΑϹ·Λ̅·Ι·Η̅·ΑΥΤΟ, 5. ΚΡΑ ΤΟΡΟϹΚΑΙϹΑΡΟϹΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝ, *L'H.* ϹΚΑΙϹΑΡΟϹΟΥΕϹΠΑϹΙ, 6. ΟΥϹΕΒΑϹΤΟΥΜΗΝΙ, *L'H.* ΑϹΤΟΥΜΗΝΙΑ, 7. ΜΕΜΝΗΜΕΝΟϹ, *L'H.* ΜΝΗΜΕΝΟϹ, 8. ΚΑΙΔΙΟΝΥϹΙΟΥ, *L'H.* ΚΑΙΔΙΟΝΥϹ, 9. ΛΦΩΝ, *L'H.* ΥΤΩΝ. Observandum porro est quasdam formas (ex. gr. lit. Ρ) non ad amussim dari in exemplari L'Hôtiano, ob causam supra expositam.

Transeo ad nostr. CCCLXVIII. Letr. CCCXXXVIII. G. 29. Decurrunt hic *L'Hot.* 1. ΦΟΥΝΕΙϹΟΥΛΑΝΟϹΕΝΘΑΔΕΙΧΑΡΕΙϹΙΟϹ, 2. ϹΤΡΑΤΗΓΟϹΕΡΜΩΝΘΙΟϹΤΕΚΑΙΛΑΤΩΝΠΑΤΡΗϹ, 3. ΑΓΩΝΔΑ ΜΑΡΤΑΦΟΥΛΒΙΑΝΑΚΗΚΟΕΝ, 4. ϹΟΥΜΕΜΝΟΝΗΧΗϹΑΝΤΟϹ, 5. ΗϹΗΧΥΘΕΙϹΑϹΟΝΔΕΜΑϹΑΠ, 6. ΘΥϹΑϹΔΕΚΑΙϹ. . . . ϹΤΕΚΑΡ, 7. ΤΟΥΤΑΥΗΟ . . . . . ϹΕΝΕΙ, 8. ΛΛΛΟΝΜΕΝΑ . . ΩΠΑΙϹΕ, 9. ΛΛΛΟΝΔΕΦΗΓΟΝΤΗΝ/, 10. ϹΕΔΑΥΤΟΝΟϹϹΟΙϹ, 11. ΩϹΑΥΤ ΟϹΗΧΕΙϹΚ. . . ΟΗΝΤΙ, 12. ΤΟΥΤΟΝΔΕϹΟΙΧΑΡΑΞΕΤΟΝϹΤΙΧΟ, 13. ΟϹΙΕΙΠΕΤΑΥΤΩΦΙΛΤΑΤΟϹΤ.

In v. 1. sub f. pro evanido isto ΧΑ reponas ΚΑ, sicut notavi supra in argumento. In 3. fin. probatiora suppeditat *L'H.* *φουλβίαν ἀκήκοεν*, quæ, quum *φουλβίαν* ratione quantitatis sit Creticus[q], mag-

[q] Conf. Maltb. *Prosod. Græc.* P. II. cap. 2. init. not. 6.

nopere se commendat. Ipse, lapide inspecto, effluxisse fere totum reperi verbum, de quo, utrum fuerit ἤκοεν an ἤλυθεν, ambigebam: dein lacunam supplevi inserto ἑήν, ratione habita quantitatis Latinæ, *Fūlvĭă:* ἦν potius suaserit Græca. Sed nunc consistendum opinor in lectione L'Hôtiana. In ceteris operam minus feliciter navatam imprimendo agnosco, quorum lacunas haud facile quis expleverit nisi hariolatus.

In CCCLXIX. Letr. CCCXXXIX. D. 10. dedit *L'H.* in v. 3. fin. **ΧωΜΑΤωΝ**, quod *S.* **ΚωΝΙΤωΝ**, ipse **ΚωΜΙΤωΝ**, nempe scriptum per iotacizantem pro **ΚωΜΗΤωΝ**. In argum. ad tit. duplicem interpretationem hujus versus posui, *ἐνεκόνει γὰρ ἀΰτῇ τῇ τῶν κωμητῶν*, et *ἐν κόνει γὰρ αὐτῇ τ. τ. κ.* Adscivit secundum *L'H.* Letr. *χωμάτων*, vertitque denuo; *car, s'il s'est exposé à la poussière qui s'élève sur ces monticules, etc.* Hæc valde miror, sed legentes mitto ad librum viri ingeniosi.

In CCCLXXI. Letr. CCCXLIII. G. n. 22. expressit *L'H.* in v. 2. **ΜΕΜΝΟϹ**, in 5. fin. **ΘΗΒΑΙΧω**, in 7. **ЄΙΠЄΓ ΟΙ**, quasi fuerit lacuna, deinde **ωϹ . . . . . ΟΝ**, in 8. **ΤΙΤΑΝ**, et in extr. **ΑΙΘЄΡΟϹΠ ΠΟΙϹ**, in 9. **ΛΙϹΚΙΑ** etc., in 10. post m. **ΙΝΜЄΜΝΟ ΝΠΑ . . ΙΑΥΔ**, in 11. **ωϹΥΤΟΝΟΝ**, in fin. **ΙΝ**, in 13. post in. **ΚΑ . . . . ΚΑΜ . . . . ΠΟΝΟΙϹ.**

In CCCLXXV. Letr. CCCXLV. G. 25. præbet *L'H.* in 4. (ut leviora omittam), **ΑΚΜΟΤΡΙΟϹΟΑΞΙΝΝΛΑΝΟϹ.**

In CCCLXXVI. Letr. CCCXLIV. G. 23. *L'H.* in v. 1. fin. **ΠΡΟΦΡΟΝ ϹΜЄ**, in 5. **ΔωΚЄΝ . . ΙΠΟΙΝΑΝΤωϹ**, dein abest omnino v. 6. et in 8 **ΨΥΧΑΝΔΑΘΑΝΑΤΑΝ**, in ult. sub fin. **ΓΡΟΠΠΑΤΑΛЄΥϹЄ**, quæ explicatiora dedit Letr. *γρόππατα λεύσετε δή*.

In CCCLXXVIII. Letr. CCCL. G. 27. decurrunt L'Hôtiana in 5. **ΤωΝΤЄΚΝΟ . . . . ΛΟΥΡΙωΝΟϹΤΟΥΚΛΙΚΟ**, in 6. fin. **ЄΤЄΙ| ϹΛΛ**

PIΛNOY. En Pocockianis similia! quæ sane suppleverit peritior, alter nemo.

Clausulam hic appono, ne studiosis nimis tædium admoverim, nostr. CCCLXXXIV. Letr. CCCLXVII. G. 33., necnon CCCXC. Letr. CCCDLXXVII. D. 20. In primo, L'Hôtiana sunt in v. 3. **ЄΘPAYCЄ KAMBYCHCMETONΔЄTON**, in 5. **ΦѠNHΔOΔYMOC** etc. in 6. post in. **ΓOOCAHN**, in 7. **ANΔPOPAΔNYN**, in ult. **OΛOΦYPOMI THCΠPOCΘЄAЄIYANONTYXHC.** In altero, Petroniano, moleste me tulisse fateor apographum eximii viri in v. 3., ubi Saltiana dumtaxat reperio, **ΠATPOΘЄNOYNЄMЄXѠNΛCTHNOCITAΛOCA**, de quibus respicias supra notata in argum. ad loc. In v. 5. expressit *L'H.* **ΠOΛΛOIMMTЄIXOYCIΔANMЄNAI** etc., in v. 9. **AYTANΔHЄ ΛIOCΦΛЄЄѠNΛXTCINAC** *κ. λ.*

Hæc minime accipienda moneo quasi despectui habitis laudatissimi L'Hôtii laboribus: aliud omnino agitur, nimirum lubricum in primis esse opus, præsertim in monimento adeo contrectato quale est Memnonium, rationem *mechanicam*, eamque solam, qua titulos habeamus expressos, inire. Adest multimoda rei explicatio, cujus plus semel ipse difficultates et incommoda expertus sum, propterea coactus sæpenumero ad stilum et tabellas me conferre oculorumque minime omnium Lynceorum fidem. Hoc feci in Memnoniis, quæ jamjam tractavi; postea in Philensibus; in cunctis quæ subinde mihi contigit excutere, pauciora sane ob id ipsum reportaturus, ea vero magis integra atque elimatiora quum operæ adfuerint mens et scientia.

Sed de his satis dictum. Consilium dudum iniveram adjungendi huic loco appendicem, non modo inscriptionum quas descriptas habui apud Syringas, sed et, libro Letronniano in manus dato, variarum lectionum per seriem totam Philensium, Thebaicarum, Oasenarum.

Hoc vero mecum reputans missum feci, satius fore arbitratus ut legentibus ipsis permitteretur hoc studium, qui ad laborem instructi fructum maximum exinde sint percepturi; nec minimum, quod librum doctrina et ingenio præcellenti contextum penitiore studio pervolvent, quam si mecum auspicati iter ingrediendum susceperint. Hoc dumtaxat valere jussis profiteor, me cura qua potui ex monimentis ipsis cuncta quæ dedi exarasse: sed quantum hoc profuerit in quam plurimis tum ævo tum injuria læsis, quantum diligentiæ in perscribendo, solertiæ in instaurando, debuerint, benivolentium judiciis ut dignoscant linquo.

Restat tantummodo ut de Erratis et Correctionibus in corpore voluminis legentes moneam, et ad hoc laboris me accingenti subest recordatio qualem typographis præstantissimis Academicis debitæ laudis tribuendæ occasionem nanciscor. Perpauca reperio quæ studiosis vel minimum obstaculo sint ab iis profecta menda; commendatio sane haud exigua, quum fidei eorum et peritiæ plurima schedarum tractatio fuerit, me ruri degente, commissa. Cetera sunt quæ *aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura*, quorum ab ingenuis humanisque excusationem adfore spero.

In p. 30. minuscul. v. 3. pro *τῇ* lege *τῃ̂*. In p. 32. minuscul. v. 2. pro *το* lege *τὸ*. In p. 39. minusc. v. 7. post *πρωτευσάντων* insere (,). In p. 46. not. *l*. v. 4. pro "Theophrastan" lege "Theophrast an." In p. 72. not. *p*. v. 6. pro "affirmarit." lege "adfirmarit?" In p. 87. minuscul. v. 5. post Οὐείλιος dele (,). In p. 104. not. *b*. v. 6. pro *τότε* lege *τό τε*. In p. 109. v. 1. pro "Laodiceno" lege "Laodiceno." In p. 127. v. 4. pro "CCCLI." et "CCCLXXII." lege singillatim "CCCL." et "CCCLXV." In p. 133. v. 26. pro "CCCCXX." lege "CCCCXXI." In p. 134. v. 10. pro בֵּי־הִנֹּם lege גֵּי־הִנֹּם. In p. 147. 2. post "ALEXANDRIA" insere "Sedes antiqua, Ⲣⲁⲕⲱⲧⲉ." In p. 149. v. 7. pro "CCCCXX."

lege "CCCCXVIII. s." In p. 157. pro ϛ lege 5. In p. 161. v. 11. dele periodum, "Conf. Oasen. infr. CCCCXIX. 2.," his ad incertas lectiones in vv. 1. 2. respicientibus, quasque judicio saniore usus posthabui. Vide sis argumentum in vv. 11. In p. 161. v. 12. post "ædium" dele (,). In p. 169. v. 17. pro "CCCCXX." lege "CCCCXXI." In p. 180. not. *a.* v. 6. pro "Eckkel." lege "Eckhel." In p. 181. v. 7. pro "CCCLXII. b." lege "CCCLXII. a." In p. 185. minuscul. v. 2. pro Γαίωνος lege Γαΐωνος. In p. 191. not. *e.* fin. insere seqq. "Ortum phantasiæ hujus fortasse conspexeris in traditis a Plutarcho, *Isid.* XXI. med. de superstitione Ægyptiaca: θεῶν, ὅσοι μὴ ἀγέννητοι μηδ' ἄφθαρτοι, τὰ μὲν σώματα παρ' αὐτοῖς κεῖσθαι καμόντα καὶ θεραπεύεσθαι, τὰς δὲ ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα, καὶ καλεῖσθαι Κύνα μὲν τὴν Ἴσιδος ὑφ' Ἑλλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν κ.τ.λ." In p. 193. v. 14. post "annonæ" insere "obibat." In p. 197. v. 17. post (ἀναπαύσας) insere βῆμα. In p. 199. v. 2. pro "quale" lege "qualem." In p. 203. vv. 12. ss. dele clausulam a "conflatam" usque ad "Σύνναος." De hac compositione in errorem ductus fui[r] a Coptico sequiore Ⲥⲉⲃⲉⲛⲛⲏⲧⲟⲩ, sicut amplius in Indice Coptico explicui. In p. 209. minuscul. v. 20. pro εὔφρονες quod supplevi ex indiciis monimenti reperio in Letronniano[s] σήμερον, quod se satis commendat ex suo CXXVI. 5. aliisque temporis Romani. In p. 213. v. 1. pro

[r] In eundem et Græculos, tituli conditores, lapsos crediderim, quibus compertum fuit Saturnum (Κρόνον) in sermone sacro Ægyptiorum *Seb* (unde, ut obiter dicam, fortassis σίβω, σίβας,) audivisse. Satis hoc fuerit istis ad designandum oppidum Κρόνου ἐμπόριον. Atqui hoc re ipsa parvi refert; nam de quovis altero in quo religio Croni vigebat cogitare possumus, ex. c. Cynopole, ἐν ᾗ ὁ Ἄνουβις τιμᾶται· Ἐνίοις δὲ δοκεῖ Κρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι. Strabon. XVII. 1. p. 456. s. T. Plutarch. *De Isid.* XLIV.

Hæc scribens cerno interpretationem ab *insulis beatorum* tractam Letronnio arrisisse: conf. obss. in tit. CXX. 7. pp. 169. s. Est sane exquisitior.

[s] Conf. *Recueil, etc.* II. n. CXLIX. p. 198.

الدفو lege اللدفو. In p. 221. v. 11. pro القصر et القرن lege القصور et القرون. In p. 231. v. 17. pro *νυ νὶ* lege *νυνὶ*. In p. 232. v. 15. pro "5. metr." lege "6. metr." In p. 233. v. 15. pro "Alexandrinæ" lege "Alexandrini." In p. 246. vv. 21. s. pro "*quid furens*" lege "*furens quid.*" In p. 253. v. 9. pro "fuerant" lege "fuerat." In p. 259. minusc. v. 6. post Ἔτους dele (,), et in not. *x*. v. 14. pro صناح lege صباح. In p. 265. not. *s*. v. 4. pro *βαλτίονος* lege *βελτίονος*. In p. 268. v. 4. post *μέν* adde; "Poteram et *τάδε*, ita ut decurrat versiculus, Ἔγραψα τάδ' ἀκούσασα τ. M," et ibid. v. 10. pro וְעָקְח lege וְעָקָה. In p. 289. v. 12. pro "h. c." lege "h. e." In p. 295. v. 20. pro *ἀκτῖσ ν* lege *ἀκτῖσιν*. In p. 311. v. 16. pro رالسيوا lege والسيوا. In p. 316. v. 9. pro "amoliatur," lege "amoveatur." In p. 321. v. 18. pro "inqui," lege "in qui." In p. 349. not. *l*. v. 2. pro *ὑγίεα* lege *ὑγίεια*. In 353. minuscul. v. 4. pro Λυκάβαντι (ἔτει) reponas pro arbitrio Λυκάβαντος (ἔτους). Sed conf. n. CCCLXXVIII. 6.

INDICES.

INDEX VOCUM GRÆCARUM.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM,

ET VOCUM LATINARUM.

INDEX NOMINUM ET VOCUM ORIENTALIUM.

PARS I.

ARABICUS, PERSICUS, TURCICUS, HEBRÆUS[a].

[a] Indice Zendico-Lycio, quem mihi propositum fuerat in primis huic capiti subjicere, facile carituros legentes spero qui argumentis notisque meis in Titulos CCLXVI. pp. 17–28. et CCLXXXVIII. pp. 53. s. æquis animis incubuerint. Iterum nempe indulgentiam eorum et benivolentiam nequeo quin efflagitem in materia adeo lubrica versatus.

INDEX NOMINUM ET VOCUM ORIENTALIUM.

PARS II.

COPTICUS, ETYMOLOGICUS ET GLOSSOGRAPHUS.

p. 44. Hic *Opas* erat Aegyptiorum *Vulcanus*, Ⲡⲧⲁϩ, quod ex Cicerone *De Natura deor.* III. 22. discimus: *secundus* (sc. Vulcanus) *Nilo natus, Opas, ut Aegyptii appellant, etc.*, ubi conserves lect. codd. *Opas*, non *Pthas*, quam vult Davisius.

Ⲣⲁⲕⲱⲧⲉ, 147. 371. vel Ⲣⲁⲕⲟⲧⲓ, Theb., Ⲣⲁⲕⲟϯ, Memph. antiqua sedes Alexandriæ. Exstat apud Peyron. p. 178. b., necnon p. 211. b. in voce ⲥⲁⲣⲁⲕⲱⲧⲉ, ad litt. *mercator urbis Racoti*, communi usu *dolosus, mendax.*

Ⲣⲏⲥ. 402. *Auster.* Th. Memph. Peyron. p. 181. b. Hinc ⲙⲁⲣⲏⲥ, ⲧⲟⲩⲣⲏⲥ, propriis locis explicata.

Ⲥⲁⲓ. 203. Urbs *Sais*, Memph. Peyron. p. 189. a. Champoll. II. 215.

Ⲥⲙⲏⲧ. 209. nomen virile, fortasse a ⲥⲧⲙⲏⲧ (Theb.) *morigerus*, quod ipsum conflatur ex ⲥⲱⲧⲙ, *audire*, ϩⲏⲧ, *cor.* Peyron. p. 217. a.

Ⲥⲙⲏⲧⲭⲏⲙ. 209. *nomen virile*, q. d. *nigrum Smét.* Conf. supra in ⲕⲏⲙ.

Ⲥⲙⲏⲧⲭⲓⲥ. 209. nomen virile. In membro secundo hæreo: ⲭⲓⲥ Græcocopticum erat ϩⲓⲥⲓ vel ϭⲓⲥⲓ, vel etiam ϭ︦ⲥ︦, quorum ultimum prætulerim, q. d. Ⲥⲙⲏⲧ-ϭ︦ⲥ︦, *Smét Dominus*, fortasse ob officii præstantiam. Eodem fere recidit ϭⲓⲥⲓ, *exaltare.* Designat ϩⲓⲥⲓ *strenuitatem in agendo.* Cf. de his infra in propriis locis.

Ⲥⲛⲏ. 212. 224. etc. *Latopolis*, Th. Memph. Peyron. p. 206.

Ⲥⲟⲩⲁⲛ. 213. *Syene*, Th. Memph.

Ⲥⲱⲑⲓⲥ. 184. Græcocopt. *Canicula.* Conf. Damascium apud Phot. in Bibl. Codd. CCXLII. p. 1048. ὁ ὄρυξ τὸ ζῶον πταρνύμενος ἀνατέλλειν διασημαίνει τὸν Σῶθιν. Plutarch. *Isid.* XXI. καλεῖσθαι Κύνα μὲν τὴν Ἴσιδος ὑφ' Ἑλλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν. Wilkinson. u. s. IV. pp. 11. 371. 372. Etymon probabile est Ⲥⲓⲟⲩ Th. Memph. *stella* (Peyron. p. 191. a.), cujus forma in comp. est ⲥⲟⲩ, et ⲏⲥⲓ, fortasse scriptum et ϩⲏⲥⲓ, *Isis*, ut prodeat Ⲥⲟⲩⲧⲏⲥⲓ, Ⲥⲟⲩⲧϩⲏⲥⲓ, vel, ⲧϩ contracto in ⲑ, (Peyron. *Gramm. Copt.* v. § 2.), Ⲥⲟⲩⲑⲏⲥⲓ.

Vocabant Sirium et Ⲥⲟⲩⲡ̄ⲟⲩϩⲟⲣ Thebaice, ex ⲟⲩϩⲟⲣ, Th. Memph. *canis.* Peyron. *Lexic.* p. 162. a.

Ϯⲙⲉⲛ̄ϩⲱⲣ. 311. *Hermopolis parva* Theb. Ϯⲙⲓⲛ̄ϩⲱⲣ et Ϯⲙⲉⲛ̄ϩⲟⲩⲣ Memph. Etymon est Ϯⲙⲉ seu Ϯⲙⲓ, *vicus*, et ϩⲟⲣ, ϩⲱⲣ, *Horus.* Adpella-

tionem conservarunt Arabes in suo طمويه. Abu'l Fed. *Aegypt.* p. 8.

Ⲧⲁⲙⲓⲁϯ. 214. *Tamiathis*, Memph. Peyron. p. 244. b. Etymon conspexeris in ⲑⲟⲙ, *sepimentum*, et Basmur. ⲉⲓⲁϯ vel ⲓⲁϯ, *patres*, ut sit *claustrum proavorum*, quale erat *Pithom* (supra notat.) in cujus locum opinantur quidam successisse *Tamiathem.* Cf. not. *v.* p. 215. supra. Arridet et altera expositio ϯⲙⲓⲛ̄ⲓⲁϯ, scil. *vicus patrum.* Conf. artic. prægress.

Ⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲉ. 217. *Tentyra*, Theb. Ⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲓ, Ⲧⲉⲛⲑⲱⲣⲓ, Memph., omnia cum terminatione plurali, et scripta ut plurimum cum artic. definit. plur. ⲡⲉ, ⲡⲓ, præfixo, scil. ⲡⲉⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲉ, ⲡⲓⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲓ. Hoc conservabant Græci in Τέντυρα, Τέντερα, et secundum illos Romani, quorum tamen erant *Tentyra,—æ,* et *Tentyris.* Conf. Peyron. *Gr. Copt.* v. § 2. VIII. § 1. 2. *Lexic.* pp. 246. b. 247. b.

Religio Athoris suadet eymon Ⲧⲏⲓⲛ̄ϩⲁⲑⲱⲣ, *domus, sedes, Athoris*, ut supra Athribis, *sedes Thriphidis.* Conf. not. *z.* in p. 217. supra.

Ⲧⲟⲩⲣⲏⲥ. *Ventus australis* Theb. ex ⲧⲏⲩ (ⲧⲟⲩ in compos.), *ventus*, ⲣⲏⲥ supra notat. *auster.* Hinc Ⲡⲁⲧⲟⲩⲣⲏⲥ, *ad notum pertinens, Thebais*, quod adsciverunt Judæi in illorum פַּתְרוֹס (cf. not. *f*, p. 182. supr.), et speciatim *Pathyrites* vel *Phaturites*, nomus postea dictus *Hermonthites.* Vide Peyron. in *Papyr. Græc. Taurin.* P. II. pp. 27. s. Sed conf. supra in Ⲡⲁⲑⲱⲣ.

Ⲧⲥⲉⲛ̄ⲥⲙⲏⲧ, 209. Græco-copt. *Filia Smét*, Theb. Ⲧϣⲉⲛ̄ⲥⲙⲏⲧ, Memph. ϮϣⲉⲛⲥⲙⲏⲦ. Conf. infra in Ϣⲉⲉⲣⲉ et supra Ⲥⲙⲏⲧ.

Ⲧϫⲟⲛⲉⲙⲩⲣⲓⲥ. 362. Vox Græcocoptica, *Tchonemyris*, urbs in Oase majore. De ratione ejus etymologica plura recolui. Si ad situm geographicum spectes, commendant se Ⲧϭⲟⲙⲛ̄ⲡⲙⲉⲣⲏⲥ, *robur loci australis*, et Ⲧϭⲟⲙⲛ̄ⲡⲙⲏⲣ, *robur loci ulterioris:* si ad Oasem ipsam, instar portus, in æquore arenoso positam, conjicere licet Ⲧϭⲟⲙⲛ̄ⲉⲙⲣⲱ, *robur stationis.* Certe haud absimiliter *Memphim* vidimus dictam supra ⲙⲟⲛⲕ-ⲛⲟⲩϥⲓ. Atqui et vitifera regio fuit Oasis, κατοικία εὔοινος, perhibente Strabone (cf. not. *e.* p. 311.), unde succurrit etymon Ⲧϭⲟⲙⲛ̄ⲙⲏⲣⲓⲥ, *robur*, scil. *præstantia, musti.*

Hæc reputanti in memoriam subiit altera nominis origo cui, ne prætulerim, obstabat tantum quod bilingue compositum evadit. Memini Syrorum מָר, מָרָא, atque Arab. أمير, *princeps;* ita statim prodire cum sensu apprime idoneo Ⲧϭⲟⲙ-

FINIS.